eſt ſolutio queſtionis. Tunc mulier ait. Proponat
ſibi ſcda queſtio grauior. in qua melius poſſumus
eius ſapientiā experiri. Queratur ab eo vbi terra ſit
altior omni celo. Percunctat⁹ de hoc peregrinus
reſpōdit. In celo empireo vbi reſidet corpus xpi.
Corpus em̄ xpi qd eſt alti⁹ omni celo eſt de noſtra
carne formatū. Porro caro noſtra quedam terrea
ſubſtantia eſt. Cū ergo corpus xpi ſup oīs celos
ſit et de noſtra carne originē duxerit. caro aūt no
ſtra de terra ſit condita. conſtat q̄ vbi corpus xpi
reſidet. ibi pculdubio terra altior celo manet. Re-
fert nuncius que reſponderat peregrinus. Et ecce
omnes reſponſionē eius mirabiliter approbāt. et
magnifice ſapientiā eius laudāt. Tunc illa iterum
dixit. Fiat ei tercia queſtio grauiſſima et occulta. et
ad ſoluendū difficilis et obſcura. vt ſic eius ſapiē-
tia tercio comprobet. et dignus ſit vt ad menſam
epiſcopi merito admittat. Queratur ab eo q̄tum
ſpacium ſit a terra vſqȝ in celū. Requiſitus de hoc
peregrinus nuncio dixit. Vade ad eum qui te miſit
ad me et de hoc diligenter percunctare. Ipſe em̄
melius me hoc nouit. et ideo tibi de hoc melius re
ſpondebit. Nam ipſe illud ſpacium menſurauit qñ
de colo in abyſſum cecidit. ego autē de celo nunq̄
cecidi. et ideo illud ſpacium nunq̄ menſuraui. Nō
enim eſt mulier ſed dyabolus qui ſe poſuit in ſimi
litudinē mulieris. Audiens hoc nuncius vehemē
ter expauit et ea que audierat coram omibus reci
tauit. Mirantibus itaqȝ omibus et ſtupētibus an
tiquus hoſtis de medio coꝝ euanuit. Epiſcopus
autē rediens ad ſe redarguit amare ſemetipm et
de perpetrata culpa veniā lamētabiliter precabat
Miſitqȝ nunciū vt peregrin⁹ introduceret. ſed ne
q̄q̄ amplius inuenit. Tunc eps populum cōuo
cauit et eis euidenter expoſuit ordinem geſte rei.
precepitqȝ vt oēs ieiunijs et orationibus inſiſterēt
ſi forte dominus reuelare alicui dignaret. quiſnā
ille peregrinus fuerit. qui eum a tanto periculo li-
berauerit. Reuelatū eſt aūt illa nocte epiſcopo q̄
beatus andreas fuerit. qui p liberatione ipius ſe
poſuerit in habitu peregrini. Cepit igit eps in de-
uotione beati andree magis creſcere. ac eū exinde
in reuerentia plus habere. ¶ Cum propoſit⁹
quidam cuiuſdā ciuitatis agrū ſancti andree ab-
ſtuliſſet. et ob hoc grauiſſimis febribus orante epo
fuerit correptus. ille epiſcopum rogauit vt pro ſe
oraret. et agrum ſibi redderet. Sed cum orante
epo ſanitatem recepiſſet. agrum iterum vſurpauit
Tunc eps orationi ſe dedit et omnes lampades
eccleſie fregit dicens. Hoc lumen non accendetur
donec dominus ſe de ſuo inimico vindicet. et eccle
ſia qd amiſit recuperet. Et ecce prepoſit⁹ grauiſſi
mis iterum febribus laborauit. Miſitqȝ nuncios
epo vt pro ſe oraret. et agrum ſuum et alium ſibi ſi
milē redderet. Cui cū epiſcopus reſpōderet. iam
oraui et exaudiuit me deus. ipſe ad eum ſe portari
fecit et vt eccelſiā intraret adorandū coegit. Eps
dum eccleſiam ingreditur. ille ſubito moritur. et
ager eccleſie reſtituitur.

## De ſancto Nicolao iii. A



Nicolaus dicit a nicos qd eſt victoria. et laos
quod eſt populus. inde nicolaus quaſi vi-
ctoria populi. ideſt vicioꝝ que popularia et
vilia ſunt. Vel dicit victoria populi. quia multos

# De ſancto Nicolao

populos vita et doctrina docuit vicia ꝛ peccã vin-
cere. Uel nicolaus dicit a nicos quod eſt victoria.
et laos. quaſi victorioſa laus. Uel a nitor et laos
qđ eſt populus. quaſi nitor populi. Habuit enĩ in
ſe et que nitorẽ et mundiciam faciunt. Nam ſcđm
ambro. mũdat ſermo diuinus. mũdat vera cõfeſſio
mũdat ſancta cogitatio. mũdat bona oꝑatio. Ei⁹
legendã doctores argolici conſcripſerunt. Eſt aũt
argos ſecundum yſidorum ciuitas grecie. Unde
et argolici greci vocantur. Alibi quoqꝫ legitur ꝙ
methodius patriarcha eius vitam grece ſcripſit.
quam iohannes dyaconus in latinũ tranſtulit. et
plura addidit. B

Nicolaus ciuis patere vrbis. ex diuitibus et
ſanctis parẽtibus originẽ duxit. Pater ei⁹
epiphanus. mater vero iohanna dicta eſt.
Quem cum in primeuo iuuentutis ſue flore paren
tes genuiſſent. deinceps cõtinẽtes viuẽtes celibe
vitam duxerunt. Hic prima die dum balnearet ere
ctus ſtetit in pelui. Inſuper quarta ꝛ ſexta feria tã
tum ſemel vbera ſugebat. Factus aũt iuuenis alio
rum iuuenũ deuitans laſciuias. eccleſiarũ potius
terebat limina. et quicqđ ibi de ſacra ſcriptura in-
telligere poterat. memoriter retinebat. Parẽtib⁹
vero ſuis defunctis cogitare cepit qualiter tantas
diuitiarum copiã. non ad laudem humanã. ſed ad
dei gloriam diſpenſaret. Tũc quidam cõuicaneus
ſuus ſatis nobilis. tres filias virgines ob inopiã
proſtituere cogitur. vt ſic infami eorum cõmercio
aleretur. Qđ vt ſanct⁹ comperit ſcelus abhorruit ꝛ
maſſam auri pãno inuolutã in domũ eius per fe-
neſtrã nocte clam iecit. et clam receſſit. Mane aũt
ſurgens homo maſſam auri reperit et deo gratias
agens primo genite nuptias celebrauit. Nõ multo
poſt tẽpore dei famulus ſimile peregit opus. Qđ
rurſus ille reperiẽs et in laudes immenſas prorũ-
pens. decetero vigilare propoſuit. vt ſciret quis eſ
ſet qui ſue inopie ſubueniſſet. Poſt paucos etiam
dies duplicatã auri maſſam in domum proiecit ad
cuius ſonitũ ille excitat et nicolaũ fugientẽ inſequit
taliqꝫ voce alloquit. Siſte gradum. teqꝫ aſpectui
ne ſubtrahas meo. Sicqꝫ accurrẽs velotius nico-
laum hunc eſſe cognouit. Mox humi proſtratus
oſculari volebat pedes eius. Qđ ille refugiens ab
eo exegit. ne cum ꝙdiu viueret publicaret. Poſt
hoc mitte ciuitatis defuncto epõ. cõuenerunt epĩ
illi eccleſie de epõ prouiſuri. Aderat aũt inter eos
quidam magne auctoritatis epš. ad cuius electio
nem omnium ſentencia dependebat. Cum igitur
cũctos ieiunijs et orationibus inſiſtere monuiſſet
nocte illa vocem audiuit dicentem ſibi. vt hora ma
tutinali fores eccleſie obſeruaret. et quem primũ
ad eccleſiam cuius etiam nomen eſſet nicolaus ve
nire conſpiceret. ipſum in epiſcopum conſecraret.
Hoc ergo alijs reuelans epiſcopis admonuit. vt
omnes orationibus inſiſterent et ipſe prefôribus
excubaret. Mirum in modum. Hora matutinali
quaſi a deo miſſus ante omẽs ſe agebat nicolaus
Quem apprehendẽs epiſcopus dixit ei. Quod tibi
nomẽ eſt? Ille vt erat columbina ſimplicitate ple-
nus. inclinato capite nicolaus inquit veſtre ſancti
tatis ſeruus. Quem in eccleſiam ducẽtes licet plu
rimum renitentem in cathedram collocauerunt.
Ipſe aũt eandem quã prius humilitatem et morũ
grauitatem in oĩbus ſeruabatur. In oratiõe vigi-
labat. corpus macerabat. mulierũ conſortia fugie
bat. humilis erat in oẽs ſuſcipiendo. efficax in lo-
quẽdo. alacer in exhortãdo. ſeuerus in corripiẽdo
Fert quoqꝫ ſicut legit in cronica quadam nicolaũ
niceno interfuiſſe cõcilio. C Quadam aũt die
dum quidam naute periclitarent. ita cũ lacrimis
orauerunt. Nicolae famule dei ſi vera ſunt que de
te audiuimus. nũc ea experiamur. Mox quidã in
eius ſimilitudine apparuit dicẽs. Ecce aſſũ vocaſtis
enĩ me. Et cepit eos in antẽnis ꝛ rudẽtibus alijſqꝫ
iuuare nauis armamentis. Statimqꝫ ceſſauit tẽ-
peſtas. Cum aũt ad eius eccleſiam veniſſent queꝫ
nunꝙ ante viderant ſine indice cognouerũt. Tũc
deo et ſibi de ſua liberatione gratias egerũt. Qđ
ille diuine miſericordie et eorũ fidei nõ ſuis meri-
tis attribuere docuit. Quodã tẽpore totã ꝓuin-
ciam ſancti nicolay fames valida percuſſit. ita vt
oĩbus deficerent alimenta. Audiens autẽ vir dei
naues onuſtas tritico portui applicaſſe. illuc ſtatĩ
ꝓficiſcit. rogans nautas. vt ſaltem in centum mo-
dijs per quãlibet nauem fame periclitantibus ſub
uenirẽt. Cui illi. Nõ audemus pater. quia mẽſura
tum alexãdrie oportet in horrea imperatoris nos
reddere. Quibus ſanct⁹ dixit. Facite nũc qđ dico
et vobis in dei virtute ꝓmitto ꝙ nullã minoratio
nem habebitis apud regium exactorem. Quod cũ
feciſſent. et eandẽ menſurã quam alexãdrie acce-
perant reddidiſſent miniſtris imꝑatoris miraculũ
retulerunt. et deum in ſuo famulo magnifica laude
extollũt. Frumentũ autem ſcđm vniuſcuiuſqꝫ indi
gentiã vir dei diſtribuit. ita vt miraculoſe duobus
annis non tantũ ad victum ſufficeret. ſed etiã ad
vſum ſeminis abundaret. Cum autẽ regio illa
ydolis deſeruiſſet. preceteris nephãde dyane ſimu
lacrum populus coluerat. adeo vt vſqꝫ ad tẽpus

# De ſancto Nicolao

viri dei nonnulli ruſtici p̄dicte religioni execrabili
deſeruirēt. ac ſub quadā arbore cōſecrata dyane
quoſdam ritus gētilium execrarēt. At vir dei pre
dictum ritū de omnibus finibus expulit. ipſamq̄
arborem preſcidi mādauit. Iratus ex hoc cōtra eū
hoſtis antiquus. oleū mydiaton qd̄ contra natu-
ram in aqua et lapidib' ardet cōfecit ſeq̄ in forma
cuiuſdā religioſe femie transfigurās quibuſdā ad
virū dei nauigātibus in quadā ſagenula obuiauit
Sicq̄ affata eſt eos. Mallē ad ſanctū dei venire
vobiſcum ſed nequeo Rogo ergo vos vt hoc oleū
ad ei' eccleſiā deferatis. et ob mei memoriā ex illo
aule ei' parietes liniatis. et ſtatim euanuit. Et ec
ce aliā cernūt nauiculā cum honeſtis p̄ſonis. inter
quos vnus erat ſimilimus ſancto nicolao. Qui ſic
ait illis. Heu quid mulier illa locuta ē vobis. vel
quid attulit? Illi aūt cūcta per ordinē narrauerūt.
Quibus ille. Hec eſt impudica dyana. et vt me ve
rum dicere cōprobetis. oleū illud in mare proijci-
te. Quibus proijcientibus. ingens ignis in mari ſuc
cendit. et cōtra naturam diucius in mari conſpicit
ardere. Venientes igitur ad ſeruū dei aiebāt vere
tu es ille qui nobis in mari apparuiſti et a dyabo-
li inſidijs liberaſti. ¶ D Per idē tēpus cū que
dam gēs romano imperio rebellaſſet cōtra eā im
perator tres pricpes nepocianū. vrſum. et apilio-
nē miſit. Quos portui adriatico ob ventū contra
rium applicatos: btūs nicolaus vt ſecum cōmede
rent inuitauit: volēs vt gentē ſuā a rapinis cōpe
ſcerent quas in nundinis exercebāt. Interim dū
ſanctus abeſſet. cōſul corrupt' pecunia tres inno
centes milites iuſſerat decollari. Qd̄ vt vir ſctūs
audiuit. rogauit principes illos vt ſecū illuc vſq̄
gradu concito ꝓperarent. Venienſq̄ ad locū vbi
decollādi erāt. inuenit eos poplite flexo et facie iā
velata. et ſpiculatorem enſem ſuper eoꝝ capita iā
vibraſſe. At nicolaus zelo accenſus in lictorē ſe au
dacter ingeſſit. et gladiū de manu eius eminus ꝓ
pulit. innocentesq̄ ſoluēs. eos incolumes ſecum
duxit. Ilico ad pretorium cōſulis ꝓperat. et fores
clauſas vi reſerat. Mox illi cōſul accurrēs ſaluta
uit eū. Aſpernēs hoc ſanctus dicit. Inimice dei le-
gis p̄uaricator. qua temeritate p̄ſumpſiſti tāti cō-
ſcius ſceleris. vultum conſpicere noſtrum? Quem
poſtq̄ plurimū obiurgauit. ad preces tamē illoꝝ
ducum eū penitentem benigne recepit. Recepta
igit benedictiōe imperiales nūcij iter peragūt et
imperio ſine ſanguine hoſtes ſubdūt. Redientesq̄
ab imꝑatore magnifice ſunt recepti. Quidā autē
eoꝝ felicitatibus inuidentes. p̄fecto imꝑatoris pre
ce et precio ſuggeſſerunt. vt eos apud imꝑatorem
de leſe maieſtatis crimine accuſaret. Qd̄ cū impa-
tori ſuggeſſiſſet. ille nimio furore repletus eos in
carcerari p̄cepit. ac ſine aliqua interrogatiōe illa
nocte eos occidi mādauit. Quod cū a cuſtode di-
dicissent. ſciderūt veſtimēta ſua. et gemere amare
ceperūt. Tunc vnus eoꝝ ſcilicet nepocianus reco
lens q̄ btūs nicolaus tres innocētes liberauerat
exortat' ē alios vt ei' patrocinia flagitarent. Qui
bus orātibus ſanctus nicolaus nocte illa ꝯſtātino
imperatori apparuit dicēs. Cur illos principes tā
iniuſte compꝛehendiſti: et morti ſine crimine addixi
ſti? Surge velor: eoſq̄ quātocius dimitti iubeto.
Sin aūt oro deū vt tibi ſuſcitet bellū in quo tu cor
ruas. et beſtijs cibus fias. Cui imꝑator. Quis es
tu q̄ hac nocte palaciū meū ingreſſus talia audes
loqui? Cui ille. Ego ſum nicolaus miree ciuitatis
epūs. Sic et prefectū ſimiliter terruit. per viſū di
cens. Mente et ſenſu perdite. cur in necē innocē
tium conſenſiſti? Perge cito et eos liberare ſtude.
Sin aūt corpus tuū vermibus ſcaturiet. et dom'
tua cicius deſtruetur. Cui ille. Quis es tu q̄ nobis
tāta minaris? Scito inquit me eſſe nicolaū miree
ciuitatis epiſcopū. Vtriſq̄ euigilātibus. ſtatī mu
tuo ſua ſomnia pandunt. et ꝓ illis incarceratis cō
tinuo mittūt. Quib' ait imꝑator. Quas magicas
artes noſtis: vt tātis nos illudatis ſomnijs? Cui
illi reſpōderūt ſe magos nō eſſe. nec mortis ſentē-
ciā meruiſſe. Tūc imꝑator. Noſtis inquit hominē
cui nomē eſt nicolaus? At illi audito hoc nōie ma-
nus extēderunt ad celū rogātes deū vt eos ſancti
nicolai meritis a p̄ſenti periculo liberaret. Et cū
imperator totam vitam eius et miracula ab eis di
dicisset dixit eis. Ite et deo gratias agite. qui vos
eius precib' liberauit Sed et de noſtris eidē affer
te gaudiolis rogantes eū vt vlterius mihi minas
non inferat: ſed pro me et regno meo ad dominū
preces fundat. Poſt paucos dies p̄dicti viri ad dei
famulum veniūt: moxq̄ ad eius pedes humiliter
ſe proſternūt dicentes. Vere famulus dei es: vere
cultor et amator xp̄iſti. Cunq̄ ſibi omīa per ordi-
nem retuliſſent. ille eleuatis in celum maībus im
mēſas deo laudes retulit: ac bene inſtructos prīci
pes ad ꝓpria remiſit ¶ E Cum aūt dn̄s vellet
eū aſſumere: rogauit dn̄m vt angelos ſuos ſibi mit
teret. Et inclinato capite angelos ad ſe venire vi
dit et dicto pſalmo. Inte dn̄e ſpaui etc. vſq̄ ī man'
tuas etc. tradidit ſpm̄ anno dn̄i. cccxliii. vbi celeſti-
um melodia audita ē. Qui dum ſepultus fuiſſet in
tūba marmorea: a capite fōs olei et a pedib' fons

aque profluxit:et vſqȝ hodie ex eius mēbris ſacrū
reſudat oleum valens in ſalutem multorum. Suc
ceſſit autē ei quidam vir bonus qui tamen de ſede
ſua ab inuidis eſt depulſus. Quo eiecto oleū fluē-
re deſijt. Sed eo reuocato protinus emanauit.
Poſt multum vero tēporis thurci mireã vrbem
deſtruxerūt. Quadraginta vero ſeptē milites ba-
renſes illuc profecti quatuor monachis illis oſtē-
dentibus tumbā ſancti nicolai aperuerunt:oſſaqȝ
eius in oleo natācia in vrbem baream reuerenter
detulerunt. anno dñi. Mlxxxvij. ¶ Uir quidam
ab vno iudeo quandā ſummā pecunie mutuo ac
cepit iurās ſuper altare ſancti nicolai cum aliū fide
iuſſorē habere nequiret. ꝙ q̄citius poſſet ſibi red-
deret. Tenente autē illo diu pecuniam:iudeus eā
expoſtulauit:ſed eā ſibi reddidiſſe affirmat. Tra-
hit ergo eū ad iudiciū et iuramētum indicitur de-
bitori:ille baculū cauatū quē auro minuto imple
uerat ſecū detulerat:ac ſi ei⁹ adminiculo indige-
ret. Uolēs igiꝰ facere iuramētū iudeo baculū tra
didit reſeruandū. Jurauit ille ꝙ plus ſibi reddide
rit etiā q̄ deberet. Facto iuramēto baculū ſuū re
pecijt. Et iudeus ignarus aſtucie eius ſibi reddidit
Rediens autem qui fraudem fecerat in quodā bi-
uio oppreſſus corruit ſomno:curruſqȝ cū impetu
veniens eum necauit:et plenum baculū auro fre
git:et aurum effudit. Audiēs hoc iudeus concitus
illuc venit. Cūqȝ dolum vidiſſet et a multis ei ſug
gereretur vt aurū reciperet omnino renuit:niſi
qui defunctus fuerat ad vitā beati nicolai meritis
redderetur:aſſerens ſe ſi hoc fieret baptiſma ſuſce-
pturū et xpianum futurū. Cōtinuo qui defunctus
fuerat ſuſcitatur:et iudeus in xpi nomīe baptizatur.
¶ Quidā iudeus videns beati nicolai virtuo
ſam potentiā in miraculis faciēdis:ymaginē eius
ſibi fieri precepit:eamqȝ in ſua domo collocauit.
Cui res ſuas cum aliquo longius iret cum minis
cōmendabat:hec vel ſimilia verba dicēs. Ecce ni-
colae omnia bona mea vobis cuſtodiēda cōmitto
et niſi oīa bene cuſtodieritis: vlcionē expectande
vobis verberibus et flagellis. Quadā igitur vice
dum ille abeſſet. fures aduenīūt:cuncta rapiūt ſo
lam ymaginē derelinquunt. Judeus aūt rediens
et ſe ſpoliatum vidēs:ymaginem alloquitur talibus
vel ſimilibus vſus verbis. Domine nicolae nōne
ī domo mea vos poſuerā vt res meas a latronib⁹
ſeruaretis? Cur hoc facere noluiſtis:et latrones
quare nō ꝓhibuiſtis? Igitur dira tormēta recipies
et ꝑ latronibus penā lues. Sicqȝ damnū meū in
tuis recōpenſabo tormentis:et furorē meū in tuis
refrigirabo verberibus et flagellis. Accipiēs er
go iude⁹ ymaginē dire eā verberat:direqȝ flagel
lat. Mira res prorſus et ſtupēda:diuidētibus furi
bus que rapuerāt:ſanctus dei tanq̄ in ſe verbera
recepiſſet apparuit:hec vel ſimilia verba dicens.
Cur tā dire ꝑ vobis flagellatus ſum? Cur tā cru-
deliter verberatus:cur tormēta tot paſſus? Ecce
quomodo corpus meū liuit:ecce qualiter effuſione
ſanguinis rubet. Pergite citius et cuncta reddite
que tuliſtis. Alioquin dei omnipotētis in vos ira
deſeuiet. ita vt ſcelus veſtrū in mediū publicetur.
et quilibet veſtrū ſuſpendiū paciatur. Ad quē illi
Quis es tu q̄ nobis talia loqueris? Et ille. Ego ſū
nicolaus ſeruus ihesu xpi quem iudeus ille pro re
bus ſuis quas tuliſtis tam crudeliter flagellauit.
Territi illi ad iudeū veniunt miraculum referunt
ab eo quid ymagini fecerit audiunt cūcta reddūt.
Sicqȝ et latrones ad viā redeūt rectitudinis et iu
deus fidē amplectitur ſaluatoris. ¶ Uir quidā pro
amore filij ſui litteras addiſcētis feſtū ſancti nico-
lai annuatim ſolemniter celebrabat. Quadā igitur
vice pater pueri cōuiuiū ꝑparauit et mltos cleri-
cos iuitauit. Uenit aūt diabolus ad ianuā ī habitu
peregrini:petēs elemoſinā ſibi dari. Et iubet quā
totius pater filio vt det elemoſinam pegrino. Pro
perat puer:ſed peregrinū non inueniēs inſequitur
abeuntē. Cumqȝ ad quoddā vicū perueniſſet ap-
prehēdens dyabolus puerū eum ſtrāgulauit. Qđ
audiens pater vehemēter ingemuit:corpus tulit
ī thalamo collocauit. Cepitqȝ ꝑ dolore clamare et
dicere. Fili dilectiſſime quomō eſt tibi. Sācte nico
lae heccine eſt merces honoris quē vobis tamdiu
exhibui? Et cū hec et ſimilia patēter diceret ſtatim
puer quaſi de ſomno euigilans oculos aperuit et
ſurrexit ¶ Uir quidam nobilis rogauit bea-
tum nicolaū vt ſibi filiū a dño impetraret: promit
tens ſe filiū ad eccleſiā ei⁹ ducturū et ciphū aureū
oblaturū. Filius ergo naſcitur:et ad etatē perducitur.
et ciphus fieri iubetur. Qui dum ſibi valde place
ret:ſuis eum adaptauit vſibus:et alium eque va-
lentē fieri ꝓcepit. Nauigantibus itaqȝ ad eccleſiā
ſancti nicolai iubet pater filio:vt in illo cipho quē
primo fieri fecit aquā ſibi afferret. Puer autē cum
vellet aquā haurire cū cipho in mari cecidit et ſta
tim diſparuit. Pater aūt amare flens nihilominꝰ
votū ſuum perfecit. Ueniens igitur ad altare ſancti
nicolai cum obtuliſſet ſecundū ciphū tanq̄ proiec-
tus cecidit de altari. Cum autem eum eleuaſſet et
ſuper altare iterū poſuiſſet rurſus de altari lōgius
eſt proiectus. Mirātibus omnibus ad tam grāde

# De ſancta Lucia

ſpectaculū: ecce puer ſanus et incolumis aduenit, primum ciphū in ſuis geſtans manibus. Narrauit qꝫ coram omibus ꝙ quando in mari cecidit ſtatim beatus nicolaus affuit: et illeſum ſeruauit. Sicqꝫ pater eius letus effectus vtrumqꝫ ciphum beato nicolao obtulit. Quidā vir diues meritis beati nicolai filiū habuit quem adeodatū vocauit. Hic ſancto dei capellā in domo ſua cōſtruēs omni āno feſtum eius ſolemniter celebrauit. Erat aūt locus ille ſitus iuxta terrā agarenoꝝ. Adeodatus ergo quadā vice ab agarenis capitur: et in ſeruiturē regis coꝝ deputaꝛ. Sequēti anno dū feſtū ſancti nicolai pater eius deuote celebraret. et puer ciphuꝫ ꝓciosum tenēs regi aſſiſteret recolit ſuā captionē parentū dolorē: et gaudiū qđ in domo ſua ea die fiebat cepitqꝫ altius ſuſpirare. Quorum ſuſpirioꝝ cauſam dū rex minis extorſiſſet ait rex. Quicquit tuus nicolaus agat tu hic nobiſcum manebis et ſubito facto vento vehemēti totāqꝫ domū concutiente puer cum cipho rapiꝛ: et ante fores eccleſie vbi parētes agebant ſolēnia collocaꝛ: et magnū gaudiuꝫ omnibus generaꝛ. Alibi legiꝛ tamen ꝙ predictus iuuenis fuit de normādia q̄ vltra mare pergens a ſoldano capiꝛ ⁊ ante eum ſepe verberatur Qui dum in feſto ſancti nicolai verberaretur et in carcere incluſus fleret. et ꝓ ſua liberatiōe et proleticia quā tunc habere cōſueuerat: ſubito obdormiuit et euigilās in capella patris ſui ſe inuenit.

De ſancta Lucia. iiii. A



Lucia dicitur a luce. Lux em̄ habet pulchritudinem in aſpectione: quia vt dicit ambroſius. Lucis natura eſt: vt omnis in eius aſpectu gratia ſit habet etiam effuſſionē ſine coinquinatione: quia que cūqꝫ ꝑ immūda diffuſa nō coinquinatur: rectū inceſſum ſine curuitate. longiſſimam lineā pertranſit ſine moroſa dilatione. Per hoc oſtēditur ꝙ beata virgo lucia habuit decoreꝫ virginitatis ſine aliqua corruptione: diffuſionē caritatis ſine aliquo immūdo amore rectū inceſſum intētionis in deum ſine aliqua obliquitate: lōgiſſimam lineā diuine opationis ſine negligentia tarditate. Vel lucia diciꝛ: quaſi lucis via. B

Lucia virgo ſiracuſana nobilis genere audiens famā ſancte agathe ꝑ totam ſiciliam diuulgari ſepulchruꝫ eius adijt. cum matre ſua euthicia annis quatuor fluxū ſanguinis incurabiliter patiēte. Inter ipſa igiꝛ miſſarū ſolemnia contigit vt illud euangeliū legereꝛ in quo domin⁹ mulierem ab hac paſſione ſanaſſe narratur. Tūc lucia matri dixit Si credis his q̄ leguntꝛ crede agathā illuꝫ ſempꝰ habere ꝓſentē ꝓ cuius nomine ſuſtinuit paſſionē. Si ergo eius ſepulchrū credens contigeris ꝑfecta cōtinuo ſanitate gaudebis. Igiꝛ recedentibus cunctis: et matre et filia iuxta ſepulchrum in oratione exiſtentibus luciā ſomnus arripuit: viditqꝫ agatham in medio angeloruꝫ gēmis ornatā ſtantem et dicentem ſibi. Soror mea lucia virgo deo deuota quid a me petis quod ipſa poteris preſtare continuo matri tue? Nā ecce per fidē tuam ſanata eſt. Euigilans autem lucia matri ſue dixit. Mater mea ecce ſanata es per ipſaꝫ ergo te deprecor que ſuis orationibus te ſanauit ne michi de cetero nomines ſponſuꝫ: ſed quicquid michi datura es pro dote pauperibus elargire. Cui mater ait. Tege prius oculos meos ⁊ quicquid volueris de facultatibus facito. Ad quaꝫ lucia. Qđ moriēs das ideo das: quia ferre tecū non potes. Da igiꝛ dum viuis et mercedē habebis. Cum ergo rediſſent fit quotidie diſtractio rerū et danꝛ in neceſſitatibus pauperum. Interea dum patrimoniū diſtribuitur ad ſponſi noticiā peruenit: requirit ſpōſus a nutrice de his. Reſpondit illa caute ꝙ vtiliorem poſſeſſionē ſpōſa ſua inueniſſet: quaꝫ ſuo volebat nomine cōparare: et ideo videbaꝛ aliquāta diſtrahere. Credidit ſtultus carnale cōmercium et cepit auctor eſſe vendētium. Venditis autē omibus et pauperibus erogatis ſpōſus trahit eam corā paſchaſio cōſulari dicens eam xp̄ianam eſſe et contra leges agere auguſtorum. Inuitante igiꝛ

eam paſchaſio ad ſacrificia ydoloꝝ reſpondit. Sacrificium placēs deo ē viſitare pauperes: et eis in neceſſitatibus ſubuenire: et quia iam amplius nō habeo quod offerā meipſam ſibi tribuo offerendā. Cui paſchaſius. Iſta verba tibi ſimili ſtulto xpiano narrare poteris: michi aūt q̄ principū decreta cuſtodio iſta fruſtra proſequeris. Ad quem lucia. Tu principum tuoꝝ mandata cuſtodis: et ego dei mei legem cuſtodiam. Tu principes times: et ego deum timeo. Tu illos offendere non vis: et ego deū offendere caueo. Tu illis placere deſideras et ego vt xpo placeā cōcupiſco. Tu ergo fac qđ tibi vtile eſſe cognoſces: et ego faciam qđ vtile michi eſſe perſpexero. Cui paſchaſius. Patrimoniū tuū cum corruptoribus expēdiſti: et ideo quaſi meretrix loqueris. Cui lucia. Patrimonium meū in tuto loco cōſtitui: corruptores autē mentis et corporis nunq̄ ſciui. Reſpōdit paſchaſius. Qui ſunt corruptores mētis ⁊ corporis? Lucia dixit. Corruptores mētis vos eſtis q̄ ſuadetis vt aīe ſuū deſerāt creatorē. Corruptores vero corporis ſunt qui corporalē delectationē preponūt epulis ſempiternis. Paſchaſius dixit. Ceſſabūt verba cū peruentum fuerit ad verbera. Cui lucia dixit. Verba dei ceſſare non poſſunt. Cui paſchaſius. Tu ergo deus es? Reſpōdit lucia. Ancilla dei ſum qui dixit. Cum ſteteritis āte reges ⁊c. Nō eīm vos eſtis q̄ loquimini. Paſchaſius dixit. In te ergo ſpiritus ſanctus eſt? Cui lucia. Qui caſte viuūt tēplum ſpūſſancti ſunt. Cui paſchaſius. Ego te duci faciā ad lupanar vt ibi violationē accipias: ⁊ ſpūmſanctū perdas. Cui lucia. Non inquinat corpus niſi de cōſenſu mētis. Nam ſi me inuitam violari feceris caſtitas michi duplicatur ad coronā. Nunq̄ autem voluntatem meam ad conſenſum poteris prouocare. Ecce corpus meum ad omne ſuppliciū eſt paratum. Quid moraris? Incipe fili dyaboli deſideria penarū tuarū exercere. Tūc paſchaſius lenones fecit venire dicens eis. Inuitate ad eam omnē populū: et tam diu illudetur donec mortua nuncietur. Volentes eam trahere tanto pondere ſpūſſanctus eam fixit vt omnino eam mouere nequirēt. Fecitq̄ paſchaſius mille viros accedere et manus eius et pedes ligare. Sed eā nullatenus poterāt mouere. Tūc et cū viris mille quinquaginta paria boum adhibuit: ſed tamē virgo domini immobilis permāſit. Vocatis autē magis vt ſuis incantationibus moueretur omnino moueri non potuit. Tūc dixit paſchaſius. Que ſūt illa maleficia q̄ vna puella a mille viris nō mouetur. Lucia dixit. Nō ſunt iſta maleficia ſed beneficia chriſti. Porro ſi adhuc decē milia adhibueris eque vt prius immobilem me videbis. Putās vero paſchaſius ſcđm quorundam figmēta q̄ locio fugarent maleficia iuſſit eam locio perfundi. Cumq̄ nec ſic moueri poſſet anguſtiatus nimis copioſum ignem circa eā accēdi picemq̄ reſinam et feruens oleum ſuper eam fundi iuſſit. ¶ Dixitq̄ lucia. Inducias impetraui martirij mei vt credentibus timorem auferam paſſionis. et non credētibus vocem inſultacionis. Vidētes autē amici paſchaſij eum anguſtiari in gutture eius gladiū immerſerunt. Que nequaq̄ loquelam amittēs dixit. Annuncio vobis pacem eccleſie redditā maximiano hodie mortuo et de regno ſuo dyocleciano expulſo. Et ſicut ciuitati cathenēſi ſoror mea agatha data ē protectrix: ſic et ego ciuitati ſiracuſane conceſſa ſum interuentrix. Dum hec virgo loquitur ecce miniſtri romanoꝝ veniūt paſchaſium apꝓhendunt vinctū ad ceſarē ſecū ducunt. Audierat eīm ceſar q̄ vniuerſam prouinciā fuerat depredatus. Veniēs ergo romā et ſenatui accuſatus pariter et cōuictus capitali ſentēcia eſt punitus. Virgo vero lucia de loco in quo ꝑcuſſa ē mota non eſt nec ſpm̄ tradidit quoadusq̄ ſacerdotes venirēt et corpus dn̄i ei tradiderant. Et oēs aſtantes amen dn̄o reſpōderunt. In eodem autē loco eſt ſepulta et eccleſia fabricata. Paſſa eſt aūt tp̄e conſtantini et maxentij circa annos dn̄i. cccx.

## De ſancto thoma apoſtolo .v. A



# De ſancto Thoma apl'o

Thomas interpꝛetatur abiſſus vł geminus quod et grece didimus dicitur. Uel dicitur thomas a thomos qđ eſt diuiſio ſiue ſectio Dicitur ergo abiſſus eo ꝙ ꝓfunditatem diuinitatis penetrare meruit quādo ad ſui īterrogationē xp̄s ſibi reſpondit. Ego ſum via veritas et vita. Dicit geminus eo ꝙ reſurrectionē chꝛiſti quaſi geminate et in duplum ꝙ̄ alij cognouit. Nam illi cognouerūt videndo: iſte vidēdo et palpando. Diuiſio autem ſiue ſectio dicitur quia mētem ſuam ab amoꝛe mūdi diuiſit: vel quia ab alijs in fide reſurrectionis diuiſus et ſectꝰ fuit. Uel dicitur thomas quaſi totꝰ meās in dei ſcꝫ amoꝛe et cōtemplatiōe Habuit em̄ tria q̄ in ipſo indicauerūt fuiſſe amoꝛē dei de quibus dicit pꝛoſper in libꝛo de vita contēplatiua. Quid eſt deū diligere niſi animo concipere feruidum viſionis dei affectum: peccati odium et mundi faſtidium? Uel thomas dicit a theos qđ eſt deus et meꝰ: vnde thomas quaſi deus meus ⁊ hoc pꝛopter illud qđ dixit: cum certificatus credidit: dominus meus et deus meus B

Thomas apoſtolus cum eſſet apud ceſareā apparuit ei dn̄s dicēs. Rex indie gundoſorus miſit pꝛepoſitum abanen. querere hominem architectoꝛia arte eruditum. Ueni igit et mittam te ad euꝫ. Cui thomas. Domine quo vis mitte me pꝛeter ad indos. Cui dn̄s. Uade ſecure quia ero cuſtos tui. Cūq; indos cōuerteris ad me cū palma martirij venies. Cui thomas. Dn̄s meꝰ es ⁊ ego ſeruus tuus. fiat volūtas tua. Cūq; pꝛepoſitus foꝛū ꝑambulaſſet dixit ei dn̄s. Quid comparare vis iuuenis? Cui ille. Dn̄s meus miſit me vt conducā ſeruos in arte architectoꝛia eruditos vt romano opere ſibi palacium cōſtruatur. Tunc dn̄s tradidit ei thomā. aſſerens eum plurimū in tali arte peritū. Nauigantes autē ad quandā ciuitatem venerūt: in qua rex filie ſue nuptias celebrabat. Hic cum pꝛeconizari feciſſet: vt omēs nuptijs intereſſent alias regem offenderent: illuc cōtigit abanen et apoſtoluꝫ introire. Puella aūt hebꝛea fiſtulam in manu gerēs vnūquemq; laude aliqua cōmendabat. Uidēſq; apoſtolū intellexit hūc eſſe hebꝛeum eo ꝙ nō manducaret: ſed oculos ad celū fixos haberet. Cumq; puella corā eo hebꝛayce caneret dicēs: vnus eſt deus hebꝛeoꝛum qui creauit oīa et fundauit maria. apoſtolus ip̄am hec eadeꝫ verba repetere ſatagebat. Uidēs aūt pincerna ꝙ non mādicaret neq; biberet: ſed tantuꝫ oculos fixos ad celū haberet apl'm dei in maxillā percuſſit Cui apl'us. Melius ē vt in futuro indulgētia tibi tradatur et hic trāſſitoꝛia plaga reddat. Non hinc ſurgā donec manus que me ꝑcuſſit huc a canibus afferatur. Hic igit ad hauriēdā aquaꝫ abijt: et leo ip̄m occidēs ſanguinē eiꝰ bibit. Lacerātibus aūt canibus eius coꝛpꝰ. vnus niger canis manū eius dexterā in medium cōuiuij appoꝛtauit. Quo viſo oīs turba obſtupuit: et puella eius verba referēs pꝛoiecta fiſtula ad pedes apoſtoli ſe ꝓiecit. Huiꝰmodi autē vltionē factam repꝛobat augꝰ. in libꝛo cōtra fauſtū et aſſerit a pſeudo hoc fuiſſe inſertuꝫ Unde et legēda hec quo ad plura ſuſpecta habet Poſſet autē dici ꝙ hoc nō animo impꝛecandi: ſed modo pꝛedicēdi dictū ſit. Si aūt auguſtini verba diligēter inſpiciant. nō penitus repꝛobare iſta videtur. Ait em̄ ſic in codeꝫ libꝛo. Legūt ſcripturas apocrifas manichei neſcio a quibus fictoꝛibus fabularū ſub apoſtoloꝛū nomine ſcriptas: qui ſuoꝝ ſcriptoꝝ tempoꝛibus in autoꝛitatē ſancte eccleſie recipi mererent: ſi ſancti et docti homines qui tūc in hac vita erant et examinare poterāt: eos vera locutos eſſe cognoſcerēt. Ibi tamen legunt apl'm thomā cuꝫ eſſet in quodā nuptiaꝝ conuiuio peregrinus: ⁊ pꝛoꝛſus incognitꝰ a quodā miniſtro palma ꝑcuſſum: impꝛecatū fuiſſe homini continuam ſeuamq; vindictā. Nam cū egreſſus fuiſſet ad fontem vnde et aquā conuiuantibus miſtraret in euꝫ leo irruēs interemit: manūq; eiꝰ qua caput apl'i leui ictu percuſſerat: a coꝛpoꝛe auulſam ſcđm verbum eiuſdē apoſtoli id optantis atq; impꝛecātis canis intulit mēſis quibus ipſe apoſtolus incumbebat. Quid hoc videri crudelius poteſt? Uerū quia ibi niſi tamen falloꝛ: hoc etiā ſcriptū eſt ꝙ ei veniā in ſeculo futuro petierit. Facta eſt autem compenſatio beneficij maioꝛis: vt et apoſtolus ꝙ̄ carus deo eſſet: et dn̄s per hunc timoꝛem cōmendaret ignotis: et ille poſt hanc vitam quādoq; finiēdam in eternum cōſolaretur. Utrū illa vera ſit an ficta narratio: nichil mei nunc intereſt. Certe em̄ manichei a quibus ille ſcripture quas canon eccleſiaſticus reſpuit tanꝙ̄ vere atq; ſincere acceptant: ſaltē hic cogunt fateri illā paciētie virtutē quā docet dn̄s dicens: ſi quis te ꝑcuſſerit in maxillā dexteraꝫ pꝛebe ei ſiniſtram. poſſe eſſe in pꝛeparatione coꝛdis. etiam ſi non exhibeat geſtu coꝛpoꝛis et expꝛeſſione verboꝝ: Quādo quidē apl's palma percuſſus potius dominū rogauit. vt iniurioſo homini in futuro ſeculo parceret: in p̄ſenti autē illa iniuria nō inulta relinqueret: quā vel pꝛebuit ferienti alterā aut vt iterū feriret āmonuit. Tenebat certe interiꝰ dilectionis affectū: et exteriꝰ requirebat coꝛrectio

vis exemplum: ſiue hoc verum ſiue confictum cur
nolūt credere tali animo famulū dei moyſen: ydo
li fabricatores et adoratores gladio proſtrauiſſe.
Si aūt penas illas cōparamus quid ſimile ferro
interimi. et a feris trucidari: atqꝫ laniari? Quādo
quidē iudices publicis legibus ſeruiētes: maioris
criminis reos beſtijs tradi q̄ȝ gladio percuti iubēt
Hec aug⁹. Tunc apl's ad peticionē regis ſponſū
et ſponſam benedixit. Da inquiens domine ado-
leſcentibus his benedictionē tue dextere et in co
rū mentibus ſemina ſemē vite. Abeunte aūt apl'o
in manu iuuenis eſt repertus plen⁹ dactilis palme
ramus. Comedētibus vero ſpōſo et ſpōſa de fruc
tu eius ambo obdormiunt. et ſomniū ſimile ambo
cernunt. Videbat' enim eis q̄ȝ rex gemmatus eos
amplecteret' et diceret. Apoſtolus benedixit vos
vt eterne vite participes ſitis. Euigilantibus aūt
et mutuo ſibi ſomnia reuelātibus apoſtol⁹ ad eos
ingredit' dicens eis. Rex meus vobis modo appa
ruit: et me clauſis ianuis huc adduxit. vt ſup vos
benedictio mea fructificet. Habeatis carnis inte-
gritatem que eſt omniū virtutum regina et fruc-
tus ſalutis perpetue. Virginitas ſoror eſt angelo-
rum: poſſeſſio omniū bonoꝝ: victoria libidinum.
fidei trophеum expugnatio demonū: et terrenoꝝ
ſecuritas gaudioꝝ. De libidine autē corruptio gi-
gnitur: de corruptione pollutio naſcitur de pollu
tione reatus oritur: de reatu confuſio generatur.
Hec illo referēte duo angeli apparuerūt dicētes
eis. Nos ſumus angeli vobis ad cuſtodiam depu
tati: qui ſi apoſtoli bene ſeruaueritis monita offe
remus deo oīa vota veſtra. Eos igitur apoſtolus
baptizauit. et de fide diligēter docuit. Poſt multū
vero temporis ſponſa nomīe pelagia ſacro vela-
mine conſecrata martiriū patitur. ⁊ ſponſus noīe
dyoniſius illi ciuitati in epiſcopum ordinatur.

C Poſt hec aūt apoſtolus et abanes ad regē
indie puenerunt: ſignato vero ab apoſtolo mirabi
li palacio. et copioſo theſauro accepto. rex in aliā
prouinciā proficit': et apl's vniuerſum theſaurum
pauperibus elargitur. Per totū aūt bienniū quo
abfuit rex apoſtolus p̄dicationi inſtitit: ⁊ innume
rabilem populū ad fidē conuertit. Rediēs autē
rex et que thomas fecerat diſcens. ipſum cū aba
ne in yma retrudit carceris vt poſtmodū viuos ex
coriatos vltricibus daret flammis. C Interea gad
frater regis morit': et ei ſepulchrum cū ambiciōe ni
mia preparat'. Quarta aūt die qui mortu⁹ fuerat
reſurrexit et ſtupefactis oībus cunctiſqꝫ fugiētib⁹
dixit fratri ſuo. Hic homo frater quē excoriare et
incendere diſponebas amicus dei eſt: et omēs an-
geli famulant' ei. Qui me in paradiſū ducētes qd-
dam michi oſtenderūt palaciū ex auro et argēto
et lapidibus p̄cioſis mirabiliter fabricatū. Et cum
eius pulchritudinē admirarer: dixerūt michi. Hoc
eſt palaciū qd thomas fratri tuo extruxerat. cūqꝫ
dicerē vtinam ianitor eius eſſem: dixerunt michi.
frater tuus ſe illo fecit indignū. Si vis in illo ma
nere rogabimus dn̄m vt te ſuſcitare dignetur. vt
illud a fratri tuo poſſis emere reddēs ei pecuniā
quā ſe eſtimat perdidiſſe. Et hec dicēs cucurrit ad
carcerem apoſtoli fratri ſuo poſtulans indulgeri.
abiectiſqꝫ vinculis rogare apoſtolū cepit vt veſtē
acciperet precioſam. Cui apoſtolus. Ignoras q̄ȝ
nichil carnale. nichilqꝫ terrenū geſtiunt. qui cupi-
unt habere in celeſtibus poteſtatē. Egrediēti aūt
apoſtolo de carcere rex occurrit. et obuolutus ei⁹
pedib⁹ veniā poſtulabat. Tūc apoſtolus ait. mul-
tum vobis preſtitit deus: vt ſecreta ſua vobis o-
ſtenderet. Credite in chriſtum et baptizamini. vt
eterni regni participes ſitis. Dicit ei frater regis
Vidi palacium q̄ȝ fratri meo feciſti et illud cōpara-
re merui. Cui apoſtolus. Hoc in poteſtate fratris
tui eſt. Cui rex. Illud erit meū: apoſtolus fabricet
tibi aliud. Quod ſi forte nequiuerit michi et tibi
vnum hoc cōmune erit. Reſpondit apoſtolus. In
numerabilia palacia ſunt in celo. ab inicio ſeculi
preparata que fidei precibus ſiue precio et elemo
ſinis comparantur. Diuitie autem veſtre ad illa
vos antecedere poſſunt. ſequi vero omnino non
poſſunt. C D Poſt vnum autē menſem fecit a
poſtolus pauperes omnes illius prouincie con-
gregari. Quibus cōgregatis debiles et infirmos
ſeorſum ſtare iuſſit: ſuper eos orauit. Cunqꝫ qui
docti fuerāt reſpōdiſſent amen. choruſcatio de ce
lo veniens: tam apoſtolū q̄ȝ ceteros fere p horam
dimidiā ſic proſtrauit. vt omnes ſe putarent ictu
fulguris interiſſe. Erigēs autē ſe apoſtolus dixit.
Surgite quia dominus meus ſicut fulgur venit.
voſqꝫ ſanauit. Exurgentes aūt omnes ſani deum
et apoſtolum glorificauerunt. Tunc apoſtolus ce-
pit eos docere et duodecim gradibus virtutū aſſi
gnare. Primus eſt vt in deum crederent qui eſt
vnus in eſſentia: et trinus in perſonis. deditqꝫ eis
triplex exemplum ſenſibile: quomodo ſint in vna
eſſentia tres perſone. Primum eſt quia vna eſt in
homine ſapientia. et de illa vna procedit intellec-
tus memoria et ingenium. Nam ingenium eſt in-
quit. vt quod nō didiciſti inuenias. Memoria vt
non obliuiſceris que didiceris. Intellectus vt in-

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

telligas que oſtendi poſſunt vel doceri. Secundū
ꝙ in vna vinea tria ſunt ſcilicet lignū folia et fru-
ctus. et hec omnia tria vnum ſunt. et vna vinea
ſunt. Tercium eſt quia caput vnum quatuor ſenſi
bus conſtat. in vno eñ capite ſunt viſus. guſtus
auditus et odoratus. et hec plura ſunt et vnum ca
put ſunt. Secūdus gradus eſt vt baptiſmū ſuſci-
perent. Tercius eſt vt ſe a fornicatione continerēt
Quartus vt ſe ab auaricia temperarent. Quītus
vt gulam reſtringerent. Sextus vt penitentiam
tenerent. Septimus vt in his perſeuerarent. Oc-
tauus vt hoſpitalitatem amarent. Nonus vt volū
tatem dei in faciendis quererent et eā opere com
plerent. Decimus vt eam in non faciendis quere
rent et ea vitarēt. Undecimus vt caritatē amicis
et inimicis impenderent. Duodecimus vt in cuſto
diendis his vigilem curā haberent. Poſt predica
tionem vero baptizati ſunt nouem milia virorum
exceptis paruulis ⁊ mulieribus. ¶ E Poſt hoc
autem in ſuperiorem indiam abijt in qua innume
ris miraculorum inſignijs choruſcauit. Sinticem
etiā amicā migdomie vxoris cariſij cognati regis
apoſtolus illuminauit. Dixitqꝫ migdomia ad ſinti
cem. Putas ſi potero eū videre? Tūc migdomia
de conſilio eius habitum mutauit et inter paupe-
res mulieres vbi apoſtolus predicabat aduenit.
Apoſtolus autem cepit de vite huius miſeria pre-
dicare dicens inter cetera. Quoniā vita hec eſt vi
ta miſera. caſibus ſubiecta. et a deo fugitiua. vt cū
teneri creditur effugiat labefacta. Deinde cepit
quatuor rationibus exhortari vt verbū dei liben-
ter audirēt. ipſum verbū dei quatuor rerū generi
bus cōparando: ſcilicet collirio ex eo ꝙ noſtrū af-
fectū ab omni carnali amore purgat et mūdat. am
plaſtro ex eo ꝙ peccatorū noſtrorū vulnera ſanat
ex eo ꝙ nos celeſtium amore delectat. Et ſicut in-
quit hec egroto non valent niſi ea in ſe recepit, ſic
nec anime languēti verbum dei prodeſt niſi illud
cum deuotione audierit. Predicāte igitur apoſtolo
migdomia credidit et deinceps viri thorū abhor-
ruit. Tunc cariſius a rege impetrauit. et apoſtolū
in carcerem poſuit. Ad quē veniens migdomia ro
gauit vt ſibi ignoſceret ꝙ propter eam in carcerē
miſſus eſſet. Quam ille benigne cōſolans. hec oīa
ſe libenter pati aſſeruit. Cariſius aūt regem ro-
gauit vt reginam ſororē ſue vxoris ad eam mitte-
ret. ſi forte eam reuocare poſſet. Miſſa regina cō
uertitur ab ea quā volebat peruertere. viſiſqꝫ tot
miraculis que apoſtolus faciebat dixit. Maledicti
ſunt a deo qui non tot ſignis credunt et operibus

Tunc apoſtolus omnes qui aderāt de tribus bre-
uiter inſtruxit. ſcilicet vt eccleſiam diligerēt. ſacer
dotes honorarent. et aſſidue ad audiēdum verbū
dei conuenirent. Reuertente autē regina dixit ei
rex. Ut quid tam diu morata es? Que reſpondit:
Putabam migdomiā ſtultā eſſe: ſed ſapientiſſima
eſt. ⁊ me ad apoſtolum dei ducēs viā veritatis me
cognoſcere fecit. et nimis ſtulti ſunt qui in chriſtū
non credunt. Noluitqꝫ regina regi deinceps copu
lari. Stupefactus aūt rex dixit cognato ſuo. dum
tuam vxorē recuperare vellem meā perdidi. ⁊ pe
ior michi mea effecta eſt quā tua tibi ¶ F Tūc rex
iuſſit apoſtolum ligatis manibus ad ſe adduci.
precipiens ei vt ad ſuos viros coniuges reuoca-
ret. Apoſtolus autem triplici exemplo oſtendit
quandiu in errore perſiſterent hoc facere non de-
berent, videlicet exemplo regis: exemplo turris.
et exemplo fontis. Unde dixit. Tu cum ſis rex
non vis habere coinquinata ſeruitia. ſed mundos
ſeruos pariter et ancillas. quantomagis credere
debes deum amare caſtiſſima et munda ſeruitia.
Quid ergo culpor ſi deū amare predico in ſeruis
ſuis quod diligis et in tuis? Fabricaui turrim excel
ſam et dicis michi. vt ego qui fabricaui eā deſtru-
am. Fodi terram profundam et eduxi fontem de a
biſſo et dicis michi vt obſtruam illam? Tunc iratꝰ
rex afferri iuſſit ardentes laminas ferreas et apo
ſtolum ſtare nudis pedibus ſuper eas. Protinus
autē nutu dei fons ibi erupit. et eas extinxit. Tūc
rex conſilio cognati ſui eum in fornacē ardentem
mitti iuſſit: que tamen ſic refrigerata eſt. vt die al-
tera ſanus inde exiret et illeſus. Dixitqꝫ regi cari-
ſius. Fac illum offerri ſacrificiū deo ſolis vt ſic dei
ſui irā incurrat. qui ab his eum liberat. Cumqꝫ ad
hoc vrgeretur dixit regi. Preſtācior es tu ꝙ factura
tua. Ex quo tu modo verum deum negligis. et pi
cturā colis. tu putas ꝙ ſicut dicit cariſius deꝰ meꝰ
michi iraſcetur Poſtꝙ adorauero deū tuū: magis
autē iraſcetur deo tuo eumqꝫ comminuet. Adoro
igitur eum. Si ergo me adorante deum tuum deꝰ
meus non aduertet illum ſacrificabo illi. Si autē
ſic tu credes deo meo. Cui rex. Adhuc mecum de
pari loqueris. Precepit igitur apoſtolus hebrayce
demoni qui in eo erat. vt quācito coram ydolo ge
nua flecteret. ſtatim ydolū comminueret. Flectēs igi
tur apoſtolus genua dixit. Ecce adoro ſed nō ydo
lum. Ecce adoro ſed nō metallū. Ecce adoro ſed
non ſimulachrum. Adoro autē dominum meum.
iheſum chriſtum in cuius nomine precipio tibi de-
mon qui in eo latitas vt ſimulachrū iſtud commi-

ſuas. Statim qꝫ ſicut cera liquefacta eſt. Tūc oīs ſacerdotes mugitum dederunt. Pontifex autem templi eleuans gladium apoſtolum trāſuerberanit dicēs. Ego vindicabo iniurias dei mei. Rex autem et cariſius aufugerūt. vidētes ꝙ populus vellet apoſtolum vindicare. et pontificē viuū incendere. chriſtiani autem corpus apoſtoli tulerunt. et honorifice ſepelierunt. ¶ Poſt longum tēpus ſcilicet circa annos domini ducētos et triginta. corpus apoſtoli in ediſſam ciuitatem que olim dicebatur rages medorum trāſlatum eſt: alexādro imperatore ad ſiriorum preces hoc faciente. In illa aūt ciuitate nullus heretic⁹ nullus. iudeus. nullus paganus poteſt viuere. nec tyrānus aliquis ibi nocere. poſtq̄ abagarus rex illi⁹ ciuitatis epiſtolā manu ſaluatoris ſcriptā accipe meruit. Nam ſi quādo gēs aliqua cōtra ciuitatē illam inſurrexerit: infans baptizatus ſupra portā ſtans epiſtolam illā legit. et ea die tā ſaluatoris ſcriptis q̄ apl'i thome meritis hoſtes aut fugiunt aut pacantur ¶ yſidorus etiam in libro de vita et obitu ſanctorum ſic de illo apoſtolo dicit. Thomas diſcipulus chriſti. ac ſimilis ſaluatori audiendo incredulus. vidēdo fidelis fuit. Hic euangelium predicauit. partis medis perſis hyrcanis et brachianis. Et intrās orientalem plagā et interna gentiuꝫ penetrans: ibi predicationē ſuam vſqꝫ ad titulum ſue paſſionis perduxit. Hic lanceis tranſfixus occubuit. Hec yſidorus. Criſoſto. quoqꝫ ait. ꝙ dū thomas ad regionē magoꝝ q̄ ad xp̄m adorandū venerant deueniſſet eos baptizauit. ⁊ facti ſunt adiutores fidei xp̄iane

## ¶ De feſtiuitatibus que eueniunt infra tempus qđ partim continetur ſub tempore recōciliatiōis. et partim ſub tempore peregrinationis.

Dicto de feſtiuitatibus que occurrunt infra tēpus renouationis. qđ incepit a moyſe et ꝓphetis: et durauit vſqꝫ ad aduentuꝫ xp̄i in carnem: quod tēpus rapreſentat eccleſia ab aduentu aſqꝫ ad natiuitatē dn̄i incluſiue. Sequitur de feſtiuitatibus que eueniunt infra tēpus quod partim cōtinetur ſub tempore reconciliationis: partim ſub tempore peregrinatōis. quod tēpus repreſentat eccleſia a natiuitate vſqꝫ ad ſeptuageſimam: ſicut ſupra in prologo dictum eſt

## ¶ De natiuitate dn̄i noſtri ieſu xp̄i ſecundū carnem.





Natiuitas domini noſtri iheſu chriſti ſecūdū carneꝫ vt quidam aiunt. cōpletis ab adā quinqꝫ milibus. cc.xxviij. annis vel ſcđm alios ſexmilibus. vel ſecūduꝫ euſebium ceſarienſem incronicis ſuis quiqꝫ milib⁹. dcccc. tp̄e octauiani imꝑatoris facta eſt. Cōputatio aūt. vi. miliū annoꝝ inuenta fuit a methodio poti⁹ miſtice q̄ cronice Veniēte aūt ipſo filio dei in carnē. tāta pace vniuerſus mund⁹ gaudebat. vt toti orbi vnicus romanoꝝ imꝑator pacifice preſideret. Hic dictus eſt octauianus a prima impoſitiōe. ceſar a iulio ceſare cui⁹ fuit nepos. auguſtus ab augmēto reipublice imperator a dignitatis honore qui ad differentiā alioꝝ regū fuit primo hoc nomine inſignitus. Nam ſicut naſci voluit vt nobis pacē pectoris vel tēporis et pacē eternitatis tribueret. ſic voluit vt nichilomin⁹ ortū ſuuꝫ pax tēporis illuſtraret. Ceſar igitur auguſt⁹ vniuerſo p̄ſidēs orbi. ſcire voluit quot ꝓuincie. quot ciuitates quot caſtra. quot ville. quot hoīes ī toto orbe eſſent iuſſitqꝫ vt dicit̄ in hiſtoria ſcolaſtica. vt omnes homies ad vrbem vnde trahebāt originē pergerēt et quilibet denariū argēteū qui valebat decem nūmos vſuales vnde et denarius dicebat̄ preſidi prouincie tradēs ſe ſubditū romano impio profiteret̄. Nam et nūmus ymaginē preferebat ceſaris et ſuperſcriptionē nomīs. Dicebat̄ autē profeſſio et deſcriptio ſed diuerſa ꝯſideratiōe. Profeſſio eīn dicebat̄: q̄a quilibet qn̄ reddebat p̄ſidi ꝓuincie cēſum capitis id eſt denariū illū qui ſit dicebat̄

# De natiuitate Domini

ponebat ſuꝑ caput ſuū. et proprio ore profitebaꝛ.
ſe eſſe ſubditū romano imꝑio. vnde dicebaꝛ ꝓfeſ-
ſio id eſt ꝓprio ore faſſio. et fiebat hoc corā omni
ꝑplo. Deſcriptio aūt dicebaꝛ: quia numerus eorū
qui cenſuꝫ capitis ferebāt. certo determinabaꝛ nu
mero et redigebaꝛ in ſcriptis. Hec autem deſcri-
ptio prima facta eſt a preſide ſirie cirino Prima di
ciꝛ vt in eiſdeꝫ hiſtorijs ſcolaſticis habeꝛ. quantuꝫ
ad cirinū quia eīn iudea ī vmbilico terre nr̄e habi-
tabilis eſſe diciꝛ. ꝓuiſum eſt vt in ea inchoareꝛ. et
deinde ꝑ circūſtantes regiones et alij preſides ꝓ
ſequerenꝛ. Uel prima diciꝛ id eſt vniuerſalis quia
alie ꝓceſſerūt particulares. Ul' forte prima capitū
in ciuitate fiebat a ꝓſide. ſecūda ciuitatū in regio
ne a legato ceſaris. tercia regionū in vrbe corā ce
ſare. Joſeph autē cum eſſet de genere dauid a na-
zareth in bethleem ꝓfectus eſt. Cū autem beate
marie tēpus pariēdi inſtaret. et ipſe de ſuo reddi-
tu neſciret. eā ſecuꝫ aſſumpſit. et in bethleem ſecuꝫ
duxit: nolens thezaurū ſibi a deo cōmiſſuꝫ in alie-
na manu dimittere: ſed ipē ꝑ ſe voluit illum cura
peruigili cuſtodire. Cū ergo bethleeꝫ appropin-
quaſſet. vt fater bartholomeus in ſua cōpilatione
teſtaꝛ et de libro infantie ſaluatoris eſt ſumptū vi
dit beata virgo partē populi gaudentē. et parteꝫ
gemētē. Qð ſibi angelus exponēs ait. Pars ppl'i
gaudēs eſt populus gētilis qui in ſemine abrahe
eternā benedictionē accipiet. pars aūt gemēs eſt
plebs iudaica. a deo ſuis meritis reprobata. Cuꝫ
igiꝛ ambo bethleē veniſſent: et quia paupes erāt.
et quia oīa hoſpicia alij qui ꝓpter hoc ipm̄ vene-
rant occupauerāt nullū hoſpiciū habere potuerūt
diuerterūt in cōmuni tranſitu. qui vt diciꝛ in hiſto-
ria ſcolaſtica. erat inter duas domos operimentū
habēs qui diuerſoriū diciꝛ: ſub quo ciues ad collo
quendū vel cōuiſenduꝫ in diebus ocij vel ꝓ aeris
intēꝑie diuertebāt. Ubi forte ioſeph preſepe boui
et aſſino fecerat. Uel ſcðm quoſdā ruſtici cum ad
forū veniebāt animalia ſua ibidē ligabant. ⁊ ideo
ꝓſepe ibi cōſtructū erat. Jpa igiꝛ nocte media diei
dn̄ice. beata virgo filium ſuū peperit et in ꝓſepio
ſuꝑ fenū reclinauit. Qð fenum vt habeꝛ in hiſto-
ria ſcolaſtica. beata helena poſtmoduꝫ romā detu
lit. A cuius feni comeſtione bos et aſinꝰ vt dicitur
abſtinebāt. ¶ B Notandū aūt ꝙ natiuitas xp̄i
fuit mirabiliter facta multipliciter oſtenſa et vtili
ter exhibita. Fuit aūt mirabiliter facta: tuꝫ ex par
te generantis. tū ex parte geniti. tū ex parte modi
generādi. Ex parte generātis quia ipa fuit virgo
ante partū et virgo poſt partū. et hoc ſcꝫ ꝙ virgo
manens pepit quinqꝫ modis oſtenſum eſt. Primo
per ꝓpheciam eſaie. vij. Ecce virgo concipiet ⁊c.
Secūdo per figurā hoc eīn figuratū fuit per virgā
aaron que ſine omni humano ſtudio floruit ⁊ per
portā ezechielis que ſemꝑ clauſa ꝑmanſit. Tercio
per cuſtodiā. ioſeph eīn ex eo ꝙ ipſam cuſtodiuit
teſtis ſue virginitatis extitit. Quarto ꝑ experien-
tiam. cuꝫ eīn vt in cōpilatione bartholomei habe-
tur: et de libro ſaluatoris infantie ſumptum fuiſſe
videtur beate marie pariendi tempus inſtaret. io
ſeph licet deū de virgine naſciturū non dubitaret
morē tamen gerēs patrie obſtetrices vocauit qua
ruꝫ vna vocabaꝛ zebel. ⁊ altera ſalome. Zebel igi
tur cōſiderans et inquirēs et ipſaꝫ virginem inue
niens exclamauit virginē peperiſſe. Salome aūt
dū non crederet: ſed hoc probare ſimiliter vellet.
cōtinuo aruit manus eius. Juſſu autē angeli ſibi
apparentis puerū tetigit. et cōtinuo ſanitatē acce
pit. Quinto per miraculi euidentiaꝫ. Rome enim
vt teſtaꝛ innocentius papa tercius. xij. annis pax
fuit. Jgitur romani templū pacis pulcherrimum
cōſtruxerunt. et ibi ſtatuam romuli poſuerūt. Cō
ſulentes autē apollinē quantū duraret acceperūt
reſponſum quouſqꝫ virgo pareret. Hoc autē au-
diētes dixerūt. Ergo in eternū durabit. Jmpoſſi-
bile eīn credebāt ꝙ vnqꝫ pareret virgo. Unde in
foribus templi titulum hunc ſcripſerunt. Templū
pacis eternū. Sed in ipa nocte qua virgo peperit
tēplum funditus corruit. Et ibi eſt modo eccleſia
ſancte marie noue. Secūdo fuit mirabiliter facta
ex parte geniti. Nā ſicut dicit bernardus in eadem
perſona. eternum. antiquuꝫ. et nouū mirabiliter
cōuenerūt Eternū id eſt diuinitas antiquū. i. caro
ab adā traducta. nouū. i. aīa de nouo creata. Jte-
rū ſicut idē dicit hodie tres mixturas vel tria opa
fecit deꝰ ita mirabil'r ſingularia. vt talia nec facta
nec ampliꝰ faciēda ſint. Cōiuncta quippe ſunt ad
inuicē deus et homo: mater et virgo: fides et cor
humanū. Prima mixtura valde mirabilis: qa cō-
iūcta ſunt limus et deꝰ: maieſtas et infirmitas. tā
ta vilitas et tanta ſublimitas. Nichil eīn deo ſubli-
mius. et nichil limo vilius. Secūda nichilominus
valde mirabilis: a ſeculo eīn nō eſt auditū ꝙ vir-
go eſſet q̄ peperit: et ꝙ mater eſſet q̄ virgo ꝑman-
ſit. Tercia eſt prima et ſcða inferior: ſed nō minus
fortis. Mirum eīn quomō cor humanū fidem his
duobꝰ accōmodauit: quomō credi potuit ꝙ deus
homo eſſet. et ꝙ virgo permāſerit que peperiſſet
Hec bern̄. ¶ Tercio fuit mirabiliter facta ex parte
modi generādi. eius eīn partus fuit ſupra naturā

ex eo ꝙ virgo cõcepit. ſupꝛa rationẽ ex eo ꝙ deuꝫ
genuit. ſupꝛa humanã condicionẽ ex eo ꝙ ſine do
loꝛe peperit. ſupꝛa cõſuetudinẽ ex eo ꝙ de ſpũſan
cto concepit. Nõ eñ genuit virgo ex humano ſe-
mine: ſed ex miſtico ſpiramine. Nã ſpũſſanctus de
caſtiſſimis et puriſſimis ſanguinibꝰ virgis accepit
et inde coꝛpꝰ illud foꝛmauit: et ſic quartũ modum
mirabilẽ faciendi hominẽ deꝰ oſtendit. Nam ſicut
dicit anſelmꝰ deus poteſt quatuoꝛ modis hominẽ
facere. ſcꝫ ſine homine et femina ſicut fecit adam.
de homine ſine femina ſicut fecit euaꝫ. de homine
et femina. ſicut cõmunis ꝓbat vſus. de femĩa ſine
viro ſicut hodie mirabiliter factũ eſt. ¶ L Se-
cũdo eius natiuitas fuit multipliciter oſtẽſa. Oſtẽ
ſa eſt eñ per oẽs gradus creaturarũ. Eſt eñ que
dam creatura que tñ habet eſſe ſicut pure coꝛpo-
rea vt lapides. quedã q̃ habet eſſe et viuere. ſicut
vegetabilia vt arboꝛes. quedã que habet eſſe vi-
uere ⁊ ſentire. ſicut aĩalia bꝛuta. quedã q̃ habet eſ
ſe: viuere ſentire: et diſcernere. ſicut homo quedã
que habet eſſe viuere. ſentire diſcernere. et intelli
gere ſicut angelus. Per has omnes creaturas ho
die xp̃i natiuitas oſtenſa eſt. Prima autẽ creatura
ſcilicet pure cõꝛpoꝛea triplex eſt. ſcꝫ opaca tranſ-
parens. ſiue ꝑuia et lucida. Primo ergo oſtẽſa eſt
per pure coꝛpoꝛeã opacam. ſicut per deſtructionẽ
templi romanoꝝ. vt ſupꝛa dictũ eſt. et per ruinaꝫ
ſtatue romuli dei romanoꝝ que tunc cecidit et cõ-
minuta eſt. et ꝑ ruinã etiam aliarũ ſtatuarũ que
tũc in alĳs locis plurimis ceciderunt. Legitur eñ
in hiſtoꝛia ſcolaſtica. ꝙ iheremias ꝓpheta in egy-
ptũ deſcendẽs poſt moꝛtẽ godolie: regibus egy-
pti ſignũ dedit. ꝙ coꝝ ydola coꝛruerent. cum vir-
go filiuꝫ parturiret. Quapꝛopter ſacerdotes ydo
loꝛum: ymaginẽ virginis puerũ in gremio baiulã
tis ſecreto loco tẽpli ſtatuerunt: et eam ibi adoꝛa-
bãt. Sed a bartholomeo rege poſtea interrogati
q̃d hoc ſibi vellet. dixerũt paterne tradiciõis hoc
eſſe miſteriũ quod a ſancto viro et ꝓpheta eoꝝ
maioꝛes acceperant et ſic in rebus venturũ crede
bant Secũdo per pure coꝛpoꝛeã tranſparenteꝫ et
ꝑuiaꝫ. Nam in ipſa nocte natiuitatis dominice
obſcuritas noctis in claritatẽ diei verſa eſt. Rome
etiam vt atteſtaꝛ oꝛoſius et innocentius papa ter
cius. fons aque in liquoꝛẽ olei verſus eſt. et erum
pens vſq; in tiberim pꝛofluxit et tota die illa lar-
giſſime emanauit. et ibi modo eſt ſctã maria trãſ-
tiberim. ꝓphetauerat eñ ſibilla. ꝙ quãdo erum-
peret fons olei. naſcereꝛ ſaluatoꝛ. Tercio per pu-
re coꝛpoꝛeã lucidam. ſicut per coꝛpoꝛa ſuꝑ celeſtia

Nam in ipſa die natiuitatis ſecũdum antiquorum
relacionem vt ait Criſoſtomus. magis ſuper quẽ
dam montem oꝛantibus ſtella quedam iuxta eos
apparuit: que foꝛmam pueri pulcherrimi habe-
bat: et in eius capite crux ſplẽdebat. Que magos
alloquẽs dixit. vt in iudeam pergerent. et ibi na-
tum puerum inuenirẽt. In ipſa etiã die tres ſoles
in oꝛiẽte apparuerunt: q̃ paulatim in vnũ coꝛpus
ſolare redacti ſunt. Per quod ſignabaꝛ ꝙ trini et
vnius dei notitia: toti oꝛbi iminebat. Uel quia na
tus erat ille in quo tria. ſcꝫ anima: caro: et deitas.
in vnã perſonã cõuenerũt. In hiſtoꝛia tamen ſco
laſtica dicitꝛ. ꝙ non ipſa die natiuitatis tres ſoles
apparuerũt: ſed ante per aliq̃d tẽpus ſcꝫ poſt moꝛ
tẽ iulĳ ceſaris. q̃d etiaꝫ euſebius in cronica aſſerit
Octauianꝰ inſuꝑ impatoꝛ vt ait innocẽcius papa
tercius. vniuerſo oꝛbe ditioni romane ſubiugato
in tantum ſenatui placuit vt eũ ꝓ deo colere vel
lent. Prudẽs aũt impatoꝛ ſe moꝛtalem intelligẽs
ĩmoꝛtalitatis nomẽ ſibi noluit vſurpare Ad illoꝝ
vero opoꝛtunã inſtãtiã ſibillã ꝓphetiſſaꝫ aduocat
ſcire volẽs ꝑ eiꝰ oꝛacula. ſi in mũdo maioꝛ eo ali-
quãdo naſcereꝛ. Cum ergo in die natiuitatis dñi
cõſiliuꝫ ſuꝑ hac re conuocaſſet: et ſibilla ſola in ca-
mera imperatoꝛis oꝛaculis inſiſteret in die media
circulus aureꝰ apparuit circa ſolẽ. et in medio cir-
culi virgo pulcherrima. pueꝝ geſtans in gremio
Tũc ſibilla hoc ceſari oſtẽdit. Cũ aũt impatoꝛ ad
ꝑdictã viſionẽ plurimũ admiraretur audiuit vocẽ
dicentem ſibi. Hec eſt ara celi. Dixitq; ei ſibilla.
Hic puer maioꝛ te eſt et ideo ipſum adoꝛa. Eadeꝫ
autẽ camera in honoꝛe ſancte marie dedicata eſt
Unde vſq; hodie diciꝛ ſãcta maria ara celi. Intel-
ligens igitur impatoꝛ. ꝙ hic puer maioꝛ ſe erat. ei
thura obtulit et deus decetero vocari recuſauit
De hoc aũt oꝛoſius ita dicit. Octauiani tẽpoꝛe ho
ra circiter tercia celo repẽte liq̃do ac puro et ſere
no circulus ad ſpeciẽ celeſtis arcus oꝛbẽ ſolis am-
biuit quaſi venturus eſſet qui ipſum ſolẽ ſolus mũ
dum q; totũ et feciſſet et regeret. Hec oꝛoſius. Idẽ
ait eutropius. Refert quoq; thymotheꝰ hiſtoꝛio-
graphus. ſe ĩ antiq̃s romanoꝝ hiſtoꝛĳs inueniſſe
ꝙ octauianus triceſimoquito regni ſui anno capi-
toliũ aſcẽdit. et quis poſt ſe rempublicã guberna-
ret a dĳs ſolicite req̃ſiuit et audiuit vocẽ ſibi dicẽ-
tẽ. Puer ethereꝰ ex deo viuẽte ſine tẽpoꝛe genitꝰ
nõ multũ poſt ex intemerata virgine deus homo
ſine macula naſciturus. Hoc audito ibi araꝫ edifi
cauit cui hũc tituluꝫ inſcripſit. Hec eſt ara filĳ dei
viuẽtis. Secũdo oſtẽſa ẽ natiuitas et manifeſtata

per creaturam que habet eſſe et viuere ſicut ſunt
plāte et arbores. Jn hac eñi nocte vt bartholome
us in ſua cōpilatione teſtat̄. vinee engadi q̄ profe
runt balſamū floruerūt. fructū ꝓtulerunt: et liquo
rem dederūt. ¶ Tercio p̄ creaturā que habet eſſe
viuere et ſentire: ſicut ſunt aīalia. Proficiſcēs eñi
ioſeph in bethleem cū maria pregnāte duxit ſecū
bouē forte vt ipm̄ venderet et cenſum ꝓ ſe et pro
virgine ſolueret et de reſiduo viuerēt. et vnū aſi-
num forte vt virgo ſup̄ eū veheret̄. Bos igitur et
aſinus miraculoſe dn̄m cognoſcētes. flexis genib9
ipſum adorauerūt. Ante etiā xp̄i natiuitatem per
aliquos dies vt ait euſebius in cronica: cū quidā
ararent boues ad aratores dixerūt. Homies defi
cient: ſegetes ꝓficiēt. ¶ Quarto per creaturam q̄
habet eſſe. viuere: ſentire: et diſcernere. vt eſt hō
ſicut p̄ paſtores. Nā in ipa hora paſtores ſup̄ gre-
gem ſuū vigilabāt. ſicut bis in anno in lōgioribus
et breuioribus noctib9 anni cōſueuerāt. Mos eñi
fuit antiquitus gētibus in vtroq̄ ſolſticio. ſcꝫ eſti-
uali circa feſtū iohānis baptiſte et hiemali circa na
tiuitatē dn̄i. vigilias noctis cuſtodire ob ſolis ve-
nerationē. qui forte mos etiā apud iudeos ex vſu
cohabitantium inoleuerat. Jpis igit̄ angelus dn̄i
apparēs et ſaluatorē natū nūciauit: ⁊ quomodo
inueniret̄ ſignū dedit. Facta eſt cū angelo multitu
do angeloꝝ dicentium. Gloria in excelſis deo ⁊c.
Paſtores ergo veniētes totū ſicut angel9 dixerat
inuenerunt. Sic iterū manifeſtata eſt per ceſarem
auguſtū: quia tūc preceptū dedit ne eū aliquis deū
vocare auderet. ſicut oroſius teſtat̄. Forte eñi cum
viſionē illā circa ſolem vidiſſet. recolens ſimul de
ruina templi et de fonte olei. Et intelligens q̄ in
mūdo natus eſſet q̄ maior erat. nec deus nec dn̄s
vocari voluit. Jn quibuſdā quoq̄ cronicis legit̄ q̄
appropinquante die natiuitatis dn̄i octauianus p̄
mundū vias publicas fieri precepit. ⁊ omnia debi
ta romanis dimiſit. Sic etiā manifeſtata eſt p̄ ſo-
domitas q̄ oēs in toto mūdo in illa nocte extincti
ſunt ſicut dicit iheronimus ſup̄ illud. Lux orta eſt
eis. tanta ſcꝫ q̄ oēs laborātes ī illo vicio extinxit
Et hoc fecit xp̄s vt oīa eradicaret ne in humana
natura quā aſſumpſerat tāta de cetero immūdicia
inueniret̄. Nam vt dicit aug9. videns deus viciū
contra naturā in humana natura fieri fere deſiit
incarnari. ¶ Quinto p̄ creaturā que habet eſſe vi
uere: ſentire diſcernere et intelligere. ſicut ange-
lus. Angeli eñi ipſam xp̄i natiuitatē paſtoribus
annūtiauerunt. vt ſuperius dictū eſt. ¶ D Ter
cio ei9 natiuitas nobis eſt humiliter exhibita. Pri
mo ad demonū cōfuſionē. Nam hoſtis iam nobis
vt ante preualere nō poteſt. Unde legit̄ q̄ ſanctus
hugo abbas cluniaceñ. ī vigilia natiuitatis dn̄i vi
dit beatā virginē in vlnis tenentē filiū et dicentē.
Adeſt dies in qua ꝓphetaꝝ oracula renouantur
Ubi nūc eſt hoſtis q̄ ante hūc diē hoībus preuale
bat. Ad hāc vocē dyabolus de humo prorupit vt
verbis dn̄e inſultaret. et mentita eſt iniquitas ſibi
qm̄ dū officinas fratrū circuiret. Jp̄m ab oratorio
deuotio. a refectorio lectio. a dormitorio ſtramēta
vilia: a capitulo paciencia reiecit. Jn libro quoq̄
petri cluniaceñ. legit̄ q̄ in vigilia natiuitatis dn̄i
ſancto hugoni abbati cluniaceñ. apparuit btā vir
go filiū in gremio tenēs et cum eo ludēs qui dice-
bat. Noſti mater q̄ diem natalis mei eccleſia cum
magno laudū tripudio celebrat. Et vbi eſt nūc dy
aboli virtus: vel q̄d dicere poteſt vl' facere? Tunc
dyabol9 videbat̄ quaſi de humo ſurgere ac dicere
Et ſi in eccleſiā vbi laudes tue fiunt intrare non
poſſū ſed tamen capitulū dormitoriū ⁊ refectoriū
introibo. Q̄d ille attēptans inuenit hoſtiū capitu-
li nimis artū ſibi groſſo: hoſtiū dormitorij nimis
depſſū ſibi elato. hoſtiū refectorij repagulatū im
pedimētis caritatis ſcꝫ ſeruiētiū. auiditate audiēdi
lectiōes et ſobrietate cibi et potus. et ſic confuſus
euanuit. Scd̄o ad venie īpetrationē. Unde legit̄
in quodā libro exemploꝝ q̄ cum quedam mulier
lubrica ad cor tandem rediſſet de venia deſꝑabat
nā cogitans de iudicio reputabat ſe eſſe reā de in
ferno reputabat ſe iā eſſe cruciandam. cogitās de
paradiſo reputabat ſe eſſe immūdā. de paſſiōe re
putabat ſe eſſe ingratā. cogitans vero de pueri in
fantia et q̄ pueri de facili placantur. xp̄m per ſuā
infantiā adiurauit. ⁊ vocē de venia ſua audire me
ruit. ¶ Tercio ad infirmitatis curationē. De hac
natiuitatis vtilitate dicit bern̄. Triplici morbo la-
borabat gen9 humanū. in p̄ncipio. medio. et fine
id eſt natiuitate vita et morte. Natiuitas erat im-
mūda: vita p̄uerſa mors periculoſa. Uenit xp̄s et
cōtra hunc triplicē morbum attulit triplex reme-
dium. Natus eſt eñi vixit. et obijt. Eius natiuitas
purgauit noſtrā. eius vita inſtruxit noſtrā. mors il
lius deſtruxit noſtrā. Hec bern̄. ¶ Quarto ad ſu-
perbie humiliationē. Unde dicit aug9. q̄ humili-
tas filij dei quā nobis in incarnatione exibuit fuit
nobis in exemplum ſacramentū et medicamētū
Jn exemplū conuenientiſſimū q̄d homo imitaret̄.
altum ſacramentū quo peccati noſtri vinculū ſol
ueret̄. et ſummū medicamētū quo tumor noſtre ſu
perbie ſanaretur. Hec aug9. Sup̄bia enim p̄mi

hominis ſanata ē per humilitatē xpi. Et notandū
ꝙ conuenienter humilitas ſaluatoris reſpōdeat ſu-
perbie perditoris. Superbia eñ primi hominis fuit
contra deū vſqꝫ ad deū: et ſupra deū. Fuit contra
deū quia fuit cōtra eius preceptū quo preceperat
ne de ligno ſcientie boni et mali comederet. Fuit
etiaꝫ vſqꝫ ad deū: quia vſqꝫ ad appetitū deitatis.
credens ꝙ dyabolus dixerat: eritis ſicut dij. Fuit
etiā ſupra deū: ſicut dicit anſelmus volendo quod
deus illū velle nolebat. Tunc etiā ſuaꝫ voluntatē
poſuit ſupra voluntatē dei. At filius dei ſcdm io-
hannē damaſceñ. humiliauit ſe ꝓpter homīes nō
cōtra homines: vſqꝫ ad homīes: et ſupra homīes
Propter homines: quia ꝓpter eoꝝ vtilitatem et
ſalutem: vſqꝫ ad homīes per naſcendi modū conſi
mileꝫ. ſupra homīes per naſcendi modū diſſimileꝫ
Nam eius natiuitas et ſecundum aliquid nobis ſi
milis fuit: quia ſcꝫ natus ē ex muliere et per eādeꝫ
portā ꝓpagat⁹ ⁊ ſcdm aliquid diſſimilis: quia de
ſpiritu ſancto ex maria virgine natus eſt.

## De ſancta Anaſtaſia. vij. A

Anaſtaſia dicitur ab ana qḋ eſt ſurſuꝫ et ſtar
ſis quod eſt ſtans ſiue ſtatus: quia ſurſum
ſtetit a vicijs ad virtutes.



Anaſtaſia nobiliſſīa romanoꝝ filia ꝑtaxati
illuſtris: ſed pagani a matre ſua fauſta chri
ſtiana et a beato criſogono fidē xpi edocta
eſt. Tradita autem publio in vxorem languorem
ſimulans ſemper ſe ab eius conſorcio abſtinebat.
Qui audiēs eā cū vna tantū ancilla in vili habitu
xpianoꝝ carceres circuire ⁊ eis neceſſaria miſtra
re fecit eam artiſſime cuſtodiri: ita vt etiam eideꝫ
alimoniam denegaret. Volebat autem eam ſic
perimere vt poſſet in eius largiſſimis poſſeſſioni-
bus laſciuire. Putans igitur ſe mori: doloroſas
litteras criſogono mittebat: et ille conſolatorias
remittebat. Interea vir eius moritur et illa a car-
ceribus liberatur. Hec habebat tres ancillas pul-
cherrimas que ſorores erant: quarū vna dicebaꝫ
agapen: altera thyonia: et tercia yrenen. Que cū
chriſtiane eſſent et prefecti vrbis monitis nullate
nus obedirent: in cubiculum eas reduſit vbi co-
quine vtenſilia ſeruabantur. Prefectus autem in
earum ardens amoreꝫ: ad eas iuit vt ſuam libidi-
nem exerceret. Qui in amētiā verſus putās ſe tra
ctare virgines cacabas patellas caldaria et ſimi-
lia amplectēs oſculabaꝫ: et cū ex hoc ſaciat⁹ fuiſſet
foras exijt nigerrim⁹ ⁊ deformis et veſtimētis cō
ciſis. Quē ſerui qui eū prefo ribus expectabāt ſic a
ptatū vidētes: cogitātes ꝙ i demonē verſus eſſet
cum verberibus affecerūt: ⁊ fugiētes ſolū reliquerunt.
Cūqꝫ imperatoreꝫ adiret vt de hoc cōquereret
alij virgis eū ꝑcutiebāt: alij in faciem eius expue-
bant: alij lutum et puluerē in eū proijciebant: ſuſ-
picantes ꝙ in furiā verſus eſſet. Oculi aūt eius te
nebanꝫ ne ſic ſe deformē videret. Quapropter mi
rabaꝫ plurimū cur ſic eū oēs deridebant quē intā-
to honore habere cōſueuerant. Videbaꝫ eñ ei ꝙ
ipſe et omnes albis veſtibus eſſent induti. Putās
vero cū ſic ſe deformē ab alijs didiciſſet et puelle
ſibi per artē magicā hoc feciſſent: iuſſit eas corā ſe
expoliari: vt eas ſaltē nudas aſpiceret. Sꝫ ſtatim
eaꝝ veſtimēta ſic corporibus adheſerūt: vt nullo-
mō exui valerēt. Prefect⁹ aūt pre admiratōe ita
obdormiuit ſtertēs ꝙ etiā a pulſantib⁹ nō poterat
excitari. Tādē virgines martirio coronanꝫ ⁊ ana
ſtaſia ab imperatore cuidaꝫ ꝑfecto tradiꝫ: vt ſi eā ſa-
crificare faceret poſtmodū in vxorē eaꝫ haberet.
Cūqꝫ eā in thalamū duxiſſet: et eā amplexari vel-
let ſtatim cec⁹ effect⁹ ē. Deos adijt q̄rens ſi euade
re poſſet. Rñderūt dicētes. Quia ſanctā anaſtaſiā
ꝯtriſtaſti nobis tradit⁹ es: ⁊ amō ſꝑ nobiſcū in īfer
no torq̄beris. Cūqꝫ domū reduceretꝫ inter man⁹
pueroꝝ vitā finiuit. Tūc anaſtaſia alij ꝑfecto tra-
diꝫ vt eā in cuſtodia detineret. Audiēs vero idē ꝙ
infinitas poſſeſſiōes haberet priuatim dixit ei. A
naſtaſia ſi vis eſſe chriſtiana fac ꝙ ꝑcepit de⁹ tuus
Ille eñ ꝑcepit qui nō renūciauerit oībus q̄ poſſi-
det ⁊c. Oīa igiꝫ q̄ habes michi da et vade libera

# De ſancto Stephano

quo volueris et vere xp̄iana eris. Cui illa reſpō=
dit. Deus meus precepit vende oīa que habes et
da pauperibus ⁊ nō diuitibus. Cū ergo diues ſis
cōtra preceptū dei facerē ſi aliquid tibi darē. Tūc
anaſtaſia diro carceri fame cruciāda tradit̄. Sed
a ſancta theodora que iam per martiriū coronata
fuerat per duos mēſes eſca celeſti paſcitur. Tan=
dem cum ducentis virginibus ad inſulas palma=
rias ducta eſt vbi multi propter nomen xp̄i fuerāt
relegati. Poſt aliquos vero dies prefectus oīs
ad ſe vocauit et anaſtaſiam ad palos ligatā igni=
bus ꝯcremauit alios vero diuerſis ſupplicijs iter
emit. Inter quos vnus erat qui pluries propter
xp̄m multis diuicijs ſpoliatus ſemꝑ dicebat xp̄m
ſaltem michi nō auferetis. Apolonia autē corpus
ſancte anaſtaſie in viridario facta ibi eccleſia ho=
norifice ſepeliuit. Paſſa eſt autē ſub dyocleciano
circa annos dn̄i. cclxxxvij.

## De ſancto Stephano .viij. A



Stephanus grece latine dicit̄ corona ſed he
brayce norma. Fuit em̄ corona id eſt princi
pium martirum in nouo teſtamento ſicut a
bel in veteri teſtamēto. Fuit etiā norma id eſt exē=
plar et regula alijs paciendi pro xp̄o. ſiue bene a=
gendi et viuendi: vel pro inimicis orandi. Uel ſte
phanus dicit̄ quaſi ſtrennue fans. qđ patet in ſuo
ſermone. et in luculenta diuini verbi predicatiōe
Uel dicitur ſtephanus quaſi ſtrēnue fans et anus
id eſt ſtrēnue ⁊ laudabiliter fans id eſt inſtruēs et
regēs anus id eſt viduas quibus ab apoſtolis fac
rat prefectus que ad litteram anus erāt. Eſt ergo
corona ꝓpter principium martirij. norma ꝓpter
exēplum patiēdi et bene viuēdi. ſtrēnue fans pro
pter luculentā predicacionē: et ſtrēnue fans anus
propter viduarū laudabilem inſtructionē. B

Stephanus fuit vnus de ſeptē dyaconibus
ab apoſtolis in miniſteriū ordinatus. Cre
ſcente em̄ numero diſcipulorum conuerſi
ex gentibus aduerſus cōuerſos ex iudeis murmu=
rare ceperunt ex eo ꝙ viduę eorum in miniſterio
quotidiano contemnebantur. Huius autem mur=
muris cauſa dupliciter poteſt intelligi aut quia vi
due eoꝝ in miniſterio non admittebant̄. aut quia
preceteris in quotidiano miniſterio grauabātur.
Apoſtoli em̄ vt expedicius predicacioni inſiſterēt
viduis miniſtracionē cōmiſerant. Uidentes itaqꝫ
apoſtoli murmuracionē ortam pro adminiſtracio
ne viduarum. volentes hoc murmur ſedare con=
gregata omni multitudine dixerunt. Nō eſt equū
nos derelinquere verbū dei et miniſtrare menſis
gloſa. q: meliora ſunt fercula mētis ꝙ̃ dapes cor=
poris: conſiderate ergo ex vobis viros boni teſti=
monij ſeptem plenos ſpirituſancto: et ſapientia
quos cōſtituamus ſuper hoc opus. gloſa vt mini=
ſtrent vel vt miniſtrātibus p̄ſint. Nos vero oratio
ni et predicacioni inſtātes erimus. Et placuit ſer=
mo omni populo et multitudini. Et elegerunt ſe=
ptē quoꝝ beatus ſtephanus primus et primiceri⁹
extitit. Et adduxerūt eos ad ap̄los ⁊ impoſuerūt
ſuꝑ eos manus. Stephanus aūt plenus gratia et
fortitudine faciebat ꝓdigia et ſigna ī populo. In
uidētes igit̄ iudei et eū ſuperare et cōuincere cupi
entes triplici modo eum vincere aggreſſi ſunt. ſci
licet diſputatione: teſtium ꝓductione: et tormen=
torum illacione. Sed tamē ipſe diſputantes ſupe
rauit: teſtes falſos conuincit: et de ſuis tortoribus
triūphauit. Et in qualibet pugna adiutoriū ſidi de
celo datū eſt. In prima em̄ ei datus eſt ſpiritusſan
ctus qui ſapiētiaꝫ miniſtraret. In ſecunda vultus
angelicus qui falſos teſtes terreret. Et ī tercia vi
ſus eſt xp̄s adiuuare paratus qui martirem cōfor
taret. In qualibet igit̄ pugna ponit hiſtoria tria.
ſcilicet aggreſſum preliū: collatū adiutorium: et
adeptū triumphum. Hiſtoriaꝫ igitur breuiter per
currētes hec omnia videre poterim⁹ C Cū
igit̄ beatus ſtephanus multa ſigna faceret: et fre=
quentius populo predicaret: iudei ſibi inuidētes
primum preliū cum eo inierūt: vt eū ꝑ diſputatio=
nem vincerent. Surrexerunt em̄ quidā de ſyna=

goga libertinoꝝ a regione ſic dictoꝝ: vel liberti-
noꝝ id eſt filiorum libertorum. Libertini enim di
cuntur filij libertorum. id eſt eorum qui de ſeruitu
te manumiſſi ſunt ⁊ libertati donati ⁊ ſic de ſtirpe
ſeruili fuerũt qui primo fidei reſtiterunt: et cyrenẽ
ſium a cyrene ciuitate: et alexandrinoꝝ: et eoꝝ q̃
erant a cilicia et aſia diſputãtes cũ ſtephano. Ecce
primũ prelium. Deinde ſubiungit triumphũ. Et
non poterãt reſiſtere ſapiẽtie ⁊c. Poſtremo poit
adiutorium: et ſpiritui qui loquebatur. ¶ Viden-
tes igit̃ ꝙ per hunc modũ pugnandi eum non poſ
ſent ſuperare: ad ſecundum modum callide ſe con
uertunt: vt ſcilicet eum falſis teſtibus ſuperarent.
Submiſerũt eñ duos falſos teſtes: qui eũdem de
quadruplici blaſphemia accuſarent. Adducentes
itaq̨ eũ in cõſilium: falſi teſtes eũ de quatuor accu
ſabant: ſcilicet de blaſphemia ĩ deũ: in moyſen in
legem. et in tabernaculũ ſiue templũ. Ecce preliũ
Et intueuntes eum omnes qui ſedebãt in cõſilio
viderũt faciẽ eius tanꝙ faciem angeli. Ecce auxi
lium. Deinde ponitur huius ſecunde pugne victo
ria: cum falſi teſtes de his omnibus confutantur.
Dixit eñ princeps ſacerdotum: ſi hoc ita ſe habe-
ret. Tunc beatus ſtephanus de illis quatuor q̃ ſi-
bi falſi teſtes impoſuerunt ſe per ordinẽ excuſauit
Et primo excuſauit ſe de blaſphemia in deũ dicẽs
deum qui locutus fuit patribus et prophetis deũ
glorie fuiſſe. id eſt datorem vel poſſeſſorẽ glorie.
vel cui a creatura debetur gloria. Vbi deũ tripli
citer commẽdauit ſcd̃m ꝙ hoc verbum tripliciter
poteſt exponi. Eſt eñ deus glorie. id eſt collatiuꝰ
glorie. i. reg̃. ij. Qui honorificauerit me glorifica-
bo eũ. Vel deus glorie id eſt cõtentiuus gl̃ie. Pro
uer. viij. Mecũ ſunt diuicie et gloria. Vel deꝰ glo
rie id eſt deus cui a creatura debet̃ gl̃a. i. thi. i. Re
gi ſeculoꝝ immortali ⁊c. Commẽdauit igitur deũ
tripliciter ſcꝫ ꝙ ſit gl̃ioſus glorificãs et glorificãdꝰ
Deinde excuſat ſe de ſcd̃a blaſphemia in moyſen
multipliciter commẽdando. Cõmendat eñ eum
precipue a tribus. ſcꝫ a zeli feruore: quia pcuciẽteꝫ
hebreũ egiptiũ interfecit. a miraculoꝝ operatiõe
que in egipto et in deſerto fecit et a dei familiari-
tate quia pluries cũ deo familiariter locutus fuit.
Poſt modum excuſat ſe de tercia blaſphemia que
erat in legem ip̃am tripliciter cõmendãdo. ſcilicet
ex ratione dãtis qui fuit deus: ex ratione miniſtrã
tis qui fuit moyſes talis et tantus: et ex ratione fi
nis quia dat vitã eternã. Poſtremo cepit ſe purga
re de quarta blaſphemia que erat in tabernaculũ
et in tẽplum. ip̃m tabernaculũ quadrupliciter cõ

mendando. ſcꝫ ꝙ fuit a deo p̃ceptũ fieri in viſione
oſtenſum. a moyſe cõſummatũ. ⁊ arche teſtimonij
cõtentiuum. Templũ autẽ dixit tabernaculo ſuc
ceſſiſſe. Sic ergo beatus ſtephanus de crimĩe ſibi
obiecto rationabiliter ſe purgauit. ¶ D Vidẽtes
igit̃ iudei ꝙ nec iſto ſecũdo modo eũ ſupare vale-
rent. Terciũ modum aſſumunt et terciã pugnã in
eunt. vt ſcꝫ ſaltẽ tormẽtis et ſupplicijs eũ ſuparent
Qđ vt vidit beatus ſtephanꝰ volẽs p̃ceptũ dñicũ
de fraterna correctiõe ſeruare. tribus modis eos
conatus ẽ corrigere et a tanta malicia cohercere.
ſcilicꝫ pudore timore et amore. Primo pudore eis
duriciam cordis et ſanctoꝝ necem improperãdo.
Dura inquit ceruice et incircumciſi cordibus et au-
ribꝰ vos ſemp̃ ſpũſancto reſtitiſtis ſicut et patres
veſtri ita et vos. Quẽ eñ ꝓphetaꝝ patres veſtri
non ſunt pſecuti? Et occiderũt eos q̃ p̃nunciabant
de aduentu iuſti: vbi ſicut dicit gloſa. tres gradus
malicie eoꝝ ponit. Primus eſt ꝙ ſpirituiſancto re
ſtiterũt. Scd̃s ꝙ ꝓphetas perſecuti ſunt. Terciꝰ
ꝙ creſcente malicia eoꝝ eos occiderũt. Sed quia
frons mulieris meretricis facta erat eis et neſcie
bãt erubeſcere nec ſic a cõcepta malicia deſtiterũt
immo audiẽtes hec deſiccabantur cordibus ſuis
et ſtridebãt dentibus in eum. ¶ Poſtmodũ ergo
correxit eos timore per hoc ſcꝫ ꝙ ihesum ſtantem
a dextris dei ſe videre ꝓhibuit quaſi paratũ ſe ad
iuuare et aduerſarios cõdemnare. Cum eñ eſſet
ſtephanus plenus ſpũſancto intuẽs in celũ vidit
gloriã dei et ait. Ecce video celos apertos et filiũ
hominis ſtantẽ a dextris virtutis dei. Licet igitur
iam pudore et timore correxerit eos. nõ tamen ad
huc deſtiterunt ſed deteriores ꝙ̃ prius fuerũt. Ex
clamantes eñ voce magna cõtinuerunt aures ſu
as. gloſa ne blaſphemantẽ audirent: Et impetũ
fecerunt vnanimiter in eũ: et ꝓijciẽtes eum extra
ciuitatem lapidabant in hoc ſcd̃m legem ſe agere
arbitrantes que blaſphemũ extra caſtra mãdaue
rat lapidari. Et illi duo falſi teſtes qui in eũ primũ
lapidẽ mittere debebãt ſcd̃m legẽ dicentẽ primo
manus teſtiũ lapidabit eũ. Depoſuerũt veſtimẽ-
ta ſua ne illius tactu coinquinarent̃ vel vt ad la-
pidandũ expeditiores redderentur ſecus pedes
adoleſcẽtis q̃ vocabatur ſaulus. et poſtea vocatꝰ
eſt paulus. Qui dũ lapidantiũ veſtimẽta cuſtodi
ret ex eo ꝙ ad lapidandũ eos expeditiores redde
ret: quaſi manu omniũ lapidauit. Cum autẽ eos
nec pudore nec timore a tãta poſſet neq̃cia retra-
here: Terciũ modũ adhibuit vt ſaltem eos amo-
re coerceret. An nõ eximiꝰ amor fuit quẽ eis oſtẽ

dit: quãdo pro ſe et pro ipſis orauit. Pro ſe quidẽ
orauit ne ſua paſſio ꝓlongaret: et ſic ipſi rei noxa
maiori tenerent. Pro ipſis aũt orauit ne eis hoc in
peccatũ imputaret. Lapidabãt inq̃t ſtephanũ in-
uocantẽ et dicentẽ. Dñe ihesu accipe ſpiritũ meũ.
Poſitis aũt genib⁹ clamauit voce magna dicens
Dñe ne ſtatuas illis hoc peccatũ: q̃a neſciũt q̃d fa-
ciunt. Et vide amorẽ mirabilẽ: quia orãdo pro ſe
ſtetit: orãdo ꝓ ſuis lapidatorib⁹ genua flexit: qua
ſi plus orationẽ quã ꝓ ipſis faciebat: q̃ illã quã ꝓ
ſe effundebat cuperet exaudiri. Pro ipſis etiã po
tius q̃ pro ſe genua flexit: quia vt dicit glo. ibidẽ
quoꝝ maior iniq̃tas: maius ſupplicandi remediũ
poſtulabat. In hoc etiã martir xpi chriſtũ imitat⁹
eſt qui in paſſione ſua pro ſe orauit dicens. Pater
in manus tuas cõmendo ſpiritum meum. Et pro
ſuis crucifixoribus dicens. Pater ignoſce illis ⁊c.
Et cum hoc dixiſſet obdormiuit in domino. Gloſa
Pulchre dictum eſt obdormiuit et nõ mortuus eſt
quia obtulit ſacrificium dilectionis: et obdormiuit
in ſpe reſurrectiõis. Facta eſt aũt lapidatio ſtepha
ni eodẽ anno quo dñs aſcẽdit in ꝓximo menſe au
guſti tercia die intrante. Sanct⁹ vero gamaliel ⁊
nicodemus q̃ erant ꝓ xpianis in omibus cõſilijs
iudeoꝝ ſepelierũt eum in agro ipſius gamalielis
et fecerunt planctũ magnũ ſuper eũ. Et facta eſt
magna perſecutio chriſtianoꝝ q̃ erant ĩ iheruſalẽ
quia occiſo beato ſtephano vno de principib⁹ ali
os grauiter pſequi ceperũt: in tantũ q̃ oẽs chriſti-
ani p̃ter apl'os q̃ erant ceteris fortiores per totaꝫ
iudeoꝝ ꝓuinciam diſperſi ſunt iuxta q̃ dñs prece
perat eis ſi vos pſecuti fuerint in vna ciuitate fu-
gite in aliã. Referunt aug⁹. doctor egregius
beatũ ſtephanũ innumeris miraculis claruiſſe: et
mortuos ſex ſuis meritis ſuſcitaſſe: multoſq̃ꝫ a va-
rijs lãguoribus curaſſe. Preter hec aũt alia refert
miracula digne memorie cõmendanda. Ait enĩ q̃
flores ſup altare beati ſtephani ponebant: ⁊ inde
ablati ſup infirmos ponebantur et mirabiliter cu
rabant. Panni etiaꝫ de ei⁹ altari ſumpti et ſuper
egros impoſiti multis extiterũt infirmitatibus in
medelã. Nam ſicut ait aug⁹. in li. xxii. de ciui. dei
flores ipſi de altari aſſumpti cuiuſdam mulieris ce
ce oculis impoſiti ſunt: ⁊ illa cõtinuo lumẽ recepit
Refert quoq̃ꝫ in eodem libro q̃ cũ quidam vir
primarius ciuitatis noĩe marcialis infidelis eſſet.
et nequaq̃ cõuerti vellet cũ tamen plurimũ egro-
taret gener ſuus valde fidelis ad eccleſiam ſancti
ſtephani venit et de ipſis floribus qui ſuper alta-
re erant accipiẽs ad caput ſoceri flores ipſos late-
ter poſuit. Sup quos cũ ille dormiſſet ꝓtin⁹ ante
diluculũ clamauit vt ad epm mitteret. Cum autẽ
epus abeſſet ſacerdos ad eũ venit: ⁊ ipm cũ ſe cre
dere diceret baptizauit. Hic q̃diu vixit hoc verbũ
ſemper in ore habuit chriſte accipe ſpiritũ meum.
cum tamen hec beati ſtephani vltima verba fuiſſe
neſciret. Aliud ſimiliter in eodeꝫ refert miracu
lum q̃ quedam matrona noĩe patronia cũ diu in
firmitate grauiſſima torqueret et multa adhibẽs
remedia nullũ ſentiret liberationis veſtigiũ: tãdẽ
quẽdam iudeũ cõſuluit: qui annulũ quendam cum
quodaꝫ lapide ei tribuit vt ipo annulo cum corda
ad nuda corporis cingeret: vt ex virtute illius be
neficiũ reciperet ſanitatis. Sed dũ hoc ſibi nil va-
lere ꝯſpiceret ad eccleſiã ꝓthomartiris ꝑperauit
et ꝓ ſalute ſua inſtãtius beatũ ſtephanũ exorauit
Tũc ſubito inſoluta corda et illeſo ãnulo remanẽ-
te annulus in terrã ꝓſilijt et cõtinuo perfecte ſa-
natã ſe ſenſit. Aliud ſimiliter in eodem nõ
minus mirabile refert miraculũ. Apud nanq̃ꝫ ce-
ſareã capadocie quedã nobilis matrona erat viri
quidem deſtituta ſolacio: ſed nobili vallata multi
tudine filioꝝ. Nam decẽ filios habuiſſe dicit quoꝝ
ſeptẽ mares et tres femine fuiſſe phibent. Quadã
igitur vice dum mater ab eis offendit: maledictio
nem ſuã filijs imp̃cat. Subito autẽ maledictioneꝫ
matris diuina vĩdicta ſubſeq̃tur ⁊ oẽs pena ſimili
et horribili feriuntur. Nam oẽs tremore mẽbroꝝ
oium horribiliter ſunt percuſſi. Quapropter nimiũ
dolẽtes ⁊ coꝝ ciuiũ oculos non ferentes: per totũ
orbeꝫ vagari ceperũt: et quocũq̃ꝫ ibant oium in ſe
cõuertebant aſpectũ. Ex his autẽ duo frater ⁊ ſo
ror paulus et palladia yponiã venerũt: et ipſi au-
guſtino ibidẽ epiſcopo q̃ ſibi cõtingerãt narraue-
runt. Cũ ergo iam. xv. dieb⁹ ante paſcha eccleſiã
beati ſtephani frequẽtaſſent: et ſanitatem ab ipſo
multis p̃cibus poſtulaſſent: ĩ ipo die paſche cũ fre
quens populus p̃ſens eſſet: vn⁹ ex eis ſcilicet pau
lus repẽte cancellũ introiuit: et ante altare cũ mul
ta fide et reuerẽtia ſe ꝓſtrauit in oratione Et cum
aſtẽtes rei exitũ expectarẽt: ſubito ſurrexit ſanus
a tremore corporis deinceps alienus. Cũ autẽ ad
auguſtinũ fuiſſet adductus ipſe eũ ad populũ pro-
tulit. et ſequẽti die libellũ de illius curatione eis
recitandũ ꝓmiſit. Cum autẽ ſic ad populuꝫ loque
retur et ſoror illius ibidẽ oibus membris tremens
aſſiſteret ſurgens illa e medio beati ſtephani can-
cellos intrauit. et ſtatim velut obdormiens ſubito
ſana ſurrexit. Ipſa ſimiliter in mediũ producit et
de vtriuſq̃ꝫ ſanitate deo ⁊ beato ſtephano imenſe

gratie referunt̄. Oroſius nāqꝫ a hieronimo ad auguſtinū rediens: quaſdam reliquias ſancti ſtephani detulit. ad quas p̄dicta et plura miracula facta ſunt. ¶ Notandū autem ꝙ beatus ſtephanꝰ hac die paſſus nō eſt: ſed ea die vt dicit̄ qua eius inuentio celebrat̄. Eius autē inuentio hac die dicit̄ extitiſſe. Sed quare feſta mutata ſint dicet̄ cū de inuentiōe aget̄. Ad p̄ns autē hoc dixiſſe ſufficiat ꝙ duplici de cauſa eccleſia hec tria feſta q̄ ſequuntur natiuitatem dn̄i ſic voluit ordinare. Prima eſt vt chriſto ſponſo et capiti omēs ſui comites adiungātur. Natus enī xp̄s ſponſus. ſpōſe eccleſie in hunc modum tres ſibi comites adiunxit. De quibus comitibus dicit̄ in canticis Dilectus meus candidus et rubicūdus electus ex milibus. Cādidus quo ad iohannē euangeliſtā preciosū cōfeſſorem. Rubicūdus: quātū ad turbam īnocētiū virginalē. Scd̄a ratio eſt vt ſic eccleſia oīum martirū genera ſcd̄m gradus dignitatis inſimul adunaret Quorū quidē martirij xp̄i natiuitas cauſa fuit. Eſt enim triplex martirium. Vnū voluntate et opere. Secundum voluntate et non opere. Terciū opere ſed nō voluntate. Primum fuit in beato ſtephano. Secūdū in beato iohanne. Tercium in innocentibus.

## ¶ De ſancto iohanne apoſtolo et euangeliſta. ix. A

IOhānes interp̄tat̄ dei gratia: vel in quo eſt gratia. vel cui donatū eſt. vel cui donatio a deo facta eſt. Per hoc enim intelliguntur quatuor priuilegia q̄ fuerūt in beato iohanne. Primum eſt precipua xp̄i dilectio: chriſtus enī pre ceteris ap̄lis eum dilexit. et ei maiora dilectionis et familiaritatis ſigna oſtendit. Et inde dicitur dei gratia quaſi deo gracioſus. Etiā plus petro ip̄m dilexiſſe videtur. Sed eſt dilectio animi et ſigni. et illa que eſt ſigni duplex ē. Vna que cōſiſtit in familiaritatis oſtenſione. Et alia in beneficiorum exhibicione. Quantum ad primam vtrunqꝫ equaliter dilexit. Quantum ad ſecundam plus iohannem. Quantū ad terciā plus petrū. Secundū eſt carnis incorruptio: quia virgo a dn̄o eſt electus. Et inde dicitur in quo eſt gratia. in ip̄o enī fuit gratia pudicicie virginalis: vnde et de nupcijs volēs nubere a dn̄o vocatus fuit. Terciū eſt ſecretorū reuelacio. Et inde dicit̄ cui donatū eſt. Eidē enī donatū eſt multa ſecreta et profunda noſcere. ſicut de diuinitate verbi et cōſummatione ſeculi. Quartū eſt matris dei recōmendacio. Et inde dicitur cui donacio a deo facta eſt. Maxima enī donacio a dn̄o tunc eidem facta eſt quando mater dei in eius cuſtodiam donatū eſt. Eius vitā miletus laodicie epiſcopus ſcripſit: quam yſidorus in libro de ortu vita et obitu ſanctorū patrum abreuiauit.



IOhannes apoſtolus et euāgeliſta dilectus a domino et virgo electus. poſt penthecoſtes diuiſis apoſtolis in aſiam eſt profectꝰ vbi eccleſias multas fundauit. Domicianus igit̄ imperator eius intelligens famā accerſitum cum in dolium feruentis olei ante portā latinam mitti iuſſit. Ille aūt inde exijt illeſus ſicut a corruptione carnis extiterat alienus. Videns igit̄ imperator ꝙ nec ſic a predicatione deſiſteret: eū in pathmos inſulam relegauit: vbi ſolus degens apocalipſim ſcripſit. ¶ Eodem anno imperator propter ſui nimiam crudelitatem occidit̄: et a ſenatu quicquid fecerat reuocatur. Sicqꝫ factū eſt vt ſanctus iohānes qui cum iniuria in inſulā deportatus fuerat cum honore epheſum rediret: occurente ei vniuerſa turba et dicente. Benedictus qui venit in noīe dn̄i Cum autē ingrederet̄ vrbem druſiana eius dilectrix que ſuū plurimū deſiderabat aduentū mortua efferebat̄. Parentes igit̄ eius vidue et orphani dixerūt ei. Sancte iohēs ecce druſianā efferimꝰ que tuis ſemꝑ monitis obſecūdās nos omnes alebat: tuūqꝫ plurimū deſiderabat aduentū dicēs. O ſi videam ap̄lm dei anteq̄ᷓ moriar. Ecce tu veniſti et te videre non potuit. Tūc iuſſit feretrum deponi et corpus reſolui dicens. Dn̄s meus ihūs xp̄s ſuſcitet te druſiana. Surge et vade in domū tuam

et para michi refectionē. Statim illa ſurrexit. et cepit ire ſolicita de iuſſiōe apl'i: ita vt ſibi videreẜ ꝙ nō de morte ſed de ſomno excitaſſet eā. ¶ Altera aūt die crathon phūs in foro populum cō uocauit: vt oſtēderet quomō hic mundus contem- nēdus eſſet. Duos eñ ditiſſimos iuuenes fratres precioſiſſimas gēmas diſtracto toto patrimonio emere fecerat et eas in ꝯſpectu oīum cōfringi iuſ- ſerat. Cōtigit igiẜ aplm̄ illuc trāſitū facere vocāſ ꝙ ad ſe philozophū huiuſmodi mūdi ꝯtēptū tripli ci ratiōe condēnauit. Primo quia ore hominū lau daẜ ſed diuino iudicio condemnaẜ. Scdo quia ex tali cōtemptu viciū nō curaẜ: et ideo van⁹ eſt ſicut medicina vana diciẜ ex qua mo... nequaꝗ̄ curaẜ Tercio quia contēptus meritori⁹ eſt q̄ ſua paupe ribus elargiẜ ſicut dn̄s iuueni dixit. Si vis ꝑfectus eſſe vade et vēde oīa que habes. et da pauperib⁹ Cui crathon dixit. Si vere de⁹ magiſter tuus eſt et vult vt harū gēmaꝝ preciū pauperib⁹ erogeẜ. fac vt reintegrenẜ vt ad eius facias gloriā qd̄ ego ad hominū feci famā. Tunc btūs iohānes gēmaꝝ fragmenta in manū ſuā recolligēs orauit et facte ſunt integre ſicut prius. Statimꝙ phūs et illi duo iuuenes crediderunt et gēmas vendentes preciū pauperibus erogarūt. ¶ Duo inſuꝑ iuuenes honorati bonū exemplo venditis oībus et paupe- ribus erogatis aplm̄ ſecuti ſunt. Quadaꝫ aūt die vidētes ſeruos ſuos ꝑcioſis indumētis fulgentes et in vili pallio ſe egētes ꝯtriſtari ceperūt. Quod cū ſanctus iohānes aduertiſſet eo ꝙ facie triſtes eſſet virgas et lapides a litore maris deferri fecit et eos in aurū et gēmas cōuertit. Qui iuſſu apoſto li vniuerſos aurifices et gēmarios ꝑ ſeptē dies q̄ rentes reuerſi ſunt dicētes. ꝙ illi nunꝗ̄ tam purū aurū: et tam ꝑcioſas gēmas ſe vidiſſe teſtati ſunt Dixitꝙ eis. Ite et redimite vobis terras quas vē didiſtis. quia celoꝝ premia perdidiſtis. Eſtote flo ridi vt marceſcatis. Eſtote diuites tēporaliter vt īppetuū mēdicetis. Tūc apl's cōtra diuicias diu tius cepit diſputare oſtēdens ꝙ ſex ſunt q̄ debent nos ab immoderato diuiciaꝝ appetitu retrahere Primū eſt ſcriptura. Unde recitauit hiſtoriam de diuite epulēte quem dn̄s reprobauit. et de lazaro paupere quē dn̄s elegit. Scd̄m eſt natura qa hō nudus ſine diuicijs naſciẜ. et nudus ſine diuicijs moriẜ. Terciū eſt creatura: quia ſol: luna: ſidera. pluuia aer. oībus ſunt cōmunia. et cōmuniter ſua beneficia oībus larguntẜ: ſic et inter hoīes omnia cōmunia eſſe deberent. Quartū eſt fortuna. Dixit eñ ꝙ diues ſeruus efficiẜ nūmi et dyaboli. Nūmi qa nō poſſidet diuicias: ſed ipe a diuicijs poſſideẜ Dyaboli quia iuxta euāgeliū amator pecunie ſer- uus eſt māmone. Quintū eſt cura qa habet curaꝫ et ſolicitudinē diurnā et nocturnā in acqrendo et in cuſtodiēdo. Nā in acquirēdo habet laborē et in cuſtodiēdo timorē. Sextū eſt iactura et oſtēdit ꝙ diuicie ſunt cauſa duplicis iacture. vnius q̄ eſt in acquiſitiōe duplicis mali. ſcꝫ mali in p̄ſenti qd̄ eſt elatio: et mali in futuro qd̄ eſt eterna dānatio. Et alteri⁹ q̄ eſt in ꝑditione duplicis boni. ſcꝫ boni in preſenti qd̄ eſt gratia: et boni in futuro qd̄ eſt eterna gloria. ¶ Cū igiẜ ſanctus iohānes cō tra diuicias taliter diſputaret ecce iuuenis quidā mortuus efferebatur qui triginta dies habebat ꝙ vxorē accepat. Ueniēs igiẜ mater vidua et ceteri qui eū flebāt ad pedes apl'i prociderūt rogantes ꝙ hunc quoꝙ ſicut druſianā in noīe dn̄i ſuſcita- ret. Flente igitur apl'o diutius et orante continuo reſurrexit. Precepitꝙ ei vt illis duob⁹ diſcipulis enarraret quantā incurriſſent penā et quantā glo riā perdidiſſent. Qui multa de gloria paradiſi et de penis inferni quas viderat enarrauit dicēs. O mi ſeri vidi angelos veſtros flentes et demones gra tulantes. Dixitꝙ eis ꝙ ꝑdidiſſent eterna palacia q̄ ſunt gēmis choruſcantibus fabricata: claritatis mirabilis cōtentiua. copioſis epulis refecta. deli- cijs plena: gaudijs glorioſa et imppetuūꝫ permā- ſura. De inferno aūt octo penas dixit que his ver ſibus cōtinenẜ. Uermes et tenebre flagellum fri- gus et ignis. Demonis aſpectus ſcelerum cōfuſio luctus. Tunc ille qui fuerat ſuſcitat⁹ et illi duo di- ſcipuli ad pedes apoſtoli ſe proſternētes rogabāt vt miſericordiā cōſequerenẜ. Quib⁹ apl's ait. Tri- ginta diebus penitentiā agite inter quos orate vt virge et lapides ad naturā priſtinā reuertāẜ. Qd̄ cū factum eſſet ait eis. Ite et vnde tuliſtis virgas et lapides deferatis. Quod cum feciſſent et virge et lapides in ſui naturā reuerſi fuiſſent. omniū vir tutum gratiā quam prius habuerant receperunt ¶ Cum autē beatus iohānes per totā aſiam predicaſſet cultores ydoloꝝ ſeditionē in pplo ꝯci tātes iohannē ad templuꝫ dyane trahebāt. cogen tes eū ſacrificiū offerre. Quibus iohannes hāc diſ iūctionē ꝓpoſuit vt aut ipi ad inuocationē dyane eccleſiaꝫ xp̄i euerterēt. et ipſe ydolis ſacrificaret. aut ipſe ad īuocationē xp̄i tēpliū dyane euerteret et ipſi in xp̄m crederent. Huic ergo ſententie cuꝫ maior pars populi cōſenſiſſet exeūtibus cūctis de tēplo orauit apoſtolus: et funditus templum cor- ruit: et dyane ymago penit⁹ cōminuta eſt. Ariſto

demus autē pontifex ydoloꝝ in populo ſeditionē maximā concitauit: ita, vt vna pars cōtra aliā ad prelium pararetur. Cui apl's. Quid tibi vis faciā vt placaris? Cui ille. Si vis vt credā in deū tuū dabo tibi venenū bibere. et ſi nullā in te leſionē intulerit verus deus dñs tuus apparebit. Cui apl's. Fac vt locutus es. Et ille. Volo vt alios inde morientes videas vt ſic amplius ꝑtimeſcas. Pergēs igitur ariſtodemus ad ꝓconſulē duos viros decapitādos petijt et eis corā oībus venenū dedit. Qui mox vt venenū biberunt ſpūm exalarunt. Tunc apl's calicē accipiēs et ſigno crucis ſe muniēs totū venenū bibit et nullā leſionem incurrit. Quapropter deū oēs laudare ceperunt. Ariſtodemus aūt dixit. Adhuc mihi ineſt dubietas: ſed ſi veneno mortuos ſuſcitaueris. abſq dubio vere credam. Tūc apl's ei tunicā ſuā tribuit. Cui ille. Cur michi tunicā tuā dediſti? Cui apl's. Ut ſic cōfuſus a tua infidelitate diſcedas. Cui ille Nunqd tunica tua credere me faciet? Et apl's. Vade et mitte eā ſuꝑ corpora defunctoꝝ dicens. Apl's xp̄i me miſit ad vos vt in xp̄i noīe exurgatis. Qđ cū feciſſet illico ſurrexerunt. Tunc apl's pontificē et ꝓcōſulē credētes cū omni parētela ſua in xp̄i noīe baptizauit. Qui in honorē beati iohānis eccleſiā cōſtruxerūt H

Refert beatus clemēs ſicut in quarto libro eccleſiaſtice hiſtorie inuenit ꝙ quodā tēpore apl's quēdā iuuenē pulchrū et ferocem cōuertit et eū cuidā epō ſub depoſiti noīe cōmendauit. Poſt aliquot aūt tempus iuuenis dereliquit epm. et factus eſt princeps latronū. Apl's itaq ad epiſcopū venit et ſuū depoſitū requiſiuit. Cumq ille de pecunia intelligeret et ex hoc vehemēter ſtuperet. dixit ei apl's. Juuenē illū a te repeto quē tibi tam ſtudioſe recōmendaui. Cui ille. Pater ſancte in aīa mortuus eſt. et in tali mōte cū latronibus degit: quoꝝ ipſe princeps extitit. Quibus auditis veſtē ſuam ſcidit. et caput ſuū pugnis feriēs. bonū inquit cuſtodem fratris aīe dereliqui. Cōfeſtim igit equū ſibi parare iuſſit: et ad illū montē intrepidus cucurrit. Quē cū iuuenis inſpexiſſet pre pudore nimio ſtatim equū aſcēdit et velocius aufugit. Apl's aūt etatis oblitus vrget calcaribus equū et poſtergū clamitat fugiētis. Ut quid fili dulciſſime fugis patrē ſenē et inermē? Ne timeas fili qr ꝓ te xp̄o rationē reddam et certe ꝓ te libēter moriar ſicut chriſtus ꝓ nobis eſt mortuus. Reuertere fili reuertere qa deus me miſit. Qui audiens cōpunctus redijt et amariſſime fleuit. Apl's aūt ad pedes eius ꝓcidit et manū eius tanꝙ ꝑ penitentiā iā purgatā oſculari cepit. Jeiunante igit et orante ꝓ eo apl'o veniā impetrauit. ipmq poſtmodū in epm ordinauit. ¶ Legit quoq in eadē hiſtoria eccleſiaſtica. et habet in glo. ſuꝑ ſcdam canonicā iohānis. ꝙ cū iohānes apud epheſū balnea lauandi gratia introiſſet. et ibidē cherintū hereticū vidiſſet ꝓtinus exijt dicēs. Fugiamus hinc ne balnea ſuꝑ nos corruant in qbus lauat cherintus veritatis inimicus

D ¶ Cū auis q̄ perdix dicit viua beato iohāni a quodā oblata fuiſſet. et ille eā quaſi demulcēdo tāgeret et cōtractaret: quidā adoleſcens hoc videns ad coeuos ſuos ridendo dixit. Videte quomō ille ſenex cū auicula ſicut puer ludit. Qđ beatus iohānes ꝑ ſpiritū recognoſcēs. iuuenē ad ſe vocauit et quid in manu teneret inqſiuit. Cui cū ſe arcū diceret tenere ait. Quid inde facis? Et iuuenis. Aues inde ac beſtias ſagittamus. Cui apl's. Qualiter? Tunc iuuenis arcū cepit tēdere et tenſū in manu tenere. Sed cū nil ei apl's diceret iuuenis arcum diſtendit. Cui iohānes. Quare fili arcū diſtēdiſti? Et ille. Quia ſi diutius tēſus teneret ad iacienda iacula infirmior redderet. Et apl's ad hoc. Sic et humana fragilitas ad contēplationē minus valida fieret. ſi ſēꝑ in ſuo rigore ꝑſiſtens fragilitati ſue interdū cōdeſcēdere recuſaret. Naȝ et aqla cūctis auibus celſius volat. et ſolē clarius cōſpicit. et tā nature neceſſitate ad yma deſcēdit. Sic et humanus animus cū ſe modicū a cōtemplatiōe retrahit crebra innouatione ardentius ad celeſtia tendit. Btūs igitur iohānes vt teſtat iheronimus cū ipſe vſq ad ipſam ſuā vltimā ſenectutē epheſi moraret et vix inter diſcipuloꝝ manus ad eccleſiā deferret nec plura verba dicere poſſet: ad quālibet pauſam hoc dicebat. Filioli diligite alterutrū. Tandē fratres qui cū eo erant admirātes ꝙ ſemꝑ eadē diceret dixerūt ei. Magiſter quare ſemꝑ eadē loqris. Qui reſpondit. Quia p̄ceptū dñi eſt et ſi ſolū hoc fiat ſufficit. ¶ Refert quoq helmādus ꝙ cū iohānes euāgeliſta euangeliū ſcribere deberet prius indixit ieiuniū vt orarent ſe digna ſcripturū. Fert aūt ipſum pre illo loco ſecretiſſimo in quo diuino ſcripturus ſeceſſerat oraſſe: vt nullas huic inſiſtēs operi ventoꝝ ibi aut imbriū iniurias pateretur. Hancq eidē loco vſq hodie reuerentiam elementa ſeruare dicuntur. Hec helmādus. J

¶ Cū igitur eſſet nonaginta nouē annoꝝ. et a paſſione dñi ſcdm yſidoꝝ anno. lxvij. apparuit ei dñs cum diſcipulis ſuis dicens. Veni dilecte mi ad me: quia tempus eſt vt in menſa mea cū tuis fratribus epuleris. Surgēs autem iohannes cepit ire. Cui dñs

# De Innocentibus

dñica die ad me venies. Ueniẽte igitur dñica vni
uerſus populus cõuenit in eccleſiã q̃ fuerat ipſius
noĩe fabricata. Qui a primo pulloꝝ cantu predica
uit eiſdẽ hortãs eos vt in fide eſſent ſtabiles et in
mandatis dei feruẽtes. Poſt hoc foueã quadratã
iuxta altare fecit fieri. ⁊ terrã extra eccleſiã iactari
Deſcendẽſq; i foueã expanſis ad deũ manib⁹ dixit
Inuitatus ad cõuiuiuz tuũ dñe ihesu xp̃e. ecce ve
nio gratias agẽs: q: dignatus es me ad tuas epu
las inuitare. ſciẽs ꝙ ex toto corde meo deſiderarẽ
te. Cumq; orõem finiſſet tãta lux ſup eũ emicuit ꝙ
nullus eũ reſpicere potuit. Recedẽte aũt lumine
mãna fouea plena inuenit̃. qd̃ in loco illo vſq; ho
die generat̃. ita vt in fundo fouee inſtar minute a
rene ſcaturire videat̃ ſicut in fontib⁹ fieri cõſueuit
¶ Sanctus eadmãdus rex anglie nulli petẽti in
noĩe ſancti iohãnis euãgeliſte aliquid denegabat
Unde cõtigit ꝙ quidã peregrinus abſente came-
rario in noĩe ſancti iohãnis euãgeliſte importune
a rege elemoſinã poſtularet. Cui rex precioſuz an
nulũ cum nil aliud in prõptu haberet dedit. Sed
poſt plures dies quidã miles anglie ĩ trãſmarinis
ꝑtibus cõſtitutus ab eodẽ ꝑegrino annulũ regi re
ferendũ in hec verba recepit. Ille cui et ꝓ cuius a
more annulũ hũc dediſti tibi rex mãdat. Unde li-
quido patuit ꝙ beatus iohãnes eidẽ in forma ap
paruit ꝑegrini. yſidorus de ortu vita vel obitu
ſanctoꝝ patrũ. Mutauit iohãnes in aurum ſilue-
ſtres fondiũ virgas: litoreaq; ſaxa in gẽmas gẽ-
maꝝ fragmĩa in ꝓpriã reformauit naturã ꝓcepto
viduam ſuſcitauit. et rediuiuũ iuuenis corpus re-
meante anima reparauit bibens letiferum hauſtũ
euaſit periculum. et eodem poculo proſtratos in
vite reparauit ſtatũ. Hec yſidorus.

## ¶ De Innocentibus x. A

Innocentes dicti ſunt triplici ratione. ſcʒ
i ratione vite. rõne pene. rõne innocẽtie aſ
ſecute. Ratione vite dicti ſunt innocẽtes.
ex eo ꝙ vitã innocentẽ id eſt nõ nocentẽ habuerũt
nulli eñi vnꝗ̃ nocuerũt nec deo ꝑ inobediẽtiã. nec
proximo ꝑ iniuſticiã. nec ſibi ꝑ alicuius peccati ma
liciã. Et ideo dicit̃ in pſal'. Innocẽtes et recti adhe
ſerũt michi. Innocẽtes in vita et recti in fide. Ra-
tiõe pene qm̃ innocẽter et iniuſte paſſi ſunt. Unde
pſal'. Effuderũt ſanguinẽ innocentẽ. Ratiõe inno
centie aſſecute: qm̃ in ipo martirio aſſecuti ſunt ba
ptiſmalẽ innocentiã id eſt ab originali peccato mũ
diciã. De qua ĩnocẽtia dicit̃ ĩ pſal'. Cuſtodi innocẽ-
tiã et vide eq̃tatẽ. i. cuſtodi ĩnocẽtiã baptiſmatis
et poſtmodũ vide equitatẽ bone oꝑationis. B



Innocentes ab herode aſcalonita interfec
i ti ſũt. Tres eñi herodes ſacra ſcriptura cõ
memorat quos famoſos fecit coꝝ infamis
crudelitas. Primus dict⁹ eſt herodes aſcalonita
ſub quo dñs natus eſt: et a quo pueri occiſi ſunt.
Scd̃s dictus eſt herodes antipas q̃ iohãnẽʒ decol
lauit. Tercius dictus eſt herodes agrippa q̃ iaco-
buʒ occidit: ⁊ petrũ incarcerauit. Uñ de hoc extãt
verſus. Aſcalonita necat pueros. Antipa iohãnẽ
Agrippa iacobũ claudẽs incarcere petrum. Sed
primi herodis hiſtoriã breuiter videamus. Anti-
pater ydume⁹ vt in hiſtoria ſcolaſtica legit̃: neptẽ
regis arabũ duxit vxorẽ. ex qua filiũ habuit queʒ
vocauit herodẽ q̃ poſtmodũ aſcalonita dictus eſt
Hic a ceſare auguſto regnũ iudee accepit. Et tũc
primitus ablatũ eſt ſceptruʒ de iuda. Huic ſex filij
nati ſunt. ſcʒ antipater. alexãder. ariſtobolus. ar-
cheleus. herodes antipas et philipp⁹. Alexãdrũ
aũt et ariſtobolũ ex eadẽ matre iudea genitos ro
mã miſit liberalib⁹ artibus imbuẽdos. Poſt hoc
a ſtudio redierũt. Et erat alexãder acerrimus per
orator. Iãq; liberi licẽtius de ſuſceptiõe regni cuʒ
patre diſceptabãt. Ob hoc pater offenſus antipa
trẽ illis ꝓponere ſatagebat. Cũq; illi de morte pa
tris tractaſſent: et ob hoc a patre reiecti fuiſſent ce
ſarẽ adeũt de patris iniuria cõqueſturi. Interea
magi iheroſolimã veniũt et de ortu noui regis dili
gentius ſciſcitant̃. Herodes hoc audiẽs ꝑturbat̃ ti
mens ne de veroꝝ regũ genere aliquis nat⁹ eſſet
qui eũ tanꝗ̃ regni inuaſorẽ expelleret. Rogabat

igitur magos vt eo inuento ſibi renuncient ſimu-
lans ſe velle adorare quē volebat occidere. Uerū
tamen magi per aliā viā reuerſi ſunt in regionem
ſuaʒ. Uidens herodes ꝙ nequaq̄ ad ſe venirent.
ſtelle viſione eos deceptos ad ſe redire erubuiſſe
credidit. et ideo ab inquiſitiōe pueri animū reuo-
cauit. Cum autē audiſſet q̄ paſtores dixerant. et q̄
ſymeon ⁊ anna ꝓphetauerāt vehementer timuit
et ſe a magis turpiter illuſuʒ putauit. Tunc hero-
des de nece puerorū qui erāt in bethleē tractare
cepit. vt cuʒ eis ille quē ignorabat occideret. Ad
monitionē auteʒ angeli ioſeph cū puero et matre
in egiptum in ciuitatem hermopolim fugit. ibiq̄ʒ
ſeptē annis vſq̄ʒ ad obitū herodis ꝑmāſit. Jngre
diente igiť domino egiptū ſcd̄m yſaye vaticinium
vniuerſa ydola corruerūt. Tradūt quoq̄ʒ ꝙ ſicut
in exitu filiorū iſrael de egipto non fuit domus in
egipto in qua ꝓcurāte dn̄o non iaceret mortuum
primogenitum: ita nec tunc fuit templū in quo nō
corruiſſet ydoluʒ. ¶ Refert caſſiodorus ī hiſtoria
tripartita ꝙ in hermopoli ciuitate thebaide dicatur
eſſe arbor q̄ vocatur perſidis. valēs in ſalutem mul-
torū. ſi fructus aut folium aut pars corticis collo
egrotantiū alligeť. Cū igiť beata maria cum filio
in egiptū fugeret. hec arbor vſq̄ʒ ad terram incli-
nata eſt et xp̄m ſuppliciter adorauit. Hec caſſio-
dorus. C ¶ Cū igiť herodes de nece puerorū diſ
poneret. a ceſare auguſto ꝑ epl̄am eſt citat⁹ filiorū
accuſationibus reſpōſurus. Qui cū ꝑ tharſim iter
faceret: intellexit ꝙ magos naues tharſenſiuʒ trāſ
uexiſſent. et ideo omnes naues tharſis cōburi fe-
cit. ſcd̄m quod predictum fuerat. Jn ſpū vehemē-
ti conteres naues tharſis. Cūq̄ʒ pater cū filijs co-
ram ceſare diſceptaret: diffinitum eſt vt filij patri
in oībus obedirēt. et ipſe cui vellet regnū dimitte
ret. Rediens igiť herodes et ex confirmatione fa-
ctus audatior: mittens occidit omnes pueros qui
erāt in bethleem a bimatu et infra ſcd̄m tēpus qd̄
exquiſierat a magis. Hoc aūt duplicē intelligen-
tiā cōtinet. Primo vt infra dicat ordinē temporis
et eſt ſenſus a bimatu et infra. id eſt ab infantibus
duorū annorū vſq̄ʒ ad pueros vnius noctis. Didi-
cerat eñ herodes a magis ea die qua ſtella appa-
ruit eis dominū natuʒ eſſe: et q̄a iam annus fluxe
rat eo ꝙ romā iuerat. et redierat. dn̄m anniculum
et aliquorū inſuꝑ dierū eſſe credebat. Jdeoq̄ʒ ſu-
pra etatē eius vſq̄ʒ ad binos et infra id eſt vſq̄ʒ ad
vni⁹ noctis infantes deſeuit ī pueros timēs pueri
morphoſeon ne ſcʒ puer cui ſydera famulabantur
ſupra etatē ſuaʒ vel infra faciē transformaret. Et
hec ſententia vſitatior et verior habeť et reputať
Aliomodo exponitur ſcd̄m criſoſto. vt infra dicat
ordinē numeri. et eſt ſenſus. A bimatu et infra id
eſt a pueris duorū annorū vſq̄ʒ ad pueros quinq̄ʒ
annorū. dicit eñ ſtellā per annū ante ortū ſaluato
ris magis apparuiſſe. Herodes autē poſtq̄ hoc a
magis didicit. romam vadens adhuc ꝑ annū diſtu
lit. Credebat aūt tunc dn̄m natum fuiſſe quando
magis ſtella apparuit. et ideo dn̄m duorū annorū
eſſe credebat. Unde pueros binos occidit. et dein
ceps vſq̄ʒ ad quinq̄ʒ annos: ſed nō minores binis
Cui aſſertioni fidē facere videť. ꝙ quedā oſſa in-
nocentiū habentur adeo grandia ꝙ bimoruʒ eſſe
nō poſſunt. Poteſt tamē dici ꝙ lōge maioris erāt
tunc homines quātitatis q̄ modo. Jpſe autem he
rodes ſtatim ibidem punitus eſt. Nā ſicut ait ma-
crobius alias methodius vt in quadā cronica legi
tur. vnus paruulus filius herodis ibidē ad nutriē
duʒ caſu fuerat datus. q̄ cuʒ alijs a carnificibus eſt
occiſus. Tunc adimpletuʒ eſt quod dictū eſt per ꝓ
phetā. Uox ploratus ⁊ vlulat⁹. piarum ſcʒ matrū
audita eſt in rama id eſt in excelſo. D ¶ Deus
aūt iudex iuſtiſſimus vt ī eiſdē hiſtorijs legiť ſcola
ſticis non eſt paſſus tantā herodis nequiciā rema
nere īpunitā: diuino eñ iudicio factū eſt vt q̄ mul-
tos orbauerat filijs. ipſe ſuis miſerabilius orbareť
Naʒ alexāder et ariſtobolus itez patri habiti ſunt
ſuſpecti. Cōfeſſus eſt aūt vnus de coꝝ cōplicibus
ꝙ alexāder multa ſibi donaria promiſiſſet. ſi patri
venenum ꝓpinaret. Confeſſus eſt etiaʒ tonſor de
ꝓmiſſis ſibi munerib⁹ ſi dū patris barbā raderet
eū ꝯtinuo iugularet. Addiditq̄ʒ alexādruʒ dixiſſe
non eſſe ponēdam ſpem in ſene qui capillos tinge
ret vt iuuenis appareret. Ob hoc pater irat⁹ eos
occidi fecit. Antipatrē autem futurum regem in-
ſtituit. Sed ipſi antipatri herodeʒ antipam in re-
gnū ſubſtituit. Jnſuꝑ herodē agrippā et herodia
dem vxorē philippi: quos ex ariſtobolo ſuſceꝑat
paterna dilectione fouebat. Hac duplici de cauſa
antipater īntollerabile ꝯtra patrē cōcepit odiū: in
tantū ꝙ eū attēptauit occidere ꝑ venenū. Qd̄ he-
rodes ꝑſentiēs euʒ in carcere poſuit. Auguſt⁹ aūt
ceſar audito ꝙ herodes filios occidiſſʒ dixit. Mal
lem eſſe herodis porcus q̄ filius. quia cum ſit pro-
ſelitus porcis parcit et filios occidit. ¶ Jpſe autē
herodes cū iaʒ annos. lxx. haberet in grauiſſimā
egritudinē cecidit. Nā febre valida prurigine cor-
poris. colli cōtinuis tormētis. pedū inflatione. ver
meſcētibus teſticulis. intollerabili fetore. crebro
anhelitu. et interruptis ſuſpirijs torq̄bať. A medi

# De ſancto thoma canthua.

cis vero in oleo poſit⁹ inde quaſi mortuus eſt ab
latus. E Audiens autē iudeos mortem ſuaȝ
cū gaudio expectare. nobiliores iuuenes ex oī iu-
dea collectos in carcere poſuit. dixitqꝫ ſalome ſo-
rori ſue. Scio iudeos ꝺ morte mea gauiſuros: ſed
potero habere multos lugētes et nobiles exequias
funeris ſi meis volueris parere mādatis: vt cum
ſpiritū emiſero cūctos occidatis quos in cuſtodia
ſeruo: vt ſic oīs iudea me defleat licet inuita. Ha-
bebat aūt in cōſuetudine vt poſt omnē cibū pomū
ꝑ ſe gladio purgaret et comederet. Cumqꝫ gladiū
in manu teneret: tuſſiqꝫ violēta diſtenderetur cir
cūſpitiēs ne ſe aliquis impediret ſe ipm̄ percuſſu-
rus manū dexterā ſuſtulit: ſed cōſobrinus eius ſu
ſtinendo dextrā impediuit. Protin⁹ aūt quaſi rex
mortuus eſſet in aula regia vlulat⁹ inſonuit Quo
audito exultat antipater: multaqꝫ dona ſi ſaluaret
cuſtodibus pollicet. Qꝺ cū cognouiſſet herodes
grauius filij exultationeȝ ꝙ ꝓpriaȝ tulit mortem
mittēſqꝫ ſatellites eum occidi fecit. et archelaum
poſt ſe regnaturū inſtituit. Sicqꝫ poſt dies quiqꝫ
mortuus eſt: in bellis fortunatiſſimus. in reb⁹ do
meſticis infeliciſſim⁹. Salome aūt ſoror eius oēs
abſoluit. quos rex occidi mandauerat. Remigius
autem in originali ſuper matheum dicit: ꝙ hero-
des gladio quo pomū purgabat ſe peremit. et ꝙ
ſalome ſoror eius omnes vinctos prout cum fra-
tre ordinauerat interfecit.

## De ſancto Thoma canthuarienſi archiepō. .xi. A



Thomas interpretat abiſſus. geminus vel
ſectus. Abiſſus id eſt ꝓfundus in humilia
tione. qꝺ patet in cilicio et pedū pauperuȝ
lotione. Geminus in plation qa geminate ꝓfuit
ſcilicet verbo et exēplo. Sect⁹ in paſſione. B
Thomas canthuarienſis archiepiſcopus dū
in curia regis anglie cōſiſteret. et quedaȝ
ibidem fieri cōtraria religioni videret. cu-
riā ipſam deſeruit. et cāthuarienſi archiepō ſe cō-
miſit: a quo archidyaconus factus ad ꝑces tamen
ipſius archiepī regis cācellariā ſuſcepit. vt prudē-
tia qua erat preditus malignoꝝ in eccleſiā ꝓhibe
ret inſultus. Quē adeo rex dilexit: vt poſt deceſſuȝ
archiepī eū in cathedralē honorē ꝓcurauerit ſub-
limari. Qui licet plurimū reſiſteret tandē ad obe-
diētie ꝑceptuȝ humeros ſuppoſuit ad portanduȝ
Subito aūt in virū perfectū alteruȝ ꝑmutat. et ca-
ro ei⁹ cilicio et ieiunijs maceratur. Nō ſoluȝ eīn ci
liciū pro camiſia deferebat: ſed et femoralia cilici-
na vſqꝫ ad poplicē baiulabat. Sāctitatē aūt ſuaȝ
ita ſubtiliter occultabat: vt ſaluo ſemꝑ honeſtatis
rigore ſub decētia veſtiū et apparatu vtenſiliū cō
cordaret morib⁹ ſinguloꝝ. Tredecim pauperū pe
des quotidie curuatis genib⁹ abluebat. et refectos
datis cuilibet. iiij. argēteis remittebat. Rex autē
ad voluntatē ſuaȝ in detrimentū eccleſie ipm̄ in-
flectere nitebat. volēs vt cōſuetudines quas con-
tra libertatē eccleſie ꝑdeceſſores ſui habuerāt ab
eodē ſimiliter firmarent. Qui dum omnino aſſen-
tire noluit. cōtra ſe irā regis et principū prouoca-
uit. Quadā autē vice ſic ipſe cuȝ alijs epīs a rege
artatus vt etiā ſibi mortis ſententiaȝ minaret ma
gnorū virorū deceptus cōſilijs: verbotenus aſſen
ſum prebuit voto regis. Veruȝ ex hoc vidēs aīaȝ
periculū imminere Seipm̄ poſtmodū in penitētia
grauius cruciauit. et ab altaris officio ſe ſuſpēdit
quouſqꝫ a ſummo pōtifice reſtitui mereret. Requi
rit deniqꝫ rex vt qꝺ verbo dixerat ſcripto cōfirma
ret. Cui viriliter cōtradixit et a curia erectam ſibi
baiulās crucē diſceſſit. exclamātibus impijs cōtra
eum. Capite furem ſuſpendite ꝓditorem. Et ecce
duo magni ꝓceres et fideles ad eū fuſis lacrimis
venientes ſub iuramēto aſſerūt ꝙ in eius morteȝ
multi proceres cōiurarunt. Vir igitur dei eccleſiā
magis ꝙ ſibi metuens fugaȝ inijt. et ſenonis a pe
pa alexādro ſuſceptus et ī monaſterio pontiniacē
ſi cōmendatus poſt modū in franciā vſqꝫ deuenit.
Rex vero dū romā miſiſſet vt legati venirent qui
hoc negociū diffinirēt. omnino repulſam patit. Et
ob hoc in irā contra archiepm̄ amplius cōcitatur.

Unde omīa que erant archiepī et ſuoꝝ diripuit et
totā eius ꝓgenieȝ exilio cōdēpnauit: nequaq̄ de
ferens cōdicioni vel ſexui. ordini vl' etati. Ipe aūt
ꝓ rege et ꝓ regno anglie quotidie exorabat. Re-
uelat aūt archiepō q̄ ad ſuā eſſet eccleſiā reditur⁹
et ad xp̄m cū palma martirij migratur⁹. Septīo
igit anno ſui exilij redire cōcedit. et a cunctis cuȝ
honore ſuſcipit. Per aliquot dies ante ei⁹
martiriū iuuenis quidaȝ de corpore exiēs et poſt
modum miraculoſe rediens aiebat. q̄ vſq̄ʒ ad ſu-
premū ſanctorū ordinē ductus fuit et inter apoſto
los ſedem quandā vacuā vidit. Percūctanti autē
cui⁹ eſſet hec ſedes. angelus reſpōdit. q̄ cuidā ma
gno ſacerdoti anglicoꝝ a dn̄o ſeruaret. Sacer
dos quidā miſſaȝ de beata virgīe celebrabat quo
tidie qui archiepō accuſatus ab eo accerſitur et tā
q̄ ydeota et inſci⁹ ab officio ſuſpēdit. Cuȝ aūt bea
tus thomas ciliciū ſuum ſuere deberet. ⁊ ſub lecto
ip̄m abſcōdiſſet. vt ad conſuendū horaȝ captaret
beata maria ſacerdoti apparuit dicēs. Uade ad ar-
chiep̄m eiq̄ʒ dicas q̄ illa ob cui⁹ amorē miſſas di-
cebas. eius ciliciū qd̄ eſt in tali loco conſuit: et ſetā
rubeā de qua illud cōſuit ibideȝ reliquit. Illa igit
ſibi mādat q̄ interdictū qd̄ tibi fecerat debeat re-
laxare. Qd̄ ille audiēs et ita inueniens ſtupuit et
interdictum relaxans ſacerdotē hoc ſecretū habe-
re precepit. Defendit vt prius iura eccleſie nec a
rege flectit vi vel prece. Cū ergo nullatenus flecti
poſſet. ecce milites regis armati veniūt et vbi ar-
chiepiſcop⁹ ſit vociferādo inq̄rūt. Quibus ille oc-
currēs dixit. Ecce ego: quid vultis? Et illi. Ueni-
mus vt occidaris. et vltra viuere nō valebis. Qui
bus ille dixit. Ego ꝓ deo mori paratus ſuȝ et pro
defenſione iuſticie: et eccleſie libertate. Si igitur
me queriſtis ex pte dei oīpotentis et ſub anathe-
mate prohibeo. ne hoꝝ cuiq̄ aliquaten⁹ noceatis
Deo aūt et beate marie et ſanctis oībus et beato
dyoniſio cauſaȝ eccleſie ⁊ meipſum cōmendo. Qui
bus dictis venerandū caput gladijs impiorū im-
petit. ſacra capitis corona precidit. cerebrū ꝑ eccle
ſie pauimentū diſpergit et ſic martir domino cōſe
cratur. anno dn̄i milleſimo. c.lxxiiij. Dum
igit clerici Requiē eternam ⁊c. inciperēt et pro eo
miſſaȝ agerēt defunctoꝝ ſubito vt aiūt āgeloꝝ cho
ri aſtātes voces cātanciū interrūpūt. martiris miſ
ſam incipiūt. Letabit iuſtus ɔcinūt: et ceteri cleri-
ci ꝓſequūtur. Hec eſt reuera mutatio dextere ex
celſi dū cantus meroris vertitur in canticuȝ laudis
cuȝ illuȝ cui defunctoꝝ ſuffragia inchoauerāt mar
tirū poſtmodū hymnis laudant. Reuera eximia
cōprobatur ſanctitate preditus et martir domini
glorioſus quem tāto honore angeli preuenerūt et
ſanctoꝝ martiꝝ cathalogo aſſcripſerūt. Paſſus ē
aūt ſanct⁹ iſte ꝓ eccleſia. i eccleſia. in loco ſancto.
et in tēpore ſacro. inter man⁹ ſacerdotū et religio
ſoꝝ vt paciētis pietas. et pſequentium crudelitas
oſtēdat. Multa inſuꝑ et alia miracl'a per ſanctū
ſuū dn̄s operari dignatus eſt. Meritis em̄ eius ce
cis viſus. ſurdis audit⁹. claudis greſſus. vita mor
tuis reſtituta ſunt. Porro aqua qua pān̄i cōſperſi
eius ſanguine lauabant multis extitit in medelaȝ
Quedā dn̄a de anglia varios oculos habere ob
laſciuiam et maiorē pulchritudinē affectabat. ſuꝑ
hoc vouēs votum nudis pedibus ſepulchrū beati
thome viſitauit. Que cuȝ in oratione ꝓſtrata iace-
ret. ſurgēs inuenit ſe penitus excecatā. ſtatimq̄ʒ
penitens cepit rogare beatū thomā vt iam nō va
rios ſed ſaltem ſuos ſibi redderet oculos. qd̄ tan-
dem cum magna difficultate vix valuit obtinere.
Quidā aūt illuſor aquā ſimpliceȝ ꝓ aqua
ſancti thome dn̄o ſuo ī pixide obtulit ɔuiuāti. Cui
dn̄s ait. Si nil michi vnq̄ furatus fuiſti ſanct⁹ tho
mas aquā ſuā huc te deferre ꝑmittat. ſi autē reus
furti es aqua ipſa ꝓtin⁹ euaneſcat. Hoc igit dicto
ille cōſenſit. ſciēs q̄ pixidē aqua nuper impleſſet.
Mira res pixidē ɔtinuo aperuerūt et vacuā inue
nerunt: Sicq̄ʒ ſeruus in mēdacio deprehēditur et
furti reus euidentius cōprobat. Auis quedam
ſciens loqui. cū niſus eā inſequeret ſicut didicerat
cepit clamare. Sācte thoma adiuua me. et ſtatim
niſus mortuus cecidit. et illa euaſit. Quidā queȝ
ſanctus thomas valde dilexerat cū grauiter infir-
maret iuit ad eius tombā et ꝓ ſanitate ſua roga-
uit ⁊ ad libitū impetrauit. Sed cū ſanatus rediret
cepit cogitare q̄ illa ſanitas anime ſue forſitan nō
expediret. Unde iterū rediēs ad ſepulchrū orauit
vt ſi non eſſet vtile anime ſue cōtinuo infirmitas
ipſa rediret. Statim infirmitas rediȳt ſicut prius.
In eius aūt interfectores intantū vlcio diuina de-
ſeuit vt alij digitos dētibus ſuis fruſtratim diſcer
pētes. alij ſanie defluētes. alij paraliſi diſſoluti. a
lij amentes effecti miſerabiliter interirent.

## De ſancto Silueſtro. xii .A

Silueſter dicitur a ſile quod eſt lux. et terra
quaſi lux terre id eſt eccleſie que inſtar bo
ne terre habet pinguedīeȝ bone opatiōis
nigredinē humiliationis. et dulcedinē deuotiōis.
Per iſta em̄ tria agnoſcit bona terra. vt ait palla
dius. Uel ſilueſter dicit a ſilua et theos. qa hoīes

ſilueſtres id eſt in cultos et duros ad fidem xp̄i tra
xit. Uel ſicut dicit in glo. ſilueſter dicit viridis agre
ſtis vmbroſus nemoroſus. Uiridis celeſtia ꝯtēplā
do. agreſtis ſeipſum excolendo. vmbroſus ab oī
cōcupiſcēcia refrigeratus. Nemoroſus inter arbo
res celi plātatus. Eius legendā cōpilauit euſebi⁹
ceſarienſis. quā beatus gelaſius in cōſilio ſeptua
ginta ep̄orum a catholicis legendam cōmemorat
ſicut in decreto habetur. B



Silueſter a matre re et nomine iuſta geni
tus. et a cirino preſpitero eruditus. hoſpi
talitatē ſummope exercebat. Thimothe⁹
aūt quidā xp̄ianiſſimus ab eo in hoſpiciū ſuſcipit
qui tamen ob ꝑſecutionē ab alijs vitabat. Hic thi
motheus ꝑ vnū annū et tres mēſes predicauit. et
poſtea coronā aſſecutus eſt martirij. duꝫ p̄dicaret
cōſtantiſſime fidē xp̄i. Putās aūt tarquini⁹ p̄fect⁹
thimotheum multis abūdaſſe diuicijs eas a ſilue
ſtro expecijt. īferēs ei minas mortis. Sed cū vere
thimotheū huiuſmodi diuicias non habuiſſe com
perit ſilueſtrū ydolis imolare precepit. alioquin
in craſtinū diuerſa reciperet genera tormētoꝝ. Cui
ſilueſter. Stulte hac nocte morieris et ſempiterna
tormēta recipies et velis nolis verū deū eſſe queꝫ
colimus recognoſces. Silueſter igit carceri tradit
et tarquini⁹ ad prandiū inuitatur. Duꝫ ergo cōme
deret. os piſcis in eius gutture ſic verſat vt nulla
ratione reijcere potuerit vel glutire. Sicqꝫ media
nocte defunctus ad tumulū cuꝫ luctu ducit. et ſilue
ſter cū gaudio a carcere liberat. Qui nō ſolū a chri

ſtianis. ſed etiā a paganis miro diligebat affectu
Erat eniꝫ aſpectu āgelicus. ſermone nitid⁹. īteger
corpore. ſanctus ope. conſilio magn⁹. fide catholi
cus. ſpe paciētiſſimus. caritate diffuſus. Mortuo
igit melchiade ep̄o vrbis rome. ſilueſter ab oī ple
be plurimū renitēs in ſummū pōtificē eſt electus.
Hic omniū orphanoꝝ viduaꝝ et pauperū nomia
in matricula ſcripta habebat. et oībus neceſſaria
ꝓuidebat. Hic quartū et ſextū diē et ſabatuꝫ ieiu
nijs inſtituit obſernanduꝫ. quintū vero quaſi do
minicū celebrādū. Grecis vero xp̄ianis dicētibus
ſabbatū dieꝫ potius q̄ quintū celebrandū reſpon
dit hoc fieri nō debere. et quia hoc eſt traditionis
ap̄lice. et quia dn̄ice debet compaſſio ſepulture.
Cui illi. Unū eſt ſabbatū ſepulture. ī quo ſemel in
anno ieiuniū eſt exhibēdū. Quib⁹ ſilueſter. Sicut
oīs dies dominicus reſurrectiōis gloria. ſic omne
ſabbatū decorat dn̄ica ſepultura. Igit de ſabbato
acquieſcunt. ſed de quinta feria vehemēter cōten
dunt aſſerētes nō debere xp̄ianoꝝ ſolennitatib⁹
ſociari. Silueſter aūt eius dignitatē precipue ī tri
bus oſtēdit. Qm̄ hac die domin⁹ ad celos aſcēdit
et corporis ⁊ ſanguinis ſacramētuꝫ īſtituit. ⁊ ſacꝫ
criſma eccleſia cōficit. Omnes igit ratiōibus eius
acquieſcūt C ¶ Perſequēte aūt cōſtātino xp̄ia
nos ſilueſter de vrbe exijt: ac in quodā monte cuꝫ
ſuis clericis māſit. Ipſe aūt cōſtātinus merito per
ſecutionis tirānice in incurabilem cecidit plagā le
pre. Tādem ad cōſiliū pontificū ydoloꝝ adducta
ſunt tria milia pueroꝝ vt eos occidi faceret. ⁊ ſe in
coꝝ ſanguine recēti et calido balnearet. Egrediē
te autē eo ad locum vbi balneuꝫ parari debebat.
matres pueroꝛuum eidē occurrunt: que reſolutis
crinib⁹ miſerabiliter vlulabāt. Et lacrimās cōſtā
tin⁹ iuſſit ſtare currū ⁊ erigēs ſe dixit. Audite me
comites et cōmilitones et oēs populi qui aſtatis.
Dignitas romani imperij d̄ fonte naſcit pietatis
que hāc etiā legeꝫ dedit vt capitali ſentēcia ſubde
ret quicūqꝫ in bello aliquē occidiſſꝫ infantē. Quā
ta ergo erit crudelitas vt hec nr̄is faciamus filijs
qd̄ fieri ꝓhibuim⁹ alienis? Quid iuuat barbaros
ſupaſſe ſi a crudelitate vīcamur? Nā viciſſe extra
neas naciōes ratiōe viriū eſt bellāciuꝫ populoruꝫ
vincere autē vicia et peccata virtus eſt moruꝫ. In
illis ergo p̄lijs fortiores nos exiſtim⁹ illis. In his
vero nobiſmetipis fortiores ſum⁹. Qui eīm fuerit
in iſto certamine ſupatus. victoriā obtinet victus.
Uictor eīm poſt triūphuꝫ vincit. ſi pietas ab impie
tate ſuperat. Uincat ergo pietas in iſto cōgreſſu.
Bene eīm omniū aduerſantiū poterim⁹ eſſe victo

res ſi ſola pietate vincamur. Omniũ eñ ſe eſſe do
minũ cõprobat: qui ſeruũ ſe mõſtrauerit pietatis.
Meli⁹ eſt ergo me mori ſalua vita innocẽtiũ q̃ p
eoꝝ interitũ vitã recupare crudelẽ. quã tñ recupa
re incertũ eſt: cũ tñ certũ ſit q̃ ſic recuperata cru-
delis eſt. Juſſit igit̃ vt matribus ſuis pueri redde-
rentur ⁊ dona plurima et infinita vehicula prebe
rent̃. Sicq̧ matres q̃ flẽdo venerãt. ad loca ſua
cũ gaudio redierũt. Jp̃e autẽ imperator ad pala
ciũ ſuũ reuerſus eſt ⁋ Sequẽti vero nocte pe
trus et paulus appuerũt ei dicẽtes. Qm̃ exhorrui-
ſti effuſſionẽ ſanguinis innocentiũ. miſit nos dñs
ihũs xp̃s dare tibi recupãde cõſiliũ ſanitatis. Sil-
ueſtrum igit̃ epiſcopũ qui apud montẽ ſiraptim
latitat acceſire. hic tibi piſcinã oſtẽdet in qua im-
merſus tercio ab omi curaberis lepre morbo. Tu
vero xp̃o hãc viciſſitudinẽ reddas. vt ydoloꝝ tẽ-
pla diruas. xp̃i reſtaures eccleſias. et ei⁹ deiceps
cultor fias. Euigilãs igit̃ ↄſtãtinus ſtatim milites
miſit ad ſilueſtrũ. Uidẽs aũt ſilueſter milites ſta-
tim ad palmã martirij credidit ſe vocari. Deo aũt
ſe recõmendãs et ſocios ſecũ adhortãs cõſtantino
intrepidus preſentat̃. Cui cõſtãtinus aſſurgẽs ait
Bene te veniſſe gratulamur. Qui a ſilueſtro reſa
lutatus narrauit ei per ordinẽ ſui ſomnij viſionẽ
Percunctãti vero cõſtantino qui eſſent illi duo dij
q̃ ſibi apparuerũt. ſilueſter reſpõdit illos eſſe xp̃i
apl̃os et nõ deos. Tũc ad preces impatoris ſilue-
ſter apl̃orũ ymagines iuſſit ſibi afferri. Quas vt i-
perator aſpexit tales eſſe q̃ ſibi apparuerũt decla
mauit. Silueſter igit̃ eũ cathecuminũ fecit et vni⁹
ebdomade ſibi ieiuniũ indixit. ⁊ carceres aperire
monuit. Cumq̧ in aquam deſcẽdiſſet baptiſmatis
mirabilis ibi emicuit ſplẽdor lucis. ſicq̧ inde mũ-
dus exiuit et xp̃m ſe vidiſſe aſſeruit. Prima autẽ
die ſui baptiſmatis hãc legẽ dedit vt xp̃s ab vrbe
romana tanq̃ verus deus. coleret̃. Scd̃a vt ſi q̃s
chriſtum blaphemaret puniret̃. Tercia vt quicũq̧
xp̃iano feciſſet iniuriã. bonoꝝ ſuoꝝ pte dimidia
priuaret̃. Quarta vt ſicut impator rome. ſic roma
nus põtifex caput ab vniuerſis epis habeat̃. Qui
ta vt quicũq̧ ĩ eccleſias ↄfugerit ab oibus ſeruet̃
iniurijs immunis. Sexta vt null⁹ niſi de licẽcia ſui
antiſtitis eccleſiã edificet. intra muros alicuius ci
uitatis. Septĩa vt ad edificationẽ eccleſiaꝝ deci-
me poſſeſſionũ regaliũ tribuãt̃. Octaua impator
ad eccleſiã ſancti petri venit. et de ſuis culpis ſe
lamẽtabiliter accuſauit. Poſtmodũ arrepto bidẽ-
te ad fundamẽtũ baſilice eccleſie ↄſtruendũ terrã
prim⁹ apuit. et duodecim cophinos in ſuis ſcapulis

foras eiecit ⁋ Hec vbi helena mater cõſtãtini
auguſti in bethania cõſiſtẽs audiuit. p litteras lau
dat filiũ q̃ abrenunciaſſet ſimulacris ydoloꝝ: ſed
dure increpat q̃ relicto deo iudeoꝝ crucifixũ ho-
minẽ deũ colat. Reſcribit aũt auguſtus vt iudeoꝝ
magiſtros ſecũ adducat et ip̃e xp̃ianoꝝ doctores
pferret. vt ſic ex diſputatiõe mutua appeat fides
vera. Adduxit igit̃ ſancta helena centũ quadragi
taunũ doctiſſimos iudeoꝝ. Inter quos duodecim
erant q̃ ſapiẽtia et eloquẽtia pre ceteris rutilabãt
Cũ igit̃ ſilueſter cũ clericis ſuis et predicti iudei
ad diſputandũ corã impatore inſimul cõueniſſent
de cõmuni cõſenſu duos iudices gẽtiles ſapiẽtiſſi-
mos et pbatos noĩe craton et zenophilũ ſtatue-
rũt. ad quos ptineret ſentẽcia dicendoꝝ. Qui licʒ
gẽtiles erant. tñ iuſtiſſimi et fideles. Taliq̧ inter
eos ſentẽcia eſt firmatũ. vt vno ſtãte et loquẽte a-
lius nõ loquat̃. Incipiẽs igit̃ prim⁹ de illis duode
cim noĩe abiathar ait. Cũ iſti tres deos dicãt pa-
trem et filiũ et ſpũmſanctũ. manifeſtũ eſt eos cõ-
tra legẽ agere. q̃ dicit. Uidete q: ego ſũ ſolus de
us et nõ eſt alius deus preter me. Deniq̧ ſi dicunt
xp̃m deũ eſſe: q̃a multa fecit ſigna: in noſtra etiã
lege multi fuere: qui miracula plurima fecerunt:
et tñ nunq̃ ex hoc deitatis nomẽ ſibi vſurpare au
ſi ſunt ſicut iſte ihũs. quẽ iſti adorãt. Ad quẽ ſilue
ſter. Nos vnũ deũ colimus. ſed nõ in tanta ſolitu-
dine eũ dicimus vt gaudiũ filij nõ haberet. Ex ve
ſtris aũt libris vobis trinitatẽ pſonaꝝ demonſtra
re valemus. Nã patrẽ dicimus de quo propheta
ait. Ipſe inuocauit me pater meus es tu ⁊c. Filiũ
de quo idẽ. Filius meus es tu: ego hodie genui te
Spiritũſanctũ de quo idẽ. Spiritu oris eius oĩs
virtus eorũ. In hoc etiã q̃d dixit faciamus hoĩem
ad ymaginẽ et ſimilitudinẽ noſtrã euidẽter ⁊ per
ſonaꝝ pluralitatẽ et diuinitatis vnitatẽ demon-
ſtrat. Licet autẽ ſint tres pſone vnus tñ deus eſt.
Q̃d exẽplo viſibili aliquatenus demõſtrare vale-
mus. Et accipiẽs purpurã impatoris tres ibi pli-
cas fecit dicẽs. Ecce videtis tres plicas et expli-
cãs eas ait. Ecce q: tres plice ſunt vnus pannus.
ita tres pſone ſunt vnus de⁹. De hoc aũt q̃d dicit̃
q̃ ex miraculis deus credi nõ debet cũ alij plures
ſancti miracl̃a fecerũt nec tñ ſe deos dixerũt ſicut
xp̃s deũ p hoc ſe aſſerere voluit. Certe de⁹ ſupbiẽ-
tes contra ſe nunq̃ paſſus eſt ſine pena acerrima
preterire. ſicut patet in dathan et abyron: alijſq̧
q̃plurib⁹ Quõ ergo mẽtiri potuit et ſe deũ dicere
q̃d nõ erat cũ eum ſe deũ dicẽtẽ nulla pena ſecuta
fuerit: ſed virtutũ efficacia comitabat̃? Tunc iudi-

ces dixerũt. Cõſtat abiathar a ſilueſtro ſupatum.
Nã et ratio hoc docet. qꝛ ſi deus nõ eſſet et ſe deuꝫ
dixiſſet cõferre vitã mortuis nõ valeret. Tũc illo
amoto ſcḋs qui et ionas dicebat ad cõflictuꝫ acce-
dens ait. Abrahã a deo circũciſionẽ accipiẽs iuſti
ficatus fuit et etiã oẽs filij abrahe ꝑ circũciſionem
iuſtificabant. igit qui nõ fuerit circũciſus: non erit
iuſtificat⁹. Ad quẽ ſilueſter. Conſtat abrahã ante
circũciſionẽ deo placuiſſe. et amicũ dei appellatuꝫ
eſſe. igit non circũciſio ipm ſanctificauit: ſed fides
et iuſticia ipm deo placere fecit. Nõ igit accepit cir
cũciſionẽ in ſignificationẽ ſed in diſtinctionẽ. Jſto
ſuperato tercius q̄ et godolias accedẽs ait. Quo-
mõ xp̄s veſter poteſt eſſe deus: cũ aſſeratis eũ eſſe
natũ tẽptatuꝫ. traditũ. nudatuꝫ. felle potatũ. liga
tuꝫ: ſepultũ cuꝫ hec oïa in deo eſſe nõ poſſunt? Ad
hec ſilueſter. De veſtris libris hec omïa ꝓbamus
de xp̄o fuiſſe p̄dicta. Nam de eius natiuitate dixit
yſayas. Ecce virgo cõcipiet ꝛc. De eius tẽptatiõe
zacharias. Uidi ihesuꝫ ſacerdotẽ magnũ ſtantem
corã angelo et ſathan ſtabat a dextris ei⁹ ꝛc. De
eius traditiõe pſal. Qui edebat panes meos ma-
gnificauit ſup me ſupplãtationẽ ꝛc. De eius nuda
tione idẽ. Diuiſerũt ſibi veſtimẽta mea ꝛc. De ei⁹
fellea potatione idẽ. Dederũt in eſcã meã fel ꝛc.
De eius ligatiõe heſdras. Uinxiſtis me nõ ſicut pa
trẽ qui liberaui vos d̄ terra egipti. clamãtes ante
tribunal iudicis humiliaſtis me: ſuſpẽdentes in li
gno tradidiſtis me. De ei⁹ ſepultura hieremias.
Jn eius ſepultura reuiuiſcẽt mortui. Cũ ergo go-
dolias q̄d reſpõderet nõ haberet data ſentẽcia re
motus eſt. f ¶ Quartus q̄ et annas accedẽs ait.
Ea q̄ de alijs dicta ſunt ſilueſter iſte de ſuo xp̄o p̄-
dicta fuiſſe firmat. Un̄ ſupeſt vt ꝓbet hec de ſuo
xp̄o dicta fuiſſe. Ad quẽ ſilueſter. Dabis ergo aliũ
quẽ virgo cõcepit. q̄ felle ſit cibat⁹. ſpinis corona-
tus. crucifixus mortuus et ſepultus. qui ſurrexit a
mortuis et ad celos aſcẽdit. Tũc cõſtantinus ait.
Si aliũ non dederit ſciat ſe eſſe ſuperatũ. Qui cuꝫ
hoc facere nõ poſſet amouet. Quintus q̄ et doech
ꝓducitur q̄ ait. Si ex ſemine dauid xp̄s ille nat⁹
eſſet et ſanctificatus vt dicitis: ergo baptizari non
debuit vt iterũ ſanctificaret. Ad quẽ ſilueſter. Si-
cut circũciſio in xp̄i circũciſione finẽ accepit. ita no
ſter bapt iſm⁹ in xp̄i baptiſmate iniciũ ſanctificatio
nis habuit. nõ ergo baptiſatus eſt vt ſanctificaret
ſed vt ſanctificaret. Qui cũ taceret ait ꝯſtantinus
Nõ taceret doech ſi haberet ꝯtraria q̄ proferret.
Tũc ſextus q̄ et chuſi ait. Uellem⁹ vt ſilueſter ille
cauſas huius virginalis partus nobis exponeret

Ad quẽ ſilueſter. Terra de qua adã formatus eſt
incorrupta erat et virgo. q̄a nec dũ ſe ad bibẽduꝫ
humanũ ſanguinẽ apuerat. nec maledictionẽ ſpi-
naꝝ accepat. nec hoĩs mortui ſepulturã habebat.
nec ſerpẽti data fuerat ad edẽduꝫ. Oportuit ergo
ex maria virgine nouũ adã fieri. vt ſicut ſerpens
natũ ex virgine vicerat: ſic a nato ex virgĩe vince
ret. Et q̄ ade victor extitit in paradiſo. ipſe tẽpta
tor factus eſt dñi in deſerto. vt qui adã vicerat mã
ducantẽ. vinceret a dño ieiunãte. ¶ Hoc ſuperato
ſeptimus q̄ ꝛ beniamin ait. Quomodo xp̄s veſter
filius dei poteſt eſſe qui a dyabolo tẽptari potuit.
vt modo fame panẽ ex lapidibus facere vrgeret.
modo in tẽpli celſitudinẽ leuaret. modo ad ado-
randũ ipm dyaboluꝫ induceret? Ad q̄d ſilueſter.
Si dyabolus ideo vicit qꝛ ab adam mãducãte eſt
auditus. cõſtat ideo euꝫ fuiſſe ſupatuꝫ q̄a eſt a xp̄o
ieiunãte ꝯtẽptus. Nos autẽ euꝫ nõ inq̄ntum deus
ſed inq̄ntum homo tẽptatum eſſe fatemur. Jdeo
aũt tripliciter eſt tẽptatus. vt a nobis omẽs tẽpta
tiones excluderet. et formã vincendi daret. Sepe
nanq̧ in hoĩe victoriã abſtinentie ſequit tempta-
tio humane glorie. et temptationẽ humane glorie
appetit⁹ dñi et excellentie comitat. ipſe igit a xp̄o
in his vincitur vt vincendi nobis forma donetur.
Jſto ſupato octauus qui et aroel ait. Cõſtat quia
deus ſumme pfectus eſt et nulli⁹ indiget. q̄d ergo
ei opus fuit vt naſceret in xp̄o? Quomõ iteꝝ xp̄m
verbũ appellat? Sed et hoc cõſtat qꝛ deus anteq̄
haberet filiũ pater dici nõ potuit ergo ſi pater xp̄i
poſtea dictus eſt mutabilis fact⁹ eſt. Ad hoc ſilue
ſter. Filius ante tp̄a ex patre eſt genit⁹. vt faceret
que non erãt et in tẽpore eſt natus: vt reficeret q̄
perierãt. Que et ſ. ſolo verbo reficere poterat. tñ
ꝑ paſſionẽ niſi homo fieret redimere nõ valebat.
quia in ſua deitate ad patiẽduꝫ apt⁹ nõ erat. Nec
hoc erat impfectiõis: ſed pfectiõis ſi in ſua nõ erat
deitate paſſibilis. Porro filiuꝫ v̄buꝫ dei dici ex eo
patet q̄a ꝓpheta ait. Eructauit cor meuꝫ v̄buꝫ bo
nuꝫ. De⁹ quoq̧ ſemꝑ pater fuit q̄a ſemꝑ eius fili⁹
extitit. Filius eñ eius eſt verbuꝫ eius ſapiẽtia ei⁹
virtus eius. Jn patre autẽ ſemꝑ fuit verbuꝫ iuxta
illõ. Eructauit cor meũ v̄bũ. Semꝑ ſapiẽtia iuxta
illõ. Ego ex ore altiſſimi ꝓdiui primogenita ante
oẽm creaturã. Semꝑ virt⁹ iuxta illud. Ante oẽs
colles parturij. necdũ fontes aquaꝝ eruperãt ꝛc
Cũ ergo pater nunq̄ fuerit ſine verbo ſapiẽtia ꝛ
virtute: quomõ putas hoc nomẽ ſibi ex pte aduc-
niſſe ¶ Hoc ergo amoto non⁹ qui et iubal dixit.
Cõſtat qꝛ deus ꝯiugia non damnat. nec eis male

dixit: quare ergo de ꝯiugio natū denegatis hūc eē
quē colitis niſi vt obfuſcare ꝯiugia ſtudeatis. Rur
ſuſ quomō tēptat̃ qui potens eſt. patit̃ qui virtus
eſt. moritur qui vita eſt? Deniqꝫ ad hoc cogeris vt
duos filios eſſe dicas. vnū quē pater genuit. alte-
rū quē virgo generauit. Rurſus quō fieri poteſt vt
paciat̃ hō qui aſſumpt⁹ eſt ſine leſione eius a quo
aſſumptus eſt. Ad hoc ſilueſter. Nos xp̄m nō ideo
natū de virgine dicim⁹ vt ꝯiugia cōdēnemus. ſed
cauſas virginei partus rōnabiliter accepramus.
nec hac aſſertiōe obfuſcant̃: ſed ornant̃ ꝯiugia qm̄
hec virgo q̄ xp̄m pepit de ꝯiugio nata eſt. Tēptat̃
autem xp̄s vt oēs tēptationes dyaboli vinceret.
patit̃ vt vniuerſas paſſiones ſubiiceret. moritur
vt mortis iperiū ſubiugaret. Dei quoqꝫ filius vn⁹
in xp̄o eſt: q̄ ſicut eſt vere dei filius iuiſibilis ita vi
ſibilis eſt xp̄s. Eſt ergo inuiſibile hoc qd̄ eſt deus
et eſt viſibile hoc qd̄ eſt homo. Pati vero poſſe ho
minē aſſumptū ſine paſſione eius q̄ aſſumpſit exē-
plo doceri poteſt. Nā purpure regis vtamur exē-
plo. Lana enī fuit et huic lane ſanguis accedens
colorē purpureū prebuit. Cū ergo teneret̃ digitis
et torqueret̃ in filo. qd̄ torquebat̃ hoc qd̄ regie di
gnitatis color eſt: an hoc qd̄ lana extiterat anteq̄
purpura fieret? Lane ergo aſſimilat̃ homo colori
purpuree deus q̄ ſimul in paſſione fuit dū pateret̃
in cruce ſed paſſioni in nullo ſubiacuit. ❡ Decim⁹
qui et thara dixit. Nō michi placet iſtud exemplū
quia ſimul color torquetur cū lana. Cui cum omēs
contradicerent ſilueſter dixit. Accipe ergo aliud
exemplum. Arbor habēs in ſe ſolis ſplendorē cuꝫ
inciditur ictum quidē ſuſcipit. ſplendor autem ab in
ciſione immunis extitit. Sic homie paciēte diuini
tas nulli paſſioni ſubiacuit. H ❡ Undecimus q̄
et ſileon ait. Si de xp̄o tuo pphete iſta vaticinati
ſunt tante irriſionia paſſiōis vt mortis cauſas ſcire
vellem⁹. Et ſilueſter. Eſuriuit xp̄s vt nos refice-
ret. Tēptatus eſt vt nos a tēptationibus libera-
ret. Tentus eſt vt nos a demonū captura redime
ret. Irriſus eſt vt nos ab irriſiōe demonū erueret
Ligatus eſt vt nos a nodo maledictiōis abſolue-
ret Humiliatus eſt vt nos exaltaret. Expoliatus
eſt vt nuditatē prime p̄uaricatiōis indulgētie īdu
mēto tegeret. Spineā coronā accepit vt flores pa
radiſi pditos redonaret. In ligno ſuſpēſus eſt vt
cōcupiſcentiā in ligno genitā dānaret. Felle et ace
to potatus eſt vt hoīem ad terrā fluētē lacte et mel
introduceret. et fontes nobis mellifluos aperiret
Mortalitatē ſuſcepit vt ſuā nobis imortalitatem
donaret. Sepultus eſt vt ſctōꝝ ſepulturas būdice
ret. Surrexit vt mortuis vitā redderet. Aſcendit
in celū vt celi ianuam apiret. Sedet a dextris dei
vt p̄ces credentiū exaudiat. Hec ſilueſtro pſequē
te. vniuerſi tā imperator q̄ iudices et iudei in lau
dem ſilueſtri proruperunt vnanimiter. Tunc indi
gnatus duodecimus q̄ et zambri. indignatiōe ma-
gna dixit. Miror vos ſapiētiſſimos iudices ver-
boꝝ ambagibus credere. ⁊ dei potentiā eſtimare
humana ratione cōcludi. Sed iaꝫ ceſſent verba et
veniamus ad facta. Stultiſſimi nāqꝫ ſunt q̄ cruci-
fixum colūt: cum ego nomē dei oīpotentis ſciam.
cuius virtutē nec ſufferunt ſaxa: nec audire valet
quelibet creatura Et vt me verꝫ dicere ꝓprobetis
thaurus ad me ferociſſimus adducat̃ et dū in ei⁹
aure nomē iſtud inſonuerit. thaurus ilico morief̃.
Ad quē ſilueſter et tu quō hoc nomē non audiens
didiciſti? Zambri dixit. Nō eſt tuū hoc noſcere mi
ſteriuꝫ qui iudeoꝝ inimicus es. Adducit̃ aūt thau
rus ferociſſimus vix a. C. hoībus fortiſſimis trac-
tus. At vbi zambri in aure eius verbū ptulit. ꝯti
nuo thaurus mugiēs oculoſqꝫ eiiciens expirauit.
Oēs igit̃ iudei vehemēter acclamant: et ſilueſtro
inſultāt. Quibus ſilueſter. Nō dei nomen ptulit.
ſed nomē peſſimi demonis noīauit. Deus enī me
us ihūs xp̄s non ſoluꝫ viuētes mortificat. ſed etiā
mortuos viuificat. Nā occidere poſſe et viuificare
nō poſſe: eſt leonū ſerpentū et feraꝝ. Si ergo vult
vt credā q̄ nomē demonis nō fuerit. dicat iterum
et viuificet qd̄ occidit. Nam de eo ſcriptū eſt. Ego
occidā et ego viuere faciā. Qd̄ ſi nō poterit nomē
demonis abſqꝫ dubio noīauit. qui viuēteꝫ occide-
re poteſt: mortuū viuificare nō poteſt. Cunqꝫ zā-
bri ad ſuſcitandū thauꝝ a iudicibus vrgeret̃ dixit
Suſcitet eū ſilueſter in noīe iheſu galilei et oēs in
eū credemus. Nā et ſi pēnis poſſet volare iſtud ta
men non valeret pficere. Omēs igit̃ iudei ſi thau-
rū ſuſcitauerit ſe credituros pmittūt. Tunc ſilue-
ſter orōne facta ad aurē thauri ſe applicans dixit
O nomē maledictiōis ⁊ mortis egredere iuſſu dn̄i
noſtri iheſu xp̄i. i cuius noīe tibi dico. Thaure ſur
ge et ad armētū tuū māſuetus recede. Statim igit̃
thaurus ſurrexit. et cuꝫ omni māſuetudine abiit.
Tunc regina iudei iudices et ceteri omēs cōuerſi
ſunt ad fideꝫ. D ❡ Poſt aliquot vero dies ydo-
loꝝ pōtifices ad iperatorē venerūt dicētes. Sacra-
tiſſime imptor ille draco qui eſt in fouea poſtq̄ fi-
dem xp̄i recepiſtis pluſq̄ trecētos homies quoti-
die interficit flatu ſuo. Cōſulente ſup hoc cōſtanti
no ſilueſtrū rn̄dit. Ego p xp̄i virtutē cuꝫ ab omni
leſione ceſſare faciā. Promittūt pōtifices ſe ſi hoc

facerct credituros. Orāte aūt ſiluestro ſanctus pe
trus ei apparuit dicēſ. Securus ad draconē deſcē
de tu et duo preſbiteri q̄ ſunt tecū. Cumq̨ ad eum
veneris eū taliter alloquaris. Dn̄s noſter iheſus
xp̄s de virgine natus. crucifixus et ſepultus. q̄ re-
ſurrexit et ſedet ad dexterā patris. hic ventur⁹ eſt
iudicare viuos et mortuos. Tu ergo ſathana eum
in hac fouea, dū venerit expecta. Os aūt eius liga
bis filo. ⁊ annulo crucis habēte ſignū de ſup ſigil-
labis. Poſtea ad me ſani et incolumes venietis et
panem quē vobis parauero comedetis. Deſcēdit
itaq̨ ſilueſter cū duobus p̄ſbiteris in foueā p gra
dus. cl. duas ſecū ferēs lāternas. Tūc draconi p̄-
dicta verba dixit. et os ipſius ſtridētis et ſibilātis
vt iuſſus fuerat alligauit. Et aſcendēs inuenit du
os magos qui eos ſecuti fuerāt. vt viderēt ſi vſq̨
ad draconem deſcēderēt ex draconis fetore pene
mortuos et eos ſecū adduxit icolumes atq̨ ſanos
Qui ſtatim cū multitudine infinita conuerſi ſunt
Sicq̨ romanoꝝ populus a duplici morte eſt libe-
ratus ſcꝫ a cultura demonis. ⁊ a veneno draconis
Tandem beatus ſilueſter morti appropinquans
clerum de tribus ammonuit. ſcꝫ vt inter ſe carita-
tem haberent. eccleſias ſuas diligentius guberna
rent. et gregem a luporum morſibus cuſtodirent
Poſt hec in dn̄o feliciter obdormiuit circa annum
domini. cccxx.

## De circumciſione domini noſtri ihe-ſu chriſti. xiii. A



Circumciſionis dn̄ice diem quatuor cele-
brem faciunt et ſolennem. Primum eſt
octaua natiuitatis dn̄i. Scd̄m impoſitio
noui et ſalutiferi nominis. Tercio effuſio
ſanguinis. Quartum ſignaculum circumciſionis.
Primū ergo eſt octaua natiuitatis dn̄i. Si eīn alio
rum ſanctoꝝ octaue ſolennes ſunt. quāto magis
octaua dies ſancti ſanctoꝝ ſolennis erit. Sed nō
videtur ꝙ natiuitas dn̄i debeat habere octauā: q̄r
eius natiuitas tēdebat ad mortē. obit⁹ aūt ſancto
rū ideo octauas habēt: q̄r ipi tūc naſcunt̄ ea natiui
tate que eſt ad vitā eternam. vt poſtea reſurgāt in
corporibus glorioſis. Eadē ratiōe videt̄ ꝙ nō de-
beat habere octauā natiuitas beate virginis. nec
beati iohānis baptiſte. ſimilr̄ nec reſurrectio dn̄i.
q̄a iā facta erat ipa reſurrectio in re. Sed notā
dū ꝙ ſicut dicit p̄poſitiu⁹. ſunt octaue ſuppletiōis
vt eſt octaua natiuitatis dn̄i. in qua ſupplem⁹ q̄d
minus i feſto factū fuerat. ſcꝫ officiū de parturiēte
Vnde etiā in miſſa olim ꝯſueuerat cātari ad hono
rē bt̄e virginis. vultū tuum ⁊c. Itē ſunt octaue ve
neratiōis. vt paſche pēthecoſtes beate virginis.
beati iohānis baptiſte. Itē deuotiōis vt cui⁹ liber
ſancti poſſūt fieri octaue. figuratiōis. vt ſunt octa-
ue inſtitute de ſctis que ſignificāt octauā reſurrec
tionis. B Scd̄m eſt impoſitio noui et ſaluti-
feri noīs hodie eīn impoſitū eſt ei nomē nouū. q̄d
os dn̄i nominauit. Nomē p̄ter q̄d nō eſt aliud ſub
celo i quo oporteat nos ſaluos fieri. Nomē quod
ſcd̄m bern̄. eſt mel i ore. melos i aure. et iubil⁹ in
corde. Nomē q̄d ſicut dicit idē bern̄. inſtar olei lu-
cet predicatū. paſcit recogitatū. lenit ⁊ vngit inuo
catū. Habuit aūt triplex nomen ſicut ex euāge-
lio manifeſtat̄. ſcꝫ filius dei xp̄s et iheſus. Vocat̄
autē filius dei. in quantū eſt de deo deus. Xp̄s in
quātū eſt hō a pſona diuina quantū ad humanam
naturā aſſumpt⁹. Ihūs in q̄tum eſt deus humani
tati vnitus. De hoc triplici noīe dicit bern̄. Vos q̄
in puluere eſtis expergiſcimini et laudate. Ecce
dn̄s venit cū ſalute. Venit cum vnguēto. venit cū
gloria. Neq̨ eīn ſine ſalute iheſus. neq̨ ſine vncti
one xp̄s neq̨ ſine gl'ia venit fili⁹ dei. Siquidē ipe
ſalus ipſe vnctio ipſe gloria. Quātum aūt ad hoc
triplex nomē ante paſſionē perfecte not⁹ nō erat
Nā quantū ad primū ab aliquibus cognoſcebatur
cōiecturaliter ſicut a demonibus q̄ dicebāt ipſū
eſſe filiū dei. Quantū ad ſcd̄m particulariter ab a
liquibus eīn paucis cognoſcebat̄ eſſe xp̄s. Quātū
ad terciū vocaliter: quia quo ad hāc vocē ihūs ſed
non quo ad rationē noīs quod eſt ſalutare. Poſt

# ¶ De circumciſione Domini

reſurrectionē aūt hoc triplex nomē clarificatū eſt. Primū nomē quo ad certitudinē. ſcōm quo ad diffuſionē terciū quo ad noīs rationē. Primū igit nomē eſt filius dei. Et ꝙ hoc nomē ſibi recte cōueniat ſicut dicit hilari⁹ in libro de trinitate. Uere dei filiū vnigenitū dn̄m nr̄m iheſuz xp̄m eſſe mltis modis cognitū eſt. dū de eo teſtat pater. dū de ſe ipe ꝯfitet. duz apl'i predicāt. dū religioſi credūt. dum demones ꝯfitent. dū iudei negant. dū gentiles in paſſiōe cognoſcūt. Idem. Dn̄m deū noſtrū iheſuz xp̄m his modis cognoſcimus. noīe. natiuitate natura. poteſtate ⁊ ꝯfeſſione. Scōm nomē eſt xp̄s qḋ interpretat vnctus. Ipe eñ fuit vnct⁹ oleo leticie ꝑ participib⁹ ſuis. Per hoc aūt qḋ dicit vnctus īſinuat ꝙ ipſe fuit ꝓpheta. pugil ſacerdos. et rex. Iſte eñ quatuor pſone olim cōſueuerāt inūgi. Fuit eñ ꝓpheta in doctrine eruditiōe. pugil ī dyaboli debellatiōe. ſacerdos in patris recōciliatione rex in premiorū retributiōe. Ab hoc ſcōo noīe denominamur: q: a xp̄o dicimur xp̄iani de quo noīe ſic dicit aug⁹. Chriſtian⁹. iuſticie. bonitatis. integritatis. paciētie. caſtitatis. pudicicie. hūanitatis innocētie. pietatis nomē eſt. Et tu iſtud quomō tibi defendis et vēdicas cui de tam plurimis rebus nec pauca ſubſiſtūt? Chriſtianus ille eſt q̄ nō noīe tātū ſed etiā ope eſt. Hec aug⁹.

T ¶ Terciū nomen eſt iheſus hoc aūt nomē iheſus ſcōm bern̄. dicitur cibus. fons: medicina. et lux. Hic autē cibus multiplicē habet effectū. Eſt eñ cib⁹ cōfortatiuus impinguatiu⁹. et roboratiuus. et vegetatiu⁹. De his ſic dicit bern̄. Eſt cibus hoc nomen iheſus. An nō totiens cōfortaris quotiens recordaris? Quid eque mentē cogitātis impinguat? q̄d ita exercitatos reparat ſenſus. virtutes roborat. vegetat bonos mores. atq̧ caſtas fouet affectiones. Scōo dicit fons. Uñ dicit idez bern̄. Iheſus eſt fons vite ſignat⁹ q̄ in quatuor riuos ſe diffundit in plateis Unde. Qui factus eſt nobis ſapiētia. iuſticia. ſanctificatio: ⁊ redēptio. Sapiētia ī ꝑdicatiōe. iuſticia in peccatoꝝ abſolutiōe. ſanctificatio in cōuerſatione vel in cōuerſiōe: redēptio in paſſiōe Hec bern̄. Alibi quoq̧ ſic dicit. Tres riui fluxerunt a iheſu. verbū doloris in quo eſt cōfeſſio. ſanguis aſpſiōis in quo eſt afflictio. aqua emūdatiōis in qua eſt cōpunctio. Tercio eſt medecina. Uñ ſic ait. Eſt etiaz hoc nomē iheſus medicina. Nichil eñ ita ire impetū cohibet. ſupbie tumorem ſedat. ſanat liuoris vulnus. reſtringit luxurie fluxū. extinguit libidis flammā: ſitim tēporat auaricie ac totius decoris fugit pruriginez. Quarto eſt lux. Unde ait. Unde putas in toto orbe tāta et tam ſubita fidei lux niſi de predicato iheſu. Hoc eſt nomē qḋ paulus portabat corā gētibus et regib⁹. tanꝙ lucernā ſuper cādelabrū. Hoc iterū nomē iehſus eſt multe ſuauitatis. Unde bern̄. Si ſcribas nō ſapit michi niſi legero ibi iheſuz Si diſputes ac conferas. non ſapit michi. niſi ſonuerit ibi iheſuz. Itē richard⁹ de ſctō victore. Iheſus nomē dulce. nomen delectabile. nomē cōfortās peccatorē. et beate ſpei. Ergo iheſu eſto michi iheſus. Scōo eſt multe virtuoſitatis Unde petrus rauen̄. Uocabis nomē eius iheſus. Hoc eſt nomē qḋ dedit cecis viſuz. ſurdis auditūz claudis greſſuz. ſermonē mutis. vitā mortuis. totāq̧ dyaboli poteſtatē de obſeſſis corporib⁹. virtus huius noīs effugauit. Tercio eſt multe excellētie et ſublimitatis. Unde bern̄. Nomen ſaluatoris noſtri fratris mei. carnis mee. ſanguinis mei. nomen et ſeculi abſcōditū. ſed in fine ſeculorū reuelatū nomen mirabile. nomē ineffabile. nomē ineſtimabile. immo eo mirabilius quo ineſtimabilius eo magis gratū quo gratuitū. Hoc aūt nomē iheſus īpoſitū eſt ei ab eterno: ab angelo. et a patre putatiuo. ſcʒ a ioſeph. Iheſus eñ ſaluator interꝑtatur. Dicit aūt ſaluator tripliciter. Uel a potētia ſaluādi. vl' ab habitu vel ab actu. Scōm qḋ dicit a potentia ſaluādi cōuenit ei hoc nomen ab eterno. Secundū quod dicitur ab habitu ſaluandi. ſic fuit impoſitū ab angelo et conuenit ei a principio conceptionis. Secundū quod dicit ab actu ſaluādi dicitur impoſitū a ioſeph ratione future paſſionis. Unde gloſa ſup illud. vocabis nomē eius iheſus. dicit. Nomē īpones qḋ ab angelo vel ab eterno impoſitū eſt. Et tangit hic gloſa hanc ꝑdictam triplicem denominationē. Cum eñ dicitur nomē imponēs. tangitur denominatio a ioſeph. cū dicit quod ab angelo vel ab eterno impoſitū eſt tāguntur alie due. Recte igit in die capitis anni cōſtituta a roma capiti mundi. ⁊ inſignita capitali littera alphabeti. xp̄s caput eccleſie circūciditur. nomen ei imponit. et eius natiuitatis octauus dies colit.

D ¶ Terciū eſt effuſio ſanguinis xp̄i. Hodie eniz ſanguinē ſuuz primo pro nobis fundere cepit. qui ipſum poſt modū pluries effundere voluit. Quinq̧ eñ vicibus ſanguinē ſuum pro nobis effudit. Primo in circūciſione. et hec effuſio fuit noſtre redemptiōis inicium. Scōm in oratione. et hec oſtendit noſtre redēptionis deſideriū. Tercio in flagellatione. et hec fuit noſtre redemptionis meritū. q̄a liuore eius ſanati ſumus. Quarto in crucifixione. et hec fuit noſtre redemptiōis precium. tunc enim

# De circumciſione Domini

que non rapuit exoluit. Quinto in lateris apertio
ne. et hec fuit noſtre redemptionis ſacramentum
inde eñ exiuit ſanguis et aqua. qđ figurauit nos
per aquã baptiſmi debere mũdari. qui quidẽ ba-
ptiſmus habiturus erat efficaciaꝫ ſanguine chriſti
¶ Quartũ et vltimũ eſt ſignaculuꝫ circumciſionis
qđ quidem xp̃s hodie accipe dignatus eſt. Uoluit
autem dominus circũcidi ꝓpter multas rationes
Primo ratione ſui. vt verã carnem humanã ſe aſ-
ſumpſiſſe oſtẽderet. Sciebat eñ aliquos futuros
qui dicerẽt ipſum nõ corpus verũ: ſed fantaſticuꝫ
aſſumpſiſſe. Et ideo vt eorũ errorẽ confutaret vo
luit circũcidi: et ſanguinẽ ibi emittere. corpus eñ
fantaſticũ ſanguineꝫ non emittit. Secunda ratio-
ne noſtri: vt nos ſp̃ualiter debere circũcidi mõſtra
ret. Duplex eñ eſt circũciſio ſecunduꝫ bernarduꝫ
que debet fieri a nobis. ſcilicet exterior in carne et
interior in mẽte. Circumciſio exterior conſiſtit in
tribus. ſcꝫ ĩ habitu ne ſit notabilis. in actiõe ne ſit
reprehẽſibilis. et in ſermone ne ſit cõtemptibilis.
Interior aũt ſimiliter in tribus conſiſtit. ſcꝫ in co-
gitatione vt ſit ſancta. in affectione vt ſit pura. in
intẽtione vt ſit recta. hec bern̄. Iterũ ratione no-
ſtri. vt nos ſaluaret. Quẽ admodũ eñ fit cauteri-
um in vno mẽbro vt totuꝫ corpus ſanetur: ſic xp̃s
voluit portare cauteriuꝫ circũciſionis: vt ſic totuꝫ
corpus miſticũ ſaluet. Ad coloceñ. ij. Circũciſi eñ
eſtis circũciſione nõ manufacta in expoliatiõe cor
poris carnis: ſed circũciſione chriſti. gloſa. a vicijs
tanꝗ̃ petra acutiſſima petra eñ erat xp̃s. i. chor.
iiij. Et exodi. iiij. Tulit ilico ſephora acutiſſimaꝫ
petrã ꝛ circũcidit carnẽ preputij filij ſui circũciſiõe
ꝛc. Dupliciter exponit̃ ſcđm glo. Primo modo ſic
Circũciſi inꝗ̃ eſtis circumciſione non manufacta
id eſt humano opere: ſed diuino. id eſt circũciſione
ſpirituali: que quideꝫ circũciſio fit in expoliatione
corporis carnis. hoc eſt depoſitiõe carnalis homi
nis. id eſt viciorum et deſideriorũ carnaliuꝫ ſcđm
quod caro accipit̃. i. chorin. viij. Caro et ſanguis
regnũ celorũ poſſidere non poſſunt ꝛc. Eſtis inꝗ̃
circumciſi circumciſione nõ manufacta: ſed circũ-
ciſione ſpirituali. Secundo modo ſic. Circumciſi
inꝗ̃ eſtis in chriſto et hoc circumciſione non ma-
nufacta. id eſt circumciſione legali. que quidẽ ma-
nufacta ſiue legalis fit in expoliatiõe corporis car
nis id eſt corporis quod eſt caro ſcilicet cutis car-
nis que in circumciſione legali aufertur. Nõ eſtis
inꝗ̃ circumciſi iſta circumciſione. ſed circumciſio-
ne chriſti id eſt ſpirituali in qua omnia vicia ampu
tata ſunt. Unde ad ro. ij. Nõ eñ qui in manifeſto
iudeus eſt. neqꝫ qui in manifeſto in carne eſt circũ
ciſio: ſed qui in abſcõdito iudeus eſt et circumciſio
cordis. in ſpiritu non littera: cuius laus eſt non ex
hominibus. ſed ex deo. Circumciſi eſtis circũciſio
ne non manufacta in expoliatiõe corporis carnis
ſed circumciſione chriſti. ¶ Tercio ratione iudeo-
rum vt in excuſabiles eſſent. Si enim circumciſus
non fuiſſet potuiſſent ſe iudei excuſare et dicere.
ideo te nõ recipimus: quia diſſimilis es patribus
noſtris ¶ Quarto ratione demonuꝫ: ne ſcilicet in-
carnationis miſterium cognoſcerent. Cum enim
circumciſio fieret contra originale peccatum cre-
didit dyabolus et hunc qui circumcidebatur ſimi-
liter peccatorẽ eſſe qui circumciſionis remedio in-
digeret. Propter eandem cauſaꝫ voluit vt mater
ſua virgo perpetua eſſet deſpõſata ¶ Quinto ra-
tione ꝑfecte iuſticie adimplẽde. Sicut eñ bapti-
ſari voluit vt perfecte iuſticiã id eſt perfectam hu-
militatem que eſt ſubdere ſe minori impleret: ſic
etiam voluit circumcidi vt eandem nobis humili-
tatem oſtenderet: duꝫ autor et dominus legis vo
luit ſe ſubdere legi. ¶ Sexto ratione legis moſay
ce approbãde que erat bona et ſancta et complẽ-
da quia nõ venerat legem ſoluere ſed adimplere
Roma. xv. Dico eñ iheſum xp̃m miniſtrum fuiſſe
circumciſionis: ꝓpter veritateꝫ dei ꝛc. Quare aũt
circumciſio octaua die fiebat. multiplex poteſt ra-
tio aſſignari. Prima ſumitur penes intellectũ hy-
ſtoricum ſiue litteraleꝫ. Nã ſicut dicit rabi moyſes
maximus philoſophus et theologus licet iudeus
puer in ſeptẽ diebus tãte adhuc teneritudinis eſt
quante eſt adhuc in vtero matris exiſtẽs: in octa-
ua autẽ die fortificat̃ et ſolidatur. et ideo vt dicit
noluit dñs paruulos ante octauum diem circumci
di ne ob nimiam teneritudinem nimium lederent̃
Ultra octauũ vero dieꝫ ipſaꝫ circumciſionẽ noluit
prolongari ꝓpter tres cauſas quas philoſophus
idem aſſignat. Prima vt periculũ euitatur: ne ſcꝫ
ſi nimium differret̃ ſine circumciſione eos mori cõ
tingeret. Secũda vt dolori paruuloruꝫ prouideat̃
cum eñ in circumciſiõe maximus dolor ſit. voluit
eos dñs circumcidi dum paruam adhuc ymagina
tionem haberent. vt minorem ſibi dolorem ſenti-
rent. Tercio vt parentũ triſticie conſuletur. Nam
cum ex circumciſione pleriqꝫ paruuli morerẽtur ſi
circumciſi fuiſſent iam magni et ex hoc mortui. ma
ior dolor fuiſſet parentibus ꝗ̃ ſi morerentur octo
dies tantũ habentes ¶ Secunda ratio ſumit̃ pe-
nes intellectũ anagogicum ſiue celeſteꝫ. Ideo eñ
octaua die fiebat. vt daretur intelligi ꝗ̃ in octaua

# De circumciſione Domini

reſurrectiõis ab oĩ pena et miſeria circũcidemur.
Et ſcd̃ꝫ hos octo dies erũt octo etates. Prima ab
adam vſqꝫ ad noe. ſecũda a noe vſqꝫ ad abrabam
tercia ab abrahã vſqꝫ ad moyſen. quarta a moyſe
vſqꝫ ad dauid. quinta a dauid vſqꝫ ad xp̃m. ſexta
a chriſto vſqꝫ ad finẽ mũdi. ſeptima morientium.
octaua reſurgentium. Uel per octo dies intelligũ
tur octo que in eterna vita poſſidebimus que enu
merat auguſtinus dicens. Quid aliud eſt ego ero
illorum deus niſi ero eis vnde ſatientur? Ero que
cunqꝫ honeſte deſiderant. ſcꝫ vita ſalus: victus. co
pia. gloria: honor. pax. et omne bonũ. Uel aliter.
Per ſeptẽ dies intelligit homo conſtans ex corpo
re ⁊ anima. Quatuor eñ dies ſunt quatuor elemẽ
ta ex quibus corpus cõſiſtit. et tres dies ſunt tres
potentie que ſunt in anima. ſcilicet cõcupiſcibilis.
iraſcibilis. et rationabilis. Homo igit qui nunc ha
bet ſeptem dies. quãdo vnitati eterne incõmuta-
bilitatis coniunget tunc octo dies habebit. et in il
lo octauo die ab omni pena. et etiã culpa circumci
det. ¶ Tercia ratio ſumit penes intellectũ tropo
logicum ſiue moralem. Et ſcd̃m hoc octo dies di-
uerſimode poſſunt accipi. Prim⁹ poteſt eſſe pecca
ti cognitio. p̃s. Quoniã iniquitatem meã ego co-
gnoſco ꝛc. Scd̃s propoſitum deſerendi malum et
faciendi bonũ. qd̃ notatur in filio ꝓdigo qui dixit
Surgam et ibo a patrẽ meũ. Tercius pudor de
peccato. Unde apoſtolus. Quem fructũ habuiſtis
tunc in illis in quib⁹ nunc erubeſcatis? Quartus ti-
mor de futuro iudicio. Job. Quaſi tumẽtes ſuper
me fluctus timui deum ꝛc. Heronimus. Siue co-
medam ſiue bibam: ſiue aliud aliquid faciã. ſemꝑ
videt michi illa vox in auribus meis ſonare. Sur
gite mortui et venite ad iudicium. Quintus cõtri-
cio. Unde. Jhere. Luctum vnigeniti fac tibi ꝛc.
Sextus cõfeſſio. Pſal. Dixi confitebor aduerſum
me iniuſticiã meã dño ꝛc. Septimus ſpes venie.
Nam et ſi iudas peccatum ſuum cõfeſſus fuerit: tñ
non in ſpe venie. et ideo nõ eſt miſericordiam con
ſecutus. Octauus ſatiſfactio et in hac die hõ ſpiri
tualiter circumcidit nõ ſolum ab culpa ſed etiã ab
omni pena. Uel duo primi dies ſunt dolor de ꝑpe-
tratione peccati. et deſiderium emẽdandi. Alij duo
confiteri mala q̃ fecimus. et bona que obmiſimus
Alij quatuor ſunt oratio: lachrimarꝫ effuſio corpo
ris afflictio. elemoſinarum largitio. Uel octo dies
poſſunt eſſe octo quorꝫ diligens conſideratio oẽꝫ
voluntatẽ peccãdi a nobis circumcidit. ita vt qui
vnum diligenter cõſiderauerit vnam magnã die
tam faciet. Quorꝫ ſeptem enumerat berñ. dicens

Septem ſunt de eſſentia hominis que ſi homo cõ
ſideraret in eternuꝫ nõ peccaret. ſcꝫ materia vilis
operatio turpis. exit⁹ flebilis. ſtat⁹ inſtabilis. mors
triſtabilis. diſſolutio miſerabilis. et damnatio de
teſtabilis. Et octauũ poteſt eſſe cõſideratio glorie
ineffabilis ¶ Quarta ratio ſumit penes intellectũ
allegoricum. ſiue ſpiritualem: et ſcd̃m hoc quinqꝫ
dies erunt quinqꝫ libri moyſi: in quibus continet
lex. duo erunt prophete et pſalmi. octauus dies
erit doctrina euangelica. Sed in ſeptem primis
diebus nõ fiebat ꝑfecta circũciſio. Jn octauo autẽ
perfecta circũciſio fit ab omni culpa: ⁊ ab omni pe
na. nunc in ſpe: ſed tandẽ in re. E ¶ Quare aũt
data fuerit circũciſio ſex ſunt cauſe. que notant in
his verſibus. Cauteriũ: ſignum: meritum: medici-
na. figura. Exemplum fuit olim circumciſio dura.
De carne aũt circũciſiõis dñi dicitur ꝙ angelus eã
karolo magno attulit. et ipſe eam aquiſgrani in
eccleſia ſancte marie honorifice collocauit. karo-
lus vero illã poſtea fert caroſium trãſtuliſſe. Nũc
aũt dicit eſſe rome ĩ eccleſia q̃ dicit ſancta ſanctorꝫ
Unde et ibidem ſcriptũ legitur. Circumciſa caro
xp̃i ſandalia clara. Ac vmbilici viget hic preciſio
cara. Unde et ea die fit ſtatio ad ſancta ſanctorum
Sed ſi hoc verum eſt valde vtique mirabile eſt.
Cum enim caro ipſa ſit de veritate humane natu
re credimus ꝙ reſurgente chriſto redijt ad locum
ſuum glorificatum. Aliqui dixerunt ꝙ hoc verum
ſit iuxta opinionem illorum qui dicunt ſolum eſſe
de veritate humane nature. quod ab adam tradu
ctum eſt et illud ſolum reſurgere. ꝛc. ¶ Notandũ
ꝙ olim a paganis et gentilibus in his kalendis
multe ſuperſtitiones obſeruabantur. quas ſancti
etiã a chriſtianis vix extirpare potuerũt: quas au
guſtinus in quodam ſermone cõmemorat. Credẽ
tes eñ vt dicit ianum ducem quendam deum eſſe
eum in his kalendis plurimũ venerabantur. et ei
duas facies figurabant. vnã poſt ſe: et aliã ante ſe
quia erat termin⁹ anni p̃teriti. et principiũ ſequẽ
tis. Rurſus in his kalẽdis formas mõſtruoſas aſ-
ſumebant. alij veſtiẽtes ſe pellibus pecudũ. alij
aſſumentes capita beſtiarũ et quo indicabãt non
tam habitum ſe beluinum habere ꝙ̃ ſenſum. Alij
tunicis mulieribus veſtiebant. non erubeſcentes
inſerere tunicis mulieribus militares lacertos.
Alij ita auguria obſeruabãt: vt focũ de domo ſua
vel aliud quodcunqꝫ beneficiũ cuilibet petẽti non
tribuerent Dyabolicas etiã ſtrenas: et ab alijs ac
cipiunt: et alijs tradũt. Alij in nocte mẽſas laute
preparãt: et ſic tota nocte manere ſinunt credẽtes

ꝙ per totū annū conuiuia in tali ſibi abūdātia pſe uerent. Et ſubdit aug⁹. Qui de paganoꝝ cōſuetu dine aliqd obſeruare voluerit. timendū eſt ne nomen chriſtianoꝝ ei ꝓdeſſe nō poſſit. Qui etiā ſtul tis hominibus ludētibus aliquā humanitatē impē derit petis coꝝ participē ſe eſſe nō dubitet. Uobis aūt fratres nō ſufficiat ꝙ hoc malū nō facitis: ſed vbicunq₃ fieri videritis arguite: corripite et caſti gate. Hec Auguſtinus.

## De epyphania dñi. xiiii. A



Epyphania domini quadruplici decoratur miraculo. ⁊ ideo quadruplici vocabulo nū cupatur. Hodie enim magus xp̄m adorat. iohannes chriſtum baptizat. aquaꝫ in vinū chriſtus mutat. et quinq₃ milia hominū de quinq₃ panibus ſaciat. Cum eñ iheſus eſſet tredecim die rum magi ad eum ſtella duce venerūt. Et inde di citur epyphania ab epi qd̄ eſt ſupra. ⁊ phanos qd̄ eſt apparitio: qa tunc deſuꝑ ſtella apparuit. ſiue ipſe xp̄s per ſtellaꝫ que deſuper viſa eſt magis ve rus deus demōſtratus eſt. Eadem die reuolutis vigintinouē annis: cū iam annū triceſimū attigiſ ſet: quia habebat vigintinouē annos et tredecim dies. erat eñ incipiēs quaſi annoꝝ triginta vt di cit lucas. vel ſcd̄m bedā habebat triginta plenos quod et romanā eccleſiā tenere aſſerit: tunc inquā in iordane baptiſatus eſt. Et hoc vocaꝭ theophania. a theos qd̄ eſt de⁹ ⁊ phanos qd̄ eſt apparitio quia tunc deus trinitas apparuit. pater in voce fi lius in carne: ſpūſſanctus in columbe ſpecie. Ipſo iterū die. reuoluto vno anno cūꝫ eſſet triginta vel trigintaunius annoꝝ et tredecim dierum aquam in vinū mutauit. Et ob hoc vocaꝭ bethphania a beth qd̄ eſt dom⁹: qa in miraculo facto in domo verus deus apparuit. Ipſo ſimiliter die reuoluto anno cū eſſet annoꝝ trigintaunius vel trigintaduoꝝ ⁊ quinq₃ milia hominū de quinq₃ panibus ſaciauit ſicut dicit beda. et ſicut dicitꝭ in illo hymno. qui in multis eccleſijs cantaꝭ et ſic incipit. Illuminās al tiſſimus ⁊c. Et ob hoc vocaꝭ phagiphania a phage qd̄ et bucca ſiue manducare. De hoc autē quarto miraculo vtrum hac die contigerit dubitatur. tum quia in originali bede nō ſic expreſſe legitur. tum quia iohānis ſexto. vbi de hoc miraculo agiꝭ. dicitur. Erat aūt proximum paſcha ⁊c. Iſta ergo quadruplex apparitio iſta die facta eſt. Prima fac ta eſt per ſtellā in ꝑſepio. Scd̄a per vocem patris in iordanis fluuio. Tercia per mutationē aque in vinū in cōuiuio. Quarta ꝑ multiplicationē panū in deſerto. Prima autē apparitio precipue hodie celebratur. et ideo eius hiſtoriā ꝓſequamur. B Nato eñ dño tres magi iheroſolimam venerunt quoꝝ nomina in hebreo ſunt appellius. amerius damaſc⁹ grece galgalat. magalath. ſarachin. Lati ne caſpar balthaſar melchior. Cuiuſmodi aūt ma gi fuerint hi. triplex erat ſentēcia. ſecūdum quod magus tripliciter dicitꝭ. Magus eñ dicitur illuſor maleficus et ſapiens. Dicunt ergo quidam hos re ges ab effectu dictos eſſe magos. id eſt illuſores: ex eo ſcilicet ꝙ herodē illuſerunt: quia ad eum nō redierunt. Unde et dicitur de herode. Uidens ꝙ illuſus eſſet a magis ⁊c. Magus iterū dicitur ma leficus. Unde malefici ꝓharaonis dicuntur magi. Et indē dicit Criſoſto. hos magos vocatos. Dicit enim iſtos fuiſſe maleficos ſed poſtea conuerſos. Quibus dominus voluit natiuitatem ſuaꝫ reuela re et eos ad ſe reducere: vt per hoc peccatoribus venie ſpem preberet. Iterum magus idē eſt quod ſapiēs. Nam perſice magus hebraice ſcriba. grece philoſophus. latine ſapiēs dicitur. Dicunꭓ er go magi id eſt ſapiētes. Unde et magi quaſi in ſa pientia magni. Uenerūt ergo hi tres ſapientes et reges cum magno comitatu iheroſolimaꝫ. Sed queritur quare magi iheroſolimam venerunt. cūꝫ ibi dominus natus non ſit. Super hoc aſſignat re migius quatuor rationes. Prima quoniā magi tē pus natiuitatis chriſti agnouerūt: ſed locum igno rauerunt. Quia autē iheruſalem erat ciuitas rega lis et ibi erat ſummū ſacerdotiū ſuſpicati ſunt ꝙ tā egregi⁹ puer nō niſi in regia ciuitate deberet naſci

Secunda vt citius natiuitatis locū diſcere potuiſ-
ſent cum ibi ſapientes legis et ſcribe reſiderent.
Tercia vt iudei inexcuſabiles manerēt. Potuiſſēt
eñ dicere. Nos quidem natiuitatis locū cognoui
mus. tēpus autē ignorauimus. et ideo nō credidi
mus. Magi ergo oſtēderūt iudeis tēpus et iudei
magis locū. Quarta vt ſicut ſtudio magoꝝ ↄdem
naret pigricia iudeoꝝ. Nā illi vno ꝓphete credi-
derūt: iſti pluribꝰ credere noluerūt. Jlli querūt re
gem alienū: iſti nō querūt ꝓpriū. Jlli venerūt de
lōginquo: iſti māſerūt in vicino. Jſti reges fuerūt
ſucceſſores balaā. et ad viſionē ſtelle venerūt pro
pter illā prophetiā patris ſui. orietᷓ ſtella ex iacob
et exurget homo de iſrael ꝛc. ¶ Aliā cauſam
vnde iſti moti ſunt ad veniendū ponit Criſoſto.
in originali ſup matheū aſſerens quoſdā dicere ꝙ
quidam ſecretorū inſpectores elegerūt de ſeipis
duodecim. et ſi quis moriebatᷓ: filius eiꝰ aut aliqs
ꝓpinquoꝝ in eius locū ſubſtituebatur. Hij ergo
per ſingulos annos poſt menſem aſcendebāt ſup
montē victorialem. et tribus diebꝰ ibidē morētes
ſe lauabāt: et orabant deū vt eis illam ſtellā quā
balaam ꝑdixerat oſtēderet. Quadā igitur vice ſcꝫ
in die natalis domini dū ſic ibidē manerent ſtella
quedā ad eos ſup montem venit. que habebat for
mam pulcherrimi pueri. ſup cuius caput crux ſplē
debat. que magos allocuta eſt dicēs. Jte velocius
in terrā iuda. et ibidē regem quem queritis natū
inuenietis. Tūc illi cōtinuo venire ceperunt. Sed
quomō in tam paruo tēpore ſcilicꝫ in tredecim die
bus per tanta terraꝝ ſpacia venire potuerūt. ſcꝫ
ab oriente vſqꝫ in iheruſalem. que in medio mun-
di dicitur eſſe ſita. ¶ Dicendū eſt ſcōm remigium
qm̄ talis puer ad quē ꝓperabāt eos i tā breui ſpa
cio perducere potuit. Uel poterit dici ſcōm ihero-
nimū ꝙ ſup dromedarios venerunt. q̄ ſunt aīalia
velociſſima qui tantū currunt vno die: quantum
equus in tribꝰ. Unde dicitᷓ dromedariꝰ. a dromos
quod eſt curſus. et ares quod eſt virtus. Cū ergo
iheroſolimā veniſſent: interrogauerunt dicentes.
Ubi eſt qui natus eſt rex iudeoꝝ? Non interroga-
uerunt an natus ſit quia hoc credebāt: ſed querūt
vbi natus ſit. Et quaſi aliquis interrogaſſet eos
vnde ſcitis hunc regē natū eſſe? reſpōderunt. Ui-
dimus ſtellam eius in oriēte ꝛ venimꝰ adorare eū
Hoc eſt nos exiſtentes in oriēte: vidimus ſtellam
eius id eſt eius natiuitatis oſtēſiuā: vidimus inqꝫ
ſuper iudeā poſitam. Uel nos exiſtentes in noſtra
regione vidimus ſtellā eius in oriēte. id eſt in oriē
tali parte. Hijs verbis ſicut dicit remigius in ori-
ginali. verum hominē et verū regem. ꝛ verū deū
confeſſi ſunt. Uerū hominē cum dixerunt. Ubi eſt
qui natus eſt? Uerū regem cū aiunt. Rex iudeoꝝ.
Uerū deū cum ſubiungunt. Uenimꝰ adorare eū.
Preceptū eñ fuit vt nullus niſi ſolus deus adora-
retur. Sed herodes hoc audiēs turbatꝰ eſt et oīs
iheroſolima cū illo. Triplici de cauſa rex turbatꝰ
eſt. Primo ne iudei regem natum tanquam ſuum
reciperent. et ſe tanquā alienigenā expellerent.
Unde Criſoſtomus. Sicut ramū arboris in excel
ſo poſitū leuis etiā aura mouet: ſic et ſublimes ho
mines in culmine dignitatū exiſtentes. leuis etiā
fama cōturbat. Secūdo ne a romanis culpari poſ
ſet. ſi aliquis ibi rex vocaretᷓ quē auguſtus non cō
ſtituiſſet. Sic eñ ordinauerant romani. vt nullus
deus vel rex ſine ſui licentia et imperio diceretur
Tercio quoniā ſicut dicit gregorius celi rege nato
rex terre turbatus eſt: quia nimirū altitudo terre
na confunditᷓ dum celſitudo celeſtis aperitᷓ. Omis
etiam iheroſolima cum illo turbata eſt triplici de
cauſa. Primo quia impij gaudere nequeunt de ad
uētu iuſti. Secūdo vt regi turbato adularentᷓ per
hoc ꝙ ſe ſimiliter turbatos oſtenderēt. Tercio q̄a
ſicut ſeſe ventis cōcutientibus vnda concutitur: ſic
et regibus adinuicē certantibus populus cōturba
tur: et ideo ex hoc timuerunt: ne ſcilicet preſenti et
venturo rege adinuicē certantibus ipſi perturba
tiōibus inuoluerentᷓ. Hec ratio eſt criſoſtomi. ¶
Tunc herodes omnes ſacerdotes et ſcribas cōuo
cans: ſciſcitabatᷓ ab eis vbi chriſtus naſceretᷓ. Cū
aūt ab eis didiciſſet ꝙ in bethleē iude: vocatis ad
ſe clam magis diligenter ab eis didicit tēpus ſtel-
le vt videlicet ſciret quid faceret ſi ad ſe magi non
redirent. Dixitqꝫ eis vt inuento puero ei renūcia-
rent: ſimulans ſe velle adorare quē volebat occi-
dere. ¶ Et nota ꝙ cum magi iheroſolimā ingreſſi
fuiſſent ſtelle ducatū amiſerunt: et hoc ꝓpter tres
rationes. Prima vt de loco natiuitatis xp̄i quere
re cogerentᷓ. vt ſic de ipſius ortu certificarētur tā-
per ſtelle apparitionē. q̄ꝫ ꝑ ꝓphetie aſſertionē ſi
cut et factū eſt. Secūda quoniā auxiliū querētes
humanū iuſte perdere meruerunt diuinū. Tercia
quoniā ſigna infidelibus data ſunt ſcōm apoſto-
lū: ſed ꝓphetia fidelibus: et ideo ſignū datū iſtis
dū adhuc eſſent infideles nō debuit apparere dū
eſſent inter iudeos fideles. Hec triplex ratio tan-
gitur in gloſa. Cum autem iheruſalem egreſſi fuiſ
ſent ſtella antecedebat eos: vſqꝫ dum veniens ſta
ret ſupra vbi puer erat. ¶ De hac ſtella cuiuſmo-
di fuerit tres ſunt opiniones. quas ponit remigiꝰ

in originali. Quidã dicunt fuiſſe ſpiritũſanctuꝫ. vt
ille qui poſtmoduꝫ deſcendit ſup dñm baptiſatum
in ſpecie columbe. apparuit etiaꝫ magis in ſpecie
ſtelle. Alij vt criſoſto. dicunt ꝙ fuerit angelus. vt
ipſe q̃ appꝑuit paſtoribus. apparuerit etiã magis
Sed ipſis paſtoribus iudeis tanꝙ ratiõe vtẽtibꝰ
apparuit in forma rationali. gẽtilibus vero tanꝙ
irrationalibus. in ſpecie irrationali. Alij qđ ve-
rius creditur ꝙ fuerit ſtella de nouo creata. que
peracto ſuo miſterio redijt in preiacentẽ materiã
Jſta autẽ ſtella ſcđm ꝙ dicit fulgẽtius differrebat
ab alijs in tribus. ſcꝫ in ſitu. quia non erat locali-
ter ſita in firmamẽto: ſed pẽdebat ĩ meditullio ae-
ris ꝓximo terre. Jn fulgore q: ceteris erat ſplẽdi
dior. qđ inde patet quia ſplẽdorẽ eius nõ poterat
ſplẽdor ſolis obfuſcare. immo in meridie lucidiſſi-
ma apparebat. Jn motu q: p̃cedebat magos mo-
re viatoris. nõ eñ mouebaẗ motu circlari. ſed qua
ſi motu animali et ꝓceſſiuo. ❡ Alie tres differen-
tie tanguntẗ in glo. mathei. ij. que incipit ſic. Hec
ſtella dñice natiuitatis ꝛc. Prima origine q: alie
in mũdi principio ſunt facte hec modo. Secũda in
officio quia alie facte ſunt vt ſint in ſigna ꝛ tẽpora
vt diciẗ geneſis primo. hec autem vt magis viam
p̃beret. Tercia in duratione q: alie ſunt perpetue
hec cõpleto officio ſuo redijt in materiã preiacẽtẽ
❡ Cum autẽ ſtellã vidiſſent gauiſi ſunt gaudio
magno valde. Notãdũ ꝙ quĩtuplex eſt ſtella quã
magi viderunt. ſcꝫ ſtella materialis. ſtella ſpũalis
ſtella intellectualis. ſtella rationalis. et ſtella ſup
ſubſtantialis. Primã ſcꝫ materialem viderunt in
oriente. ſecundam ſcꝫ ſpiritualem que eſt fides.
viderũt in corde. Niſi eñ hec ſtella ſcꝫ fides ĩ eoꝝ
corde radiaſſet: nequaꝙ ad viſionem prime ſtelle
veniſſent. Habuerunt eñ fidem de eius humani-
tate cũ dixerũt. Ubi eſt q̃ natus eſt? Et de eius re-
gali dignitate. cũ dixerũt. Rex iudeoꝝ. Et de eiꝰ
deitate. cũ dixerũt. Uenimꝰ adorare eum. Terciã
ſcꝫ intellectualeꝫ q̃ eſt angelus viderũt in ſomno
quando per angelũ ſunt moniti ne redirent ad he
rodem. licet ſcđm quandã gloſaꝫ nõ angelus: ſed
ipſe dñs eos admonuerit. Quartã ſcꝫ rationalem
q̃ fuit beata virgo viderũt in diuerſorio. Quintaꝫ
ſcilicet ſuperſubſtantialeꝫ que fuit xp̃s viderũt in
p̃ſepio. Et de hac duplici diciẗ. Jntrãtes domũ in
uenerunt pueruꝫ cum maria matre eiꝰ. Quelibet
autẽ iſtaruꝫ diciẗ ſtella. De prima pſal. Lunam et
ſtellas que tu fundaſti. De ſcđa eccleſiaſtici. xliij.
Species celi id eſt celeſtis hominis. gloria ſtellaꝝ
id eſt virtutũ. De tercia baruch. iij. Stelle aũt de
derunt lumen in cuſtodijs ſuis vocate ſunt ꝛc. De
quarta. Aue maris ſtella. De quinta apocalipſis
vltĩo. Ego ſuꝫ radix et genꝰ dauid ſtella ſplẽdida
et matutina. Propter viſionẽ prime et ſcđe ſtelle
magi gauiſi ſunt. ꝓpter viſionẽ tercie ſtelle gaui-
ſi ſunt gaudio. ꝓpter viſionẽ quarte gauiſi ſunt
gaudio magno. ꝓpter viſionẽ quĩte ſtelle gauiſi
ſunt gaudio magno valde. Uł ſicut dicit glo. Jlle
gaudet gaudio q̃ de deo gaudet qui eſt veruꝫ gau
diuꝫ. et addit magno: quia eo nichil eſt maiꝰ et val
de quia de magno poteſt alius plus. alius minus
gaudere. Uel per hoꝝ verboꝝ exaggerationeꝫ
voluit oſtẽdere euangeliſta ꝙ homines plus gau
dent de rebus ꝑditis. et iterũ inuentis q̃ de ſemꝑ
poſſeſſis. ❡ Tuncꝙ domunculam intraſſent et
puerum cũ matre inueniſſent flexis genibus ei ſin
guli hec munera obtulerunt. ſcꝫ aurũ. thus et mir-
ram. Hic exclamat augꝰ. dicẽs. O ſtupenda infan
tia cui et aſtra ſubduntẗ. Cuius eſt ille magnitudi
nis et ſupne glorie: ad cuius pãnos et angeli excu-
bant: et ſydera obſecundãt: et reges trepidant. et
ſectatores ſapiẽtie geniculant? O beatuꝫ tuguriuꝫ
O ſedes dei ſcđa poſt celum vbi non lucerna lucet
ſed ſtella. O celeſte palaciũ in quo habitat nõ rex
gẽmatus ſed deus incorporatus. cui erãt ꝓ molli-
bus thoris dura p̃ſepia: ꝓ laqaribꝰ aureis fuligi
nis culminis tecta: ſed ſyderis obſequio decorata
Stupeo cum video pãnos et intueor celos: eſtuo
cum aſpicio in preſepio mendicum: et ſuper aſtra
preclarũ. Jtem berñ. Quid facitis o magi: quid fa
citis? Lactentẽ puerum adoratis in tugurio vili.
in vilibus pãnis. Ergo ne deꝰ eſt iſte? Quid faci-
tis ꝙ auruꝫ offertis? Ergo rex eſt iſte. Et vbi aula
regia. vbi thronꝰ. vbi curie regalis frequẽtia? Nũ
quid aula eſt ſtabuluꝫ. thronus preſepiũ. curie fre
quẽtia ioſeph et maria? Jſti inſipientes facti ſunt
vt fierent ſapientes. De hoc etiam ſic dicit hilariꝰ
in libro. ij. de trinitate. Parit virgo ſꝫ partꝰ a deo
eſt. Jnfans vagit laudantes angeli audiuntur.
Panni ſordent: deus adoratur. Jtaꝙ poteſtatis
dignitas non amittitur dũ carnis humilitas ꝓdi-
caẗ. Ecce quõ in xp̃o puero nõ tm̃ fuerũt humilia
et infirma: ſed etiã diuinitatis ſublimia et excelſa.
De hoc iterũ dicit Hieronimꝰ ſup ep̃laꝫ ad hebre
os. Reſpicis cunas xp̃i vide pariter et celũ. Uagiẽ
tem in p̃ſepio intueris infantẽ: ſed angelos ſimul
auſculta laudãtes: herodes pſequiẗ. ſed adorant
magi. Jgnorant phariſei: ſed ſtella demonſtrat.
Baptizatur a ſeruo: ſed vox dei de ſup tonantis
audiẗ. Aquis immergiẗ. ſed colũba deſcẽdit in eo

ſpiritus ſanctus in colūba. G Quare aūt magi
huiuſmodi munera obtulerunt: multiplex ratio
eſt. Prima quoniā traditio antiquoꝝ fuit: vt dicit
remigius: vt nullus ad deū vel a regē vacuus in⸗
troiret. pſe aūt et chaldei talia munera ↄſueuerāt
offerre. Iſti aūt vt dicit in hiſtoria ſcolaſtica. vene
rūt de finibus pſaꝝ et chaldeoꝝ: vbi eſt fluuius ſa
ba a quo et ſabea dicit regio. Scḋa q̄ eſt bern̄ q̄m
beate virgini aurū obtulerūt ꝓpter inopie ſuble
uationē. thus ꝓpter ſtabuli fetorē. mirrā ꝓpter
mēbroꝝ pueri cōſolidationē. et maloꝝ vermium
expulſionē. Tercia q̄m aurū ad tributū. thus ad
ſacrificiū. mirra ad ſepulturā ꝑtinet mortuorum.
Per hec tria ergo in xp̄o intimat regia poteſtas.
diuina maieſtas: et humana mortalitas. Quarta
q̄m aurū ſignificat dilectionē. thus orōnē. mirra
carnis mortificationē. Et hec tria xp̄o debem⁹ of⸗
ferre. Quinta q̄m ꝑ hec tria ſignificant tria q̄ erāt
in xp̄o. ſcȝ diuinitas p̄cioſiſſima. aīa deuotiſſima.
et caro integra et incorrupta. Hec tria ſignificabā
tur ꝑ illa tria q̄ erant in archa. Nā virga q̄ floruit
caro xp̄i q̄ ſurrexit pſal. Et refloruit caro mea ꝛc.
Tabule vbi erant ſcripta p̄cepta. aīa in qua ſunt
oēs theſauri ſciētie et ſapiētie dei abſcōditi. Mā
na. deitas q̄ habet omnē ſaporē et oēm ſuauitatē
Per aurū ergo qḋ eſt p̄cioſius oībus metallis in⸗
telligit diuinitas p̄cioſiſſima. Per thus aīa deuo
tiſſima q: thus ſignificat deuotionē et orationem
pſal. Dirigat oratio mea ꝛc. Per mirrā q̄ ↄſeruat
a corruptione caro incorrupta. Admoniti aūt ma
gi in ſomnis ne redirēt ad herodē: ꝑ aliā viā re⸗
uerſi ſunt in regionē ſuā. Ecce quomō magi ꝓfe
cerunt. Nā ſtella duce venerūt. per hoīes imo per
ꝓphetiā edocti fuerūt. angelo duce redierūt. ꝛ in
xp̄o quieuerūt. Horū corpora mediolani in eccl'ia
que nūc eſt fratrū ordinis noſtri. ſcȝ fratrū predica
torum quieſcebant. ſed nunc colonie requieſcunt.
Nam coꝝ corpora primo ꝑ helenā cōſtantini ma⸗
trem rapta in cōſtantinopolim trāſlata. poſtea ꝑ
ſanctū euſtorgiū ep̄m mediolanū tranſlata. Sed
ꝑ henricū imperatorē poſtq̄ mediolanū poſſedit.
in coloniā ſup renū fluuiū ſunt delata. vbi in ma⸗
gna reuerētia et ppl'i deuotione choruſcāt.

## De ſctō Paulo heremita xv A

PAulus primus heremita: vt teſtat hieroni
mus q̄ eius vitā conſcripſit: feruente decij
ꝑſecutiōe heremū vaſtiſſimā adijt. ibiq; in
quadā ſpelunca. lx. annis hoīb9 incognitus per⸗
manſit. Iſte aūt decius dicit fuiſſe galienus q̄ fuit
binomius: q̄ cepit anno dn̄i. cclvi. Videns eīn ſctūs



paulus xp̄ianis tot tormētoꝝ genera irrogari in
heremū aufugit. Et ſiquidē tēpore duo iuuenes
xp̄iani cōprehēdunt. quoꝝ vnus toto corꝑe melle
perungit. et ſub ardore ſolis aculeis muſcarum et
ſcabronū et veſparū lacerādus exponit. Alter ve
ro molliſſimo lecto imponit et in loco ameniſſimo
collocat. vbi aeris erat tēperies. riuorū ſonitus.
cantus auiū. et florū olfactus. funibus tn̄ floreis
coloribus obtectis. ſic iuuenis cingitur vt manib⁹
vel pedib⁹ ſe iuuare nō poſſet. Adeſt quedā iuuē⸗
cula corꝑe pulcherrima et impudica. ac impudice
tractat iuuenē dei amore repletum. Cum aūt ille
in carne motus cōtrarios rationi ſenſiſſet non ha
bens arma q̄bus ab hoſte ſe eruat linguā ꝓpriā
dētibus ſuis incidit et in faciē impudice expuit. et
ſic tēptationē dolor fugauit et trophēū laude di⸗
gnū ꝓmeruit. Hoꝝ et alioꝝ penis ſanctus pau⸗
lus territus heremū perijt. B Eo tēpore cū
anthonius primū ſe inter monachos heremicolā
cogitaret in ſomnis aliū ſe multo meliorē heremū
incolere edocet. Qui dū ꝑ ſiluas inquireret. obuiū
habuit ypocētauꝝ hoiem equo mixtū. q̄ ei viā
dextrā demonſtrauit. Poſtmodū obuiam habuit
aīal ferens fructus palmaꝝ ſupra ymaginē hoīs
inſignitū. deorſū vero capre formā habēs. Qui
dū ip̄m per deū cōiuraret. vt ſibi diceret q̄d eſſet.
reſpōdit ſe eſſe ſatirū deū ſiluarū. ſcḋm errorē gē⸗
tilium. Poſtremo obuiauit ei lupus qui eū ad cel
laȝ ſancti pauli ꝑduxit. Paulus aūt anthoniū pre
ſentiēs hoſtiū ſera clauſit. Anthoni⁹ vero rogat

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

vt ſibi aperiat: aſſerēs ſe nunꝙ inde receſſurū ſed ibi potius moriturū. Victus paulus ei aperuit: ſtatimqꝫ ambo in amplexus ruunt. Cumqꝫ hora prādij adeſſet coruus duplicatā panis partē attulit Cumqꝫ de hoc anthonius miraret̄ reſpōdit paulꝰ ꝙ deus ſibi omni die taliter miniſtrabat. et p̄rebēdā ꝓpter hoſpitē duplicauerat. Pia lis orit̄ quis magis dignus eſſet panē diuidere. Defert paulꝰ hoſpiti. ⁊ anthonius ſeniori. Tandē vterqꝫ manū apponūt: in equas partes panem diuidunt. Cū aūt anthonius rediēs iam celle ſue appropinquaret: vidit angelos pauli animā deferētes. Qui velociter rediēs inuenit corpus pauli flexis genibꝰ in modū orātis erectū: ita vt ipſum viuere eſtimaret. Sed cū ipſum mortuū didiciſſet ait. O ſancta anima quod gerebas in vita in morte monſtraſti. Cum autē nō haberet vnde ſepulturam faceret ecce duo leones aduenerūt: et foueam parauerūt ſepultoqꝫ eo ad ſiluā redierunt. Anthonius autē tunicam pauli ex palmis cōtextam aſſumpſit: qua poſtmodum in ſolennitatibus vtebat̄. Obijt aūt circa annum domini. cclxxxvij.

## De ſancto Remigio vxi. A



Remigius dictus a remi quod eſt paſcens. et geos quod eſt terra: quaſi paſcens terrenos doctrina. Vel remigius dicitur a remi qđ eſt paſtor: et gyon qđ eſt luctatio: quaſi paſtor et luctator. Pauit enī gregē ſuū verbo p̄dicationis: exemplo cōuerſationis. ſuffragio orationis. Et etiam triplex genus armorū: ſcꝫ defenſionis vt ſcutū: pugnationis vt gladiorū: munitionis vt lorica ſiue galea. Luctus eſt igit̄ contra dyabolū ſcuto fidei. gladio verbo dei: et galea ſpei. Eius vitā igmarus remenſis archiep̄s ſcripſit. B

Remigius doctor egregius. et confeſſor dn̄i glorioſus a quodam heremita naſci taliter eſt preuiſus. Cum enī vuandalorū perſecutio totam franciā deuaſtaſſet. quidā recluſus vir ſanctus qui lumen oculorū amiſerat ꝓ pace eccleſie gallicana. crebris orationibꝰ dominū exorabat Et ecce angelus dn̄i in viſu ei aſtitit eiqꝫ dixit. Scito ꝙ mulier illa nomine cilina filiū nomine remigium generabit qui gentem ſuam a malorum incurſibus liberabit. Cumqꝫ euigilaſſet. ſtatim ad domum ciline venit: et quod viderat enarrauit. Cumqꝫ illa nō crederet. eo ꝙ anus iā eſſet: ille reſpondit. Scias ꝙ cū puerū ablactaueris oculos meos de lacte tuo perūges: et cōtinuo michi viſū reſtitues. Cumqꝫ per ordinē hec omia cōtigiſſent remigius mundū fugit et recluſoriū intrauit. Creſcente aūt eius fama cū eſſet vigintiduorū annorū ab omni populo archiepiſcopꝰ remēſis eſt electꝰ Tante aūt manſuetudinis fuit ꝙ etiam ad mēſā eius paſſeres veniebant. et de manu eius reliqas ciborū comedebant. Quodā tēpore cum in domo cuiuſdā matrone hoſpitatus fuiſſet. ⁊ illa modicū vini haberet: remigius cellariū introiuit. ⁊ ſup doliū crucē fecit. Cumqꝫ ibidē oraſſet mox deſuper vinū egredit̄ ita ꝙ per mediū cellariū fundebatur Cum autē clodoueus rex frācie tunc tēporis gētilis eſſet nec ab vxore ſua xp̄ianiſſima ↄuerti poſſē vidēs ꝙ infinitus exercitus almanorū ſuper ſe veniſſet dn̄o deo quē vxor ſua colebat votū vouit ꝙ ſi de alemanis ſibi victoriam cōcederet mox fidē xp̄i reciperet. Quod cū fuiſſet ad libitū cōſecutus beatū remigiū adijt ⁊ ſe baptiſari popoſcit. Cūqꝫ ad fontem baptiſmatis adueniſſent: nec ibidem ſacrū criſma haberent ecce colūba quedā ampullam cum criſmate in roſtro detulit. de quo regem pontifex liniuit. Hec autē ampulla ī remenſi eccleſia conſeruat̄ et inde vſqꝫ hodie reges francie inunguntur. C Poſt longū tēpus cū genebaldus vir prouidus neptē beati remigij in vxorē haberet et ſe religiōis cauſa mutuo abſoluiſſent predictū genebaldū beatus remegius laudunenſem ep̄m ordinauit. At genebaldus cum vxorem ſuā cauſa inſtruēdi ad ſe ſepiꝰ venire ꝑmitteret ex frequēti colloquio animus eius in cōcupiſcentiā inflammat̄. et vſqꝫ in peccatū ſecū prolabit̄. Que cōcipiēs et filium pariēs. hoc ep̄o intimauit. Et ille

cōfuſus ad eam remādauit dicēs. Quoniam puer de latrocinio acquiſitꝰ eſt volo vt latro vocet. Ne aūt ſuſpicio aliqua oriret. vxorem ſuā ſicut prius ad ſe venire ꝑmiſit. Uerūtamen poſt primi peccati fletū. ſecū ruit iterū in peccatū. Que cum filiam peperiſſet: et hoc epiſcopo retuliſſet ille reſpōdit. Illam filiā vulpeculā nominare. Tandē ad ſe reuerſus beatū remigiū adijt: et ad pedes ſuos ꝓiciens ſtolā de collo ſuo deponere voluit. Qd cum ſanctus remigiꝰ ꝓhibuiſſet: ⁊ ab eo quid accidiſſet audiuiſſet blande eum cōſolans ipm in quadā cellula parua ꝑ ſeptē annos recluſit: et ipſe interim eius eccleſiā gubernauit. Septimo igit anno cum in cena dñi in oratione ꝑſiſteret: angelus dñi eidē aſtitit: et peccatū ſuū ſibi dimiſſum ꝓhibuit. ac vt foras exire debeat imꝑauit. Cui cū reſpōdiſſet nō poſſum: qm̄ dominus meus remigius hoſtiū hoc clauſit et ſigillo ſuo muniuit: angelus ait. Ecce vt ſcias tibi celū aptum eſſe: hoc etiā hoſtiū ſaluo ſigillo nunc aperiet. Statimqꝫ vt dixerat eſt aptuꝫ Tunc genebaldus iactās ſe in mediū hoſtij in modum crucis ait. Etiā ſi dñs meꝰ ihesus xp̄s ad me veniret huc: hinc nō egrediar niſi dñs meus remigius huc veniat qui me recluſit. Tūc ſanctus remigius ad āmonitionē angeli laudunū venit. et ipꝫ in locū ſuū reſtituit. Qui vſqꝫ ad obitū ſuū in ſanctis operibus ꝑſeuerauit. et latro filius eius i epiſcopatu eidē ſucceſſit qui etiā ſanctus fuit. Tandem ſanctus remigiꝰ multis clarꝰ virtutibꝰ in pace quieuit: circa annū dñi quingētiſimū. eodē die celebratur natalis ſancti hilarij pictauoꝝ vrbis epi.

## De ſancto Hilario xvii A



Hilarius dictus eſt quaſi hilaris: quia in ſeruitute dei valde hilaris fuit. Uel dicitur hilarius: quaſi alarius ab altꝰ. et ares virtus: quia fuit altus in ſciētia et virtuoſus in vita. Ul; hilariꝰ dicit ab ile qd eſt materia quaſi primordialis materia q̄ obſcura fuit: et ipſe in dictis ſuis magnā habet obſcuritatē ⁊ profunditatem B

Hilarius pictauorū vrbis epiſcopꝰ regiōis aquitanie oriūdus: quaſi lucifer refulgēs inter aſtra ꝓceſſit. Hic vxorē primitꝰ habēs et filiā in laicali habitu monaſticā vitam ducebat. Tandē in vita et ſcientia ꝓficiens in epm̄ eſt electus. Cum igit beatus hilarius non ſolū ciuitatem ſuā. ſed totā franciā ab hereticis defenſaret ad ſuggeſtionē duoꝝ epiſcopoꝝ qui ab hereſi fuerāt deprauati. ab imꝑatore qui hereticoꝝ fautor erat. cū beato euſebio vircelleñ. epo eſt in exiliū relegatꝰ. Deniqꝫ cū vbiqꝫ arriana hereſis pullularet: et ab imperatore licentia data eſſet vt omnes epiſcopi cōuenirēt. et de veritate fidei diſputarēt cū ſanctꝰ hilarius aduenīſſet ad petitionē dictoꝝ epiſcoporū q̄ eius loquētiā ferre nō poterāt pictauiā ire cōpellit. Cum autem ad inſulam gallinariā que tota erat plena ſerpentibꝰ appropinquaſſet. et in ipſā deſcendiſſet. omnes ſerpētes ex ſui viſione fugerunt. et in medio inſule palū fixit. nec amplius libertas data eſt illis occupare quod vetuit tanq̄ pars inſule nō ſit terra ſed pelagus Cū ergo pictauis eſſet. quēdā infātē ſine baptiſmo defunctū ſuis orationibꝰ ad vitam reſtituit: Nam tam diu iacuit in puluere donec pariter ſurgerent ſenex de oratione. et infans de morte Cū autē filia eius apia maritū vellet accipere. hilariꝰ pater eius ei predicauit. et i ſacre virginitatis propoſito confirmauit Quam dum ille firmā conſiderās et ne aliquādo flecteretur formidans dñm inſtātiꝰ exorauit vt eā ad ſe reciperet nec vltra viuere ꝑmitteret. Qd ⁊ factū eſt. Nā poſt paucos dies ad dñm migrauit quā ipſe ꝓprijs manibus ſepeliuit. Qd mater beate apie cōſiderans epm̄ rogauit vt ſibi qd et filie impetraret. Qd et fecit ⁊ ipā oratione ſua ad regnū ꝑmiſit. L Eo tpe Leo papa hereticoꝝ ꝑfidia deprauatus oīm epoꝝ ꝯſiliū cōuocauit. Quibus ꝯuocatis hylarius nō vocatus aduenit Quod audiens papa p̄cepit ne aliquis ſibi aſſurgeret nec aliquē locū daret. Cū ergo igreſſꝰ fuiſſet dixit ad eū papa. Tu es hylarius gallus. Et ille. Nō ſum gallus: ſed de gallia id eſt non ſū de gallia natus. ſed de gallia epiſcopus. Cui papa. et ſi tu es hilarius de gallia Et ego ſum Leo

romane ſedis apl'icus ⁊ iudex. Cui hylarius. Et ſi ſis leo non tamē de tribu iuda ⁊ ſi iudicans reſides ſed nō in ſede maieſtatis. Tūc papa cū indignatione ſurrexit dicens. Modicū pſtolare donec redeam ⁊ tibi qđ mereris reddā. Cui hylarius. Si nō redieris quis michi ꝓ te rñſurus erit. Et ille. Concitus redibo ⁊ tuaȝ ſupbiam hūiliabo. Cum ergo papa ad ſecreta ſue nature iuiſſet diſſēteria perijt ⁊ oīa inteſtina ibidem ꝓijciēs miſerabiliter vitam finiuit. Interea videns hilarius ꝙ nullus ſibi aſſurgeret patienter ferens in terram ſe poſuit dicens. Domini eſt terra. Statimqȝ nutu dei terra quam inſiderat ſurſum ſe extulit: et vſqȝ ad equalitatē aliorū epiſcoporū ſe leuauit. Cum igitur papa miſerabiliter nunciaretur defunctus. aſſurgens hilarius omēs epiſcopos in fide catholica cōfirmauit: et cōfirmatos ad ꝓpria remiſit. Hoc aūt miraculū de morte leonis pape dubitationem habet. tum quia hiſtoria eccleſiaſtica vel tripartita nichil de hoc loquitur. tum quia aliquē papā talis nominis tunc fuiſſe: cronica nō teſtatur: tum quia hieronimus dicit ꝙ ſancta romana eccl'ia ſemꝑ immaculata ꝑmanſit. ⁊ in futuro ꝑmanebit ſine vlla hereticoꝝ inſultatiōe. Poſſet tamē dici ꝙ tūc erat aliquis papa ſic vocatus non quidē canonice electus: ſed tirannice intruſus. Vel forte liberius papa qui cōſtantino heretico fauebat alio noīe dict' eſt leo. ¶ Tandē multis miraculis ꝑpetratis. cum beatus hilarius infirmatus obitū ſuū imminere cognoſceret: leonciū preſbiterū quem maxime diligebat ad ſe vocauit. et nocte imminente vt foras exeat admonuit. et ſi quid audiret vt renūciet imperauit. Ille iuſſa cōplens voces adhuc ciuitatis tumultuātis ſe audiſſe reuertēs expoſuit. et cū circa eū vigilaret finē eius expectans: media nocte iterū iubet exire: et quid audiret iacenti referret. Qui cum ſe nichil audiſſe renunciaſſet: mox nimia claritas quam etiam predictus pſbiter ſufferre nō poterat ad eum intrauit. et ſic paulatim recedēte lumine ad dñm migrauit. Floruit autem circa annum domini. cccxl. ſub cōſtantino. Feſtū huius ſancti eſt in octaua epyphanie. Cum duo mercatores maſſam cere cōmuniter haberent et vnus altero renitente eam ad altare ſancti hilarij obtuliſſet: ſtatim per mediū diuiſa pars vna ſibi remanſit: reliqua renitenti deuenit.

## De ſancto Machario. xviii A

Macharius dicit a macha qđ eſt ingeniū et ares virtus. Vel dicitur a macha qđ eſt ꝑcuſſio ⁊ rio magiſter. Fuit eñ ingenioſus cōtra demonis fallaciā: virtuoſus quantū ad vitā ꝑcuſſis in domatiōe corporis: magiſter in regimine plationis. Vel macharius id eſt beatus. B



Macharius abbas deſcēdit ꝑ vaſtitateȝ deſerti: et intrauit dormire ī monumēto vbi ſepulta erant corpora paganoꝝ. et extraxit vnū corpus ſub caput ſuū tanꝗ͂ plumaciū. Demones aūt volētes eū terrere: vocabāt quaſi vnā mulierē dicētes. Surge veni nobiſcū ad balneū. Et alter demon ſub ipſo tanꝗ͂ ex mortuo illo dicebat. Peregrinū quendaȝ habeo ſuper me nō poſſum venire. Ille aūt non expauit: ſed tōdebat corpus illud dicēs. Surge et vade ſi potes. Et audiētes demones fugerūt voce magna clamantes. Viciſti nos dñe. Dum aliquando abbas macharius a palude ad cellā ſuam ꝓteriret: occurrit ei dyabolus cum falce meſſoria. et volēs eum cuȝ falce percutere non potuit. Et dixit ei. Multam violenciā patior a te machari: quia non poſſum ꝓualere aduerſum te. ecce eñ quicquid tu facis et ego facio. Ieiunas tu: et ego penit' nō comedo. Vigilas tu et ego omnino non dormio. Unū eſt ſolūmodo in quo me ſuperas. Et dixit abbas. Qđ eſt illud? Cui ille humilitas tua ꝑ quam non preualeo aduerſuȝ te. ¶ Dum tēptationes ipm nimiū moleſtarent. ſurgens et magnū ſaccū arene humeris ſuis imponens diebus multis ſic ꝑ deſertū ibat. Quē theoſebius inueniēs dixit. Abbas cur tm̄ onus portas Et ille. Vexo vexantē me. Abbas macharius vidit ſathanam trāſeuntē in habitu hoīs. et hab

tem veſtimentū lineū laceratū: et ꝑ oīa foramina depēdebant ampulle. et dixit ei. Quo vadis? Cui ille. Vado pocionare fratres. Cui machariꝰ. Quare tot ampullas portas? Reſpōdit. Guſtū fratribꝰ porto et ſi vnū alicui nō placebit: offerā aliud: vel terciū. et ſic ꝑ ordinē: vt aliqđ placeat. Et cū rediret dixit ei machariꝰ. Quid feciſti? Reſpōdit. Oēs ſanctificati ſunt et nemo michi acquieuit. niſi vnꝰ qui vocat theociſtꝰ. Surgēs aūt macharius illuc iuit et fratrē tēptatū inueniēs ſua cū exortatione conuertit. ¶ Poſt hec iterū eū machariꝰ inueniēs dixit. Quo vadis? Cui ille. Ad fratres vado. Reuertēti occurrit ſenex et dixit. Quid faciūt fratres illi? Cui dyabolus. Male. Et dixit. Quare? Quia oēs ſancti ſunt et qđ eſt maius maluꝫ: vnum queꝫ habebā amiſit: et oībus ſanctior factꝰ eſt. Audiēs hoc ſenex. gratias egit deo. ¶ Quodā die macharius caput defuncti repperit: et dū oraſſet interrogauit illud cuius caput fuerit. Et reſpōdit ſe fuiſſe paganum. Et dixit ei macharius. Ubi eſt aīa tua? Reſpondit. In inferno. Cūqꝫ requireret ſi multū in profundo eſſet. Reſpōdit ꝙ tm̄ in ꝓfundo erat ꝗntum diſtaret terra a celo. Cui macharius. Sunt ne aliqui te ꝓfundiores? Reſpōdit. Etiam iudei. Cui iterū ille. Et vltra iudeos ſunt ne aliqui profundiores? Cui ille. Profundiores oībus ſunt falſi xpiani qui xpi ſanguine redēpti tantū preciū paruipenderūt. C ¶ Dū per quendā ſolitudinē profundiſſimam pergeret: ad quolibet miliare arūdinem figebat: vt poſtmodū redire ſciret. Sed dum iam nouem dietas feciſſet: et in quodā loco quieſceret: dyabolus omēs arūdines collegit. et ad caput eius poſuit. Unde ad redeundū plurimū laborauit. ¶ Frater quidā plurimū cogitationibus ſuis moleſtabatur: ꝙ ſcilicet in cella ſua inutiliter eſſet ſed ſi inter homīes habitaret multis prodeſſe poſſet. Qui cum cogitationes ſuas machario retuliſſet ille ait. Fili ſic illis reſponde. Hoc ſaltem facio quia propter chriſtū parietes iſtius celle cuſtodio ¶ Dum quendam culicē ſe pungētem manu occidiſſet: et multū de illo ſanguinis emanaſſet: reprehendēs ſe ꝙ ꝓpriā vindicaſſet iniuriā. nudus ſex menſibus in deſerto manſit. et inde a ſcabronibꝰ totus laceratus exiuit. Poſt hec multis clarus virtutibus in pace quieuit.

## ¶ De ſancto Felice xix A

Felix prenomine in pincis dicit. vel a loco in quo requieſcit: vel a ſubulis quibus paſſus ꝓhibetur: nā pinca ſubula dicit. Aiunt eum ꝙ cū magiſter puerorū extiterit: et eis nimiū



rigidus fuerit. tentꝰ a paganis cū chriſtum libere confiteret. traditꝰ fuit in manibꝰ puerorū quos ipſe docuerat: qui eū cum ſtilis et ſubulis occiderunt. Eccleſia tamen tenere videt ꝙ non martir extitit ſed cōfeſſor. Hic cū ad quodcūqꝫ ydolū ducebat vt ei ſacrificaret. in illud exſufflabat. et continuo corruebat. ¶ Legit aūt in quadam alia legēda. ꝙ dū maximꝰ nolanus eps. ꝑſecutionē fugiens fame et gelu affectus ſolo corruiſſet. felix ab angelo ad eū mittitur. et cū nichil ibi cibi haberet. de ſente ꝓxima pendentē vidit racemū. de quo in os eius expreſſit: vinuꝫ humeriſqꝫ impoſitum ſecum detulit. Ipſo igitur defuncto felix in epm eligit. Qui poſt dum ꝑdicaret: et ꝑſecutores eū quereret inter parietes dirutos ꝑ modicū aditū ſe occultauit. Statiqꝫ nutu dei per aditū illum telas aranee texuerant. Quas dū ꝑſecutores conſpiciūt: neminē illuc eſſe putantes abſcedūt. ¶ Inde autē alium locū ſanctus felix pergēs a quadaꝫ vidua per tres menſes alimēta ſuſcepit: nunꝗ tamen eius faciē vidit. Tādem pace reddita ad eccleſiam ſuam rediit: et ibi in pace requieuit: ſepultus iuxta vrbem in loco qui dicit pincis. ¶ Huic et alius erat frater qui felix ſimiliter dicebat. Cumqꝫ etiam ipſe ydola adorare cogeret dixit. Inimici eſtis deorū veſtrorū: quia ſi me ad illos duxeritis: in eos ſicut frater meꝰ exſufflabo et corruent. B ¶ Excolebat aūt ſanctus felix ortū. Quidā vero olera eius rapere cupiētes dum furtum ſe facere cogitabant: tota nocte ortū diligētius excolebant. Mane aūt a ſancto felice

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

ſalutati peccatum ſuum confitentes ad propria redierunt. Uenientes autē gentiles vt ſanctū felicē tenerent: manus eorum dolor nimius apprehendit. Qui dum vlularent dixit eis. Dicite. Xps eſt deus. et continuo dolor vos dimittet. Quibus dicentibus ſanati ſunt. ¶ Pontifex ydolorū ad eū venit dicens. Domine ecce deus meus vt te veniē tem vidit: continuo fugam arripuit. Cui cum diceret quare fugis? ait. Uirtutem huius felicis ferre non poſſum. Si ergo deus meus ita te timet q̄to magis ego timere te debeo. Quem cū felix in fide inſtruxiſſet: baptizari ſe fecit. Adorantibus appollinem dixit felix. Si vere deus appollo eſt dicat michi quid eſt quod in manu nunc clauſū teneo? Habebat aūt in manu cedulam in qua oratio dominica erat ſcripta. Quo nihil reſpondente gentiles conuerſi ſunt. Tandē miſſa celebrata: et populo data pace: in pauimentū in oratione ſe proijciens. migrauit ad dominum.

## ¶ De ſancto Marcello. xx. A



Marcellus dictus eſt quaſi arcens malum a ſe. Uel dicitur marcellus quaſi maria percellens. id eſt mūdanas aduerſitates percutiens et conculcans. Aſſimulatur enim mundus mari: q: ſicut dicit. Criſo. ſup mathe. Jn mari eſt ſonus cōfuſus: timor cōtinuus: ymago mortis. vndarū cōtentio infatigabilis. incōſtantia iugis.

Marcellus cū rome ſummus pōtifex eſſet et maximianum imperatorē de nimia in chriſtianos ſeuicia increparet: et in quadā domo cuiuſdā matrone in eccleſiā ꝯſecrata miſſaz ageret. iratus imperator domū illā fecit ſtabulū iumentorum. et eūdē marcellū ibidē ad ſeruiciū cū cuſtodia aīalium deputauit. in quo ſeruitio poſt multos annos in dño requieuit. circa annos dñi. cclxxvij.

## ¶ De ſancto Anthonio. xxi. A



Anthonius dicit ab ana quod eſt ſurſum: et tenens: quaſi ſuperna tenens: et mūdana deſpiciēs. Deſpexit aūt mundū quia immundus inquietus tranſitorius deceptiuus et amarus De hoc dicit aug⁹. O mūde immūde quid perſtrepis: q̄d aduertere nos conaris? tenere nos vis fugiens: quid faceres ſi maneres quē non deciperes dulcis qui amarus dulcia alimenta mētiris. Eius vitam anaſtaſius ſcripſit.

Anthonius cū viginti eſſet annorum. et audiret legi in eccl'ia: ſi vis perfectus eſſe vade et vende oīa que habes et da pauperibus oīa ſua vendens pauperibus erogauit et heremiticam vitā duxit. Hic innumerabilia demonum tēptamenta ſuſtinuit. ¶ Quadā vice dum ſpiritum fornicatiōis virtute dei ſupaſſet dyabolus ī ſpecie pueri nigri ante eum pſtratus apparuit: et ſe ab eo victuz cōfeſſus eſt. Nam et hoc pcibus impetrauit vt videret fornicationis demonem iuuenib⁹ inſidiantē. Quē cū in predicta forma vidiſſet dixit. Uiliſſima mihi apparuiſti ſpecie te vltra nō timebo Alia vice dum in quodā tumulo latitaret multitudo demonū euz adeo lacerauit: q̄ miniſter ei⁹ quaſi mortuū eum proprijs humeris aſportaret. Cūq;

eum oēs qui conuenerāt quaſi mortuū ploraſſent
dolētibus cūctis ſubito anthoni⁹ reuiuiſcit: et a mi
niſtro ad p̄dictū tumulū ſe iterū portari fecit. Qui
cū ibi ex dolore vulnerū pſtrat⁹ iaceret. ex virtu-
te animi ad cōflictū demones excitabat. Tūc illi in
formis varijs ferarū apparuerūt: et cū iterū denti
bus cornibus et vnguibus crudeliſſime lacerauer-
runt. Tūc ſubito ſplēdor mirabilis ibi apparuit: et
demones cūctos fugauit. Anthonius aūt cōtinuo
ſanatus eſt ibiq; xp̄m adeſſe intelligens ait. Ubi
eras bone ihesu: vbi eras. quare a p̄ncipio nō fui-
ſti hic vt me adiuuares: et vulnera mea ſanares?
Cui dn̄s. Anthoni hic erā: ſed expectabam videre
certamē tuū. Nunc aūt q: viriliter dimicaſti: i toto
orbe te faciā noīari. ❡ Tāti aūt feruoris erat q cū
maximian⁹ impator xp̄ianos occideret ipſe marti
res ſequebat: vt cū eis martir fieri mereret: et ve-
hementer triſtabat eo q ſibi martiriū nō daretur
❡ Cū aūt in alterū heremū pgeret: argen-
teū diſcū reperit: et intra ſe ſic dicere cepit. Unde
hic argēteus diſcus: vbi hoīm veſtigia nulla vidē
tur? Si enī viatori cecidiſſet: vtiq; pre ſui magnitu
dine latere nō poſſet. Hoc dyabole artificiū tuum
eſt: voluntatē tū meā nunq̄ poteris immutare.
Et hoc dicēs: diſcus vt fum⁹ euanuit. Poſtmodū
ingētē maſſā puri auri reperit: ſꝫ vt icēdiū aurū
fugit. Sicq; ad montē fugiēs. xx. annis ibi pmāſit
innumeris coruſcās miraculis. ❡ Quadā vice dū
in ſpiritu rapt⁹ eſſet totū mūdū laqueis ſe inuicē
cōnectētibus plenū vidit. Qui exclamās ait. O q̄s
iſtos euadet laqueos? Et audiuit. Humilitas. Ali
quando dū ab angelis in aere eleuaret. aſſunt de
mones. et eius trāſitū pbibēt: peccata eius ab ex
ordio natiuitatis eius obijciētes. Quibus angeli
Nō debetis illa narrare q̄ xp̄i iam pietate ſunt de
leta. Si qua aūt ſcitis ex quo fact⁹ eſt monachus.
illa pferte. Et cū in pbatiōe deficerent: liber an-
thonius in ſublime tollit: et liber deponit. ❡ D
Narrat anthonius de ſe dicēs. Uidi aliquādo dya
bolū celſum corpore: q ſe dei virtutē: et prouiden-
tiam auſus eſt dicere. et ait. Quid vis vt a me tibi
detur anthoni? At ego ſputa in os eius congemi-
nās: totū me in eum xp̄i noīe armatus ingeſſi: et
ſtatim euanuit. ❡ Hic dyabolus aliqn̄ in tanta p
ceritate apparuit: q celū capite tāgere videretur.
Quē cū anthonius q̄s eſſet interrogaſſet: et ipſe
ſe ſathanā eſſe dixiſſet. addidit ſathanas. Cur me
ſic impugnāt monachi: et maledicūt xp̄iani? Cui
anthonius. Juſte hoc faciūt: q̄a tuis ſepe inſidijs
moleſtant: et ille. Ego eas nequaq̄ moleſto: ſed
ipſi inuicē ſe conturbāt. Ego enī ad nichilū ſum re
dactus. quia iam in cunctis partibus regnat xp̄s.
❡ Quidā ſagittarius beatū anthoniū gaudentē
cū fratribus quadam vice cōſpexit: et ei diſplicuit.
Cui anthoni⁹. Pone ſagittā in arcū et trahe. Qđ
et fecit. Cumq; ſcđo et tercio hoc fieri mandaſſet
dixit ſagittarius. Tm̄ trahere potero: q de eius
fractiōe dolebo. Cui anthonius. Sic eſt in ope dei
qm̄ ſi ſupra menſurā tēdere vellemus: citius fran
geremur. Expedit ergo rigorē aliquādo relaxari
Hoc audiēs ille edificatus receſſit. ❡ E Inter
rogauit quidā anthoniū dicēs. Quid cuſtodiens
placebo deo? Et reſpōdens dixit. Quocūq; vadis
ſemp deū pre oculis tuis habeas. In his q̄ agis
teſtimoniū ſacrarū ſcripturarū adhibeas. In quo
cunq; loco ſederis nō inde cito recedas. Hec tria
cuſtodi et ſaluus eris. ❡ Abbas quidā interroga
uit anthoniū dicēs. Quid faciā? Cui anthonius.
Non cōfidas in tua iuſticia. Uētris et lingue ſit ti-
bi continentia. Et ne peniteaſ de re tranſacta.
Dixit iterū anthoni⁹. Sicut piſces ſi in ſicco tarda-
uerint moriunt: ita et monachi extra cellā tardan
tes: aut cū viris ſecularibus immorātes: a quietis
pposito reſoluunt. Iterum dixit anthonius. Qui
ſedet in ſolitudīe et quieſcit a tribus bellis eripit
ſcꝫ auditus: locutionis: et viſus: et cōtra vnū tantū
modo pugnā habebit: ſcꝫ cordis. ❡ F Quidam
fratres cū quodā ſene ad abbatē anthoniū viſi-
tandū ierunt. Dixitq; anthonius fratribus. Bo-
num comitē habuiſtis ſenē hunc. Deīde dixit ſeni
bonos fratres īueniſti tecū abba. Cui ille. Bonos
quidē inueni: ſed habitatio eorū nō habet ianuam
Quicūq; enī vult intrat in ſtabulū: et ſoluit aſinū
Hoc aūt dicebat qm̄ omīa que erāt in corde eorū
ſtatim erāt in ore. Dixit abbas anthonius. Scire
cōuenit qm̄ ſunt tres motus corporales. Un⁹ qui-
dem nature. alius ex ciborū plenitudine. tercius
ex demone. Frater quidā renūtiauerat ſeculo: ſed
non plene: quia quedā adhuc ſibi retinebat. Cui
anthonius. Uade et eme carnes. Qui vadēs emit
carnes. et portās eas dū veniret lacerabant eum
canes. Cui anthonius. Qui renuntiant ſeculo: et
volunt habere pecunias ſic impugnati a demoni
bus diſcerpunt. ❡ Anthonius dū in heremo tedio
afficeret dixit. Dn̄e volo ſaluus fieri: et nō pmittūt
me cogitationes mee. Et ſurgens exiuit foras: et
vidit quendā ſedentē atq; operātē: et deinde ſur-
gentē et orantē. Erat aūt angelus dn̄i et dixit ei.
Sic fac et ſaluus eris. ❡ Cū quadā vice fratres
de ſtatu aīarū ab anthonio q̄ſiſſent. ſequēti nocte

vox vocauit euꝫ dicēs. Surge exi et vide. Et ecce
vidit quendā longū et terribilē caput vſqꝫ ad nu-
bes tollentē qui quoſdā pennatos ad celū volare
cupiētes: extēſis manibus ꝓhibebat: et alios libe-
re peruolantes retinere non poterat: et maximū
gaudiū mixtū cū nimio dolore audiebat. Et intel-
lexit aīaꝝ illū eſſe aſcenſuꝫ. et dyabolū ꝓhibentē
qui quaſdā obnoxias retineret. et de ſanctoꝝ vo-
latu quos retinere non poterat ſic doleret. Aliquā-
dū cum fratribus oparet anthonius: ſuſpiciens in
celū cū triſtē viſionē vidiſſet: ꝓuolutus ante deū
rogauit vt futurū ſcelus auerteret. Fratribꝰ vero
ſup hoc eū interrogantibus cum lachrimis et ſin-
gultibus dixit ꝙ in auditū ſcelus ſeculis imineret.
Uidi inquit altare dei a multitudine equoꝝ circū-
datū qui calcibus oīa diſcerpebant. Magno eniꝫ
turbine fides catholica ſubuertet. et homines iu-
mentis ſimiles xp̄i ſacramēta diripiēt. Factaqꝫ eſt
vox dñi dicēs. Abhominabunt altare meuꝫ. Poſt
duos aūt annos erūpentibꝰ arrianis eccleſie vni-
tatē ſciderūt: baptiſteriuꝫ et eccleſias polluerunt
et ſup altaria chriſtianos inſtar ouiuꝫ mactauerūt
¶ S Dux quidā egipti arrianus noīe ballachiꝰ
cum ita eccleſiam dei infeſtaret: et virgines et mo-
nachos nudatos publice verberaret: ſic ei ſcripſit
anthonius. Uideo irā dei ſup te venientē. Iaꝫ de-
ſine pſequi xp̄ianos: ne ira dei te occupet. q̄ proxi-
mum tibi minat interitū. Infelix legit epiſtolam
et irriſit et in eam expuēs ad terrā ꝓiecit: ac porti-
tores verberibus mltis afficiēs anthonio talia re-
mandauit. Quoniā tibi eſt tāta cura de monachis
ad te quoqꝫ ꝑueniet noſtri diſciplīa rigoris. Poſt
quinqꝫ autē dies equū ſuū manſuetiſſimū inſidēs
morſu ipius equi ad terrā ꝓijcit: et corroſis atqꝫ
laceratis cruribus infra triduum expirauit. Cum
quidā fratres verbū ſalutis ab anthonio q̄ſiuiſſet
ait ille. Audiſtis dominum dicentem? Si quis te
ꝑcuſſerit in vnā maxillam prebe ei alterā. Dicūt ei
Hoc implere nō poſſumꝰ. Et ille. Saltem de vna
patienter ferte. Et illi. Nec etiā hoc poſſemꝰ. Qui-
bus anthonius. Saltem ne velitis ꝑcutere magis
quā ꝑcuti. Et illi. Nec hoc poſſemus. Tūc antho-
nius dixit diſcipulo ſuo. ſuccos ꝑpara fratribꝰ iſtis
q̄a nimis delicati ſunt. Sola oratio neceſſaria eſt
vobis. Hec in vitas patrū legunt. Tandē beatus
anthonius. cv. anno vite ſue fratres deoſculans
in pace quieuit: ſub conſtantino. qui cepit circa an-
num domini. ccl.

## ¶ De ſancto Fabiano xxii. A

Fabianus quaſi fabricanus: fabricās beati-
tudinē ſupernam. id eſt eam ſibi acquirens
triplici iure. ſcꝫ iure adoptionis. emptionis
et debellationis.



Fabianus ciuis romanus fuit: et cum papa
deffuncto ꝓ alio eligēdo populus cōueniſ-
ſet: inter eos et ipſe venit: rei exitū ſcire vo-
lens. Et ecce colūba candida deſcendit ſup caput
eius. Quod cum oēs mirarentur in papaꝫ ab eis
eligit. Hic vt ait damaſus papa per oēs regiones
ſeptē dyacones miſit: et eiſdem ſeptem ſubdyaco-
nes tradidit. qui omīa geſta martirū collegerūt.
Hic vt ait haymo impatori philippo volenti inter-
eſſe paſche vigilijs ⁊ cōmunicare miſterijs reſtitit
nec quouſqꝫ peccata cōfiteretur et inter penitētes
ſtaret intereſſe permiſit. Tandem pontificatu ſui
anno. xiij. iuſſu decij capitis obtruncatione mar-
tirio coronatur. Paſſus eſt autem circa annum do-
mini. cclij.

## ¶ De ſctō Sebaſtiano xxiii. A

Sebaſtianus dictus eſt a ſequens et beatitu-
do: et a ſtin quod eſt ciuitas: ⁊ ana quod eſt
ſurſum quaſi ſequēs beatitudinē ciuitatis
ſuperne: hoc eſt eā poſſidens et acquirens: et hoc
quintuplici denario ſcdm auguſtinum. Paupertate
regnū. dolore gaudiū. labore requieꝫ: ignominia
gloriam: morte vitam. Uel dicit ſebaſtianus a ba-
ſto. Nam miles chriſtus equus eccleſia. baſtū ſine
ſelle ſebaſtianus: quo mediāte chriſtus in eccleſia
militauit: et de multis martiribꝰ victoriā obtinuit

# De ſancto Sebaſtiano

U:l ſebaſtianus interpꝛetatur vallatus. vel circū
iens. Uallatus quia ſagittis tanq̃ ericius fuit cir
cūdatus: circumiens quia omnes martires circui
ibat et omnes confoꝛtabat. B



Sebaſtianus vir chꝛiſtianiſſimus: narbonē
ſis genere ciuis mediolanenſis: dyocleſia
no et maximiano imꝑatoꝛibus adeo carus
erat. vt principatū ei prime cohoꝛtis traderent et
ſuo aſpectui iuberent ſemꝑ aſtare. Hic militarē cla
midē ad hoc tm̄ ferebat vt chꝛiſtianoꝝ aīas quas
in toꝛmentis videbat deficere confoꝛtaret. Dum
aūt pꝛeclariſſimi viri marcellianus et marc⁹ gemi
ni fratres pꝛo fide xp̄i decollari deberent: ad eos
parētes aduenīūt vt ipoꝝ animos a ſuo ꝓpoſito
reuocarent. Aduenit ergo mater et ſoluto capite.
ſciſſiſq; veſtibus: vberibuſq; oſtēſis aiebat. O pꝛe
dulces filij circūdat me inaudita miſeria: et intol
lerabilis luct⁹. Heu me miſerā amitto filios meos
ad moꝛtē vltro tendentes. Quos ſi michi hoſtes
auferrent: ꝑ media ſequerer bella raptoꝛes. Si
violenta iudicia cōcluderēt carcerē interrūperem
moꝛitura. Nouū hoc pereūdi genus eſt in quo car
nifex rogat̃ vt feriāt. vita optat̃ vt pereat: moꝛs
inuitat̃ vt veniat. Nouus hic luct⁹: noua miſeria.
in qua natoꝝ iuuētus ſpōte amittit̃: et parentum
miſerāda cogit̃ ſenect⁹ vt viuat. Hec dicēte matre
pater ſenio: maibus adducit̃ ſeruuloꝝ. et capite
aſperſo puluere huiuſmodi voces dabat ad celū.
Ad moꝛtē vltro ꝓficiſcētibus filijs valedicturus
adueni vt q̄ mee ſepulture parauerā: in filioꝝ ſe
pulturis infelix expēdam. O filij baculū mee ſene
ctutis: et geminū meoꝝ viſcerū lumē. cur ſic moꝛ
tē diligitis? Uenite huc iuuenes flere ſuꝑ iuuenes
ſpōte peuntes. Uenite huc ſenes. et mecū ſuꝑ fili
os meos plāgite. Accedite huc patres et ꝓhibite
ne talia patiamini. Deficite ploꝛādo oculi mei ne
videā filios meos gladio cedi. Hec dicente patre
adueniūt cōiuges aſpectibus coꝝ pꝛopꝛios filios
offerētes atq; eiulādo clamātes quibus nos dimit
titis? q̄ erunt hoꝝ infantiū dn̄i? Quis veſtras lar
gas diuidet poſſeſſiōes? Heu q̄ ferrea pectoꝛa: q̄a
parētes deſpicitis: amicos reſpuitis: vxoꝛes abij
citis: filios abdicatis: ⁊ vos carnificib⁹ ſpōtaneos
exhibetis. Inter hec aūt ceperūt viroꝝ coꝛda mol
leſcere. Tūc ſanctus ſebaſtianus q̄ ibi ade
rat erūpens ī mediū dixit. O foꝛtiſſimi milites xp̄i
nolite per miſera blādimēta coꝛonam deponere
ſempiternā. Sed ⁊ parētibus dixit. Nolite timere
nō ſeꝑabunt̃ a vobis: ſed vadunt in celū vobis pa
rare ſidereas manſiones. Naȝ ab inicio mūdi hec
vita ī ſe ſperātes fefellit. ſe expectātes decepit. de
ſe pꝛeſumentes irriſit. et ita nulluȝ omnino certuȝ
reddidit. vt omnibus pꝛobet̃ eſſe mētita. Uita hec
admonet furē vt rapiat: iracūdiȝ vt ſeuiat: mēda
cem vt fallat. Ipſa imperat crimīa iubet facinoꝛa
ſuadet iniuſta. Hec aūt ꝑſecutio quā hic patimur
hodie excādeſcit ⁊ cras euaneſcit. et hodie exarde
ſcit et cras refrigeſcit: ſub vna hoꝛa inducit̃ et ſub
vna hoꝛa excluditur. Doloꝛ autē eternus renoua
tur vt ſeuiat: augmētat̃ vt exurat. inflāmat̃ vt pu
niat. In amoꝛe ergo martirij noſtros iā ſuſcitem⁹
affect⁹. Ibi em̄ dyabolus ſe vincere extimat q̄ dū
capit captus eſt: dum tenet tentus eſt: dum vincit
victus eſt: dū toꝛquet toꝛquet̃: dū iugulat occiſus
eſt: et dum inſultat irriſus eſt. Igit̃ dum beatus ſe
baſtianus hec ex oꝛe pꝛoferret. ſubito per vnam
fere hoꝛā a ſplendoꝛe nimio de celo deſcēdēte illu
minatus eſt: et ſub illo ſplēdoꝛe pallio cādidiſſimo
amictus: et ab angelis ſeptem clariſſimis circūda
tus. Iuuenis etiā apparuit iuxta eum dans ei pa
cem et dicēs. Tu ſemꝑ mecū eris. Cum autē bea
tus ſebaſtian⁹ hec et his ſimilia ꝑdicaret. zoe vxoꝛ
nicoſtrati: in cui⁹ domo ſancti cuſtodiebant̃ que lo
quelā amiſerat: pedibus eius pꝛouoluta nutibus
veniā poſtulabat. Tunc ſebaſtian⁹ ait. Si ego xp̄i
ſeruus ſum: et ſi vera ſunt omnia que ex oꝛe meo
hec mulier audiuit et credidit: aperiat os eius qui
aperuit os zacharie ꝓphete ſui. Ad hanc vocem
mulier exclamauit. Benedictus ſermo oꝛis tui. et
benedicti qui omibus que locutus es credūt. Uidi

# De ſancto Sebaſtiano.

eũ angelũ librũ tenentem ante te: vbi omĩa que tu dixiſti ſcripta erant. Uir autẽ eius hoc audiẽs ꝓcidit ad pedes ſancti ſebaſtiani. ſibi poſtulãs in dulgeri. Statimq; abſoluẽs martires rogabat vt liberi abirent. Qui dixerũt nullatenus ſe deſerturos victoriã quã cepiſſent. Tantã igitur gratiã et virtutem verbis ſancti ſebaſtiani dñs cõtulerat ꝙ non ſolum marcellianũ et marcũ in martirij cõſtãtia roborauit ſed etiam partẽ eoꝝ nomine tarquillinum. et matrẽ cum multis alijs ad fidez cõuertit Quos omẽs policarpus ꝑſbiter baptizauit. D

iſſe in gratia. Secūdo ꝓpter gaudiū. Sicut em̄ ec
cleſia magnā triſticiaʒ habet in eius perſecutione
ita maximā leticiā habuit in eius cōuerſione. Ter
cio ꝓpter miraculum quod ſcʒ dn̄s in eo oſtendit
dum de ſeuiſſimo perſecutore fecit fideliſſimū pre
dicatoꝛem. Eius em̄ conuerſio fuit miraculoſa ra
tione efficientis diſponentis et pacientis. ¶ Ra-
tione efficientis. ideſt xpriſti qui eum conuertit
Ibi enim pꝛimo oſtendit ſuā mirabilem potenciā
in hoc ꝙ ei dixit. Durū eſt tibi contra ſtimulū calci
trare. Et in hoc ꝙ ipſum tam ſubito immutauit.
Unde continuo īmutatꝰ reſpondit: Dn̄e quid vis
me facere. Auguſtinus ſuper hoc verbo. Occiſus
agnus a lupis fecit agnos de lupis. Jam parat ſe
ad obediendū qui pꝛius ſeuiebat ad ꝑſequendū
Secūdo ibi oſtendit eius mirabilem ſapienciam
Mirabilis em̄ ſapiencia fuit in hoc quia ip̄m a tu
moꝛe ſupbie deiecit offerendo infima humilitatis
nō ſublimia maieſtatis. Ego īquit ſū ihūs nazare
nus quē tu ꝑſeq̄ris ⁊c. glo. Non deū vel dei filiū ſe
vocat. ſed humilitatis inquit mee ſuſcipe infima ⁊
ſuperbie tue ſquamas depone Tercio ibi oſtendit
ſuā mirabilē clemenciā quod notaꝛ in hoc ꝙ ip̄m
exiſtentē in actu et voluntate ꝑſequendi cōuertit
Licet enīʒ haberet defoꝛmē affectum quia ſpirans
minarū et cedis ꝑuerſum conatū quia acceſſit ad
pꝛincipes ⁊c. quaſi ſe ingerens ꝑiciosūʒ actū quia
ibat vt vinctos ꝑduceret in iherusalē et ideo eius
iter peſſimū erat ip̄m tamen miſcōia diuina cōuer
tit. Secūdo fuit miraculoſa ratione diſponentis
ideſt lucis que ip̄m ad conuerſionē diſpoſuit: Ip
ſa em̄ lux dicit̄ fuiſſe ſubita immenſa et celica. Et
ſubito inquit circūfulſit eum lux de celo. Paulus
ei tria vicia in ſe habebat. Primū erat audacia qđ
notaꝛ in hoc ꝙ dicitur. Acceſſit ad pꝛincipes ſacer
dotum. glo. nō vocatus ſed ſponte zelo cōcitante
eum. Secūdum erat ſupbia quod notaꝛ in hoc ꝙ
dicit̄ ſpirans minarū ⁊c. Terciū erat carnalis itel
ligentia quā ſcʒ in lege habebat. Unde gloſa ſup
illud. Ego ſum ihūs ⁊c. Ego deus celeſtis loquoꝛ
quē moꝛtuū putas ſenſu iudaico. Ipſa igit̄ lux di-
uina fuit ſubita vt audacem terreret fuit immēſa
vt ſublimen et ſupbum in ima humilitatis ꝓſter-
neret fuit celica vt carnalem eius intelligentiā in
celeſtē mutaret. Uel poteſt dici ꝙ illud diſponens
fuit in tribus ſcʒ in voce acclamante in luce fulgen
te in virtute potente. Tercio fuit miraculoſa ra-
tione pacientis ideſt ipſiꝰ pauli in quo facta eſt cō
uerſio ip̄a. In eo em̄ hec tria miraculoſe exterius
facta ſūt ſcʒ ꝓſtratio obcecatio ⁊ triduana ieiuna
tio. Eſt em̄ pꝛoſtratus vt erigat̄ quātū ad depꝛeſ
ſum affectū. Augꝰ. Pꝛoſtratus eſt paulus vt ceca-
retur cecatꝰ eſt vt mutaretur mutatus eſt vt mitte
retur miſſus eſt vt ꝓ veritate pateret̄. Item aug̃.
Eliſus eſt ſeuiens et factus eſt credēs: eliſus eſt lu
pus et factus eſt agnus: eliſus eſt ꝑſecutoꝛ: ⁊ factꝰ
eſt p̄dicatoꝛ: eliſus eſt filius ꝑditiōis: et factus eſt
vas electionis. Eſt obcecatꝰ vt illuſtraret̄. q̄ntum
ad tenebroſum intellectuʒ. Unde et in illo triduo
quo manſit cecatus dicit̄: ꝙ doctus fuerit euange-
lium. Non em̄ accepit illud ab homine neq̨ ꝑ hō-
minem: vt ipſe teſtat̄: ſed ꝑ reuelationē iheſu xp̄i
Augꝰ. Paulū dico verū athletam xp̄i: doctum ab
illo: vnctū de illo: crucifixuʒ cum illo: et glorioſum
in illo. Eſt in carne maceratꝰ. vt ip̄a caro diſponat̄
ad bone oꝑationis effectum. optime em̄ deinceps
coꝛpus eius ad omne opus bonū diſpoſitū eſt. Nā
eſurire et abūdare ſciebat: et vbiq̨ in oībus inſti-
tutus erat et omnia aduerſa libenter ſufferebat.
Criſo. Tirānos ac populos ſpirātes furoꝛē velut
quoſdā eſſe culices eſtimabat. Moꝛtem vero atq̨
cruciatꝰ et mille ſupplicia: quaſi ludū putabat eſſe
pueroꝝ. Hec amplectabat̄ libēter. et magis deco-
rabatur cathena vinctꝰ q̄ dyademate coꝛonatus
ac libentiꝰ recipiebat vulnera q̄ alij munera. Uel
iſta tria dicunt̄ fuiſſe in eo: cōtra tria que fuerūt in
pꝛimo parente. In ipſo em̄ fuit cōtra deū erectio.
et ecōtra in paulo ad terram ꝓſtratio. In ip̄o ocu

loꝛum apercio: et econtra in paulo oculoꝛum ob-
cecatio. Jn ipſo fuit manducatio cibi vetidi: et ecō
tra in paulo abſtinentia cibi liciti.

## De ſancta Paula xxix. A



Paula fuit nobiliſſima matrona romanoꝝ
cuius vitā beatus hieronimus cōpoſuit in
hec verba. Si cūcta coꝛpoꝛis mei membꝛa
verterent in linguas: et oēs artus humana voce
reſonarēt: nichil dignū ſancte ac venerabilis pau
le virtutibꝰ dicerē. Nobilis genere: ſed multo no-
bilioꝛ ſanctitate potens quondā diuitijs: ſed nunc
xp̄i paupertate inſignioꝛ. Teſtoꝛ et ihesū et ſanctos
angelos eius ipm̄q̄ pꝛopꝛiū angelum qui cuſtos
fuit et comes admirabilis femine me nichil ī gra-
tiam nil dicere moꝛe laudantiū: ſed quod dicturus
ſum ꝓ teſtimonio minus eius eſſe meritis. Uult
lectoꝛ bꝛeuiter eius ſcire virtutes: et oēs ſuos pau
peres paupioꝛ ipſa dimiſit. Et ſicut inter multas
gēmas p̄cioſiſſima gēma micat: ⁊ ſicut iubar ſolis
paruos igniculos ſtellarū obruit et obſcurat. ita
cūctoꝝ virtutes ſua humilitate ſupauit. Minima
q̄ fuit inter oēs vt omniū maioꝛ eſſet. Et q̄to plꝰ
ſe deijciebat: tāto magis a xp̄o ſubleuabat. Late
bat et non latebat. Fugiendo vanā gloꝛiā: gloꝛiā
merebat: que virtutē quaſi vmbꝛa ſequit: et appe
titoꝛes ſuos deſerēs: appetit cōtemptoꝛes. Hec cū
quinq̄ liberos edidiſſet: bleſillā ſup cuius moꝛtē
eā rome cōſolatus ſum. Paulinā que ſanctū et ad
mirabilē virū pammachiū: et ꝓpoſiti et reꝝ ſuaꝝ
reliquit heredē: ad quē ſup eius obitu paruū libel
lum edidimus. Euſtochiū que nūc in ſanctis locis
et virginitatis et eccleſie monile p̄cioſiſſimū eſt.
Rufinā que immaturo funere piū matris animū
cōſternauit. et toxociū poſt quē parere deſijt vt
intelligeres eam nō diu ſeruire voluiſſe officio cō
iugali: ſed mariti deſiderio q̄ mares optabat libe
ros edidiſſe. Poſtq̄ vir eius moꝛtuus eſt: ita cum
planxit vt ꝓpe ipſa moꝛeret: ita etiā ſe conuertit
ad dei ſeruitutē: vt moꝛtē eiꝰ quaſi videret optaſ-
ſe. B Quid ergo referā ample et nobilis do
mus: et quondā opulentiſſime oēs pene diuitias
in paupes erogatas? Hec paulini epiſcopi anthi-
oceni. et epiphanij qui romā venerāt accenſa vir-
tutibus per momēta patriam deſerere cogitabat.
Quid vltra differo? Deſcendit ad poꝛtum fratre.
cognatis affinibus. et quod his maius eſt liberis
ꝓſequētibus: et clementiſſimā matrē vincere cu-
pientibus iam carbaſa tēdebant et remoꝝ ductu
nauis in altū ꝓtrahebat: paruus toxocius ſuppli
ces manus tendebat in litoꝛe. Rufina iam nubilis
vt ſuas expectaret nuptias: tacēs fletibus obſecra
bat et tamen illa ſiccos oculos tendebat ad celum
pietatē in filios: pietate ī deo ſupans. Neſciebat ſe
matrē vt xp̄i ſe ꝓbaret ancillā. Toꝛquebant vi-
ſcera et quaſi a ſuis membꝛis diſtraherent cū do-
loꝛe pugnabat. Hoc cōtra iura nature plena fides
patiebat: imo gaudēs animꝰ appetebat et amoꝛē
filioꝛū maioꝛe in deū amoꝛe contemnens in ſola
euſtochio que et p̄poſiti et nauigacionis eius co-
mes erat acq̄eſcebat. Sulcabat iterim nauis ma-
re et cūctis qui cū ea vehebant litoꝛa reſpicienti-
bus: illa verſos tenebat oculos. ne videret quod
ſine toꝛmēto videre nō poterat. Cūq̄ ad loca ter-
re ſancte veniſſet. et ꝓcōſul paleſtine qui familiā
eius optime nouerat p̄miſſis appitoꝛibus iuſſiſſet
ei parari pretoꝛiū elegit humilē cellulā: que cūcta
loca chꝛiſti veſtigioꝛū tāto ardoꝛe ac ſtudio circui-
bat: vt niſi ad reliqua feſtinaret: a pꝛimis non poſ
ſet abduci. Pꝛoſtrataq̄ ante crucē quaſi pēdentē
dn̄m cerneret adoꝛabat. Jngreſſaq̄ ſepulchꝛū re-
ſurrectionis oſculabatur lapidē quē ab hoſtio mo
numenti amouerat angelus: et ipm̄ coꝛpoꝛis locū
ī quo dn̄s iacuerat quaſi ſitiēs deſideratas aquas
fidei oꝛe lābebat. Quid ibi lachꝛimaꝝ quantū ge
mitum q̄d doloꝛis effuderit: teſtis eſt cuncta hiero
ſolima: teſtis eſt ipſe dn̄s quem rogabat. Deinde
pꝛexit bethleē: atq̄ in ſpecū ſaluatoꝛis ingrediēs
vidit ſacrū virginis diuerſoꝛiū: et me audiente iu-
rabat ſe cernere fidei oculis infantem pānis inuo
lutū: vagientē in pꝛeſepio: dn̄m magos adoꝛātes.

ſtellam fulgentē deſup: matrē virginem: nutriciū
ſedulū: paſtores nocte venientes vt viderēt verbū
quod factū erat quaſi etiā tunc euāgeliſte iohānis
principiū dedicarēt. In principio erat verbum: et
verbū erat apud deū: ꝛ verbū caro factū eſt. Par-
uulos īterfectos: herodē ſeuientē ioſeph et mariā
fugientes in egiptū: mixtiſqꝫ gaudio lachrimis lo-
quebaꝛ. Salue bethleē domus panis. in qua nat⁹
eſt ille panis qui de celo deſcendit. Salue effrata
regio vberrima: cuius fertilitas de⁹ eſt. Dauid lo
quiꝛ cōfidenter. Introibimus in tabernaculū ei⁹.
adorabimus in loco vbi ſteterūt pedes eius. Et
ego miſera et peccatrix digna ſum iudicata deoſcu
lari preſepe in quo dn̄s paruulus vagijt. orare in
ſpelunca in qua virgo puerpera deū fudit infantē
Hec requies mea quia dn̄i mei patria eſt: hic habi
tabo quoniā ſaluator elegit eam. ¶ T Tāta ſe
humilitate deiecit: vt qui eam vidiſſet et pro cele-
britate nomīs videre geſtiſſet: ipſam eſſe nō crede
ret: ſed ancillarū vltimam. Et cum frequentibus
choris virginū cingereꝛ: et veſte et voce ac habitu
et inceſſu nimia omniū erat. Nunq̄ poſt viri mor
tē vſqꝫ ad diē dormicionis ſue cū vllo comedit vi-
ro. q̄uis eum ſanctū et in pōtificali culmine poſitū
ſciret. Balneas niſi periclitans nō adijt. Mollia
etiā niſi ī grauiſſima febre lectuli ſtrata nō habuit
ſed ſup duriſſimā humum ſtratis ciliciolis quieſce-
bat: ſi tamē illa quies dicenda eſt: que iugibus pe
ne orationibus dies noctesqꝫ iungebat. Ita leuia
peccata plangebat: vt illam grauiſſimoꝝ criminū
crederes eſſe reā. Cumqꝫ a nobis crebrius mone-
retur: vt parceret oculis: ꝛ eos ſeruaret euāgelice
lectioni aiebat. Turpanda eſt facies quā cōtra dei
p̄ceptū purpuriſſo et ceruſa et ſtibio ſepe depinxi
affligendū eſt corpus q̄d multis vacauit delicijs.
Lōgus riſus ꝑpetuo cōpenſandus eſt fletu. Mol-
lia linteamina et ſerica p̄cioſiſſima aſpitare cilicij
cōmutanda ſunt. Que viro et ſeculo placui: nunc
xp̄o placere deſidero. Si inter tales tantaſqꝫ vir-
tutes caſtitatē in illa voluero p̄dicare. ſupfluus vi
dear. in qua etiam cū ſecularis eſſet omniū rome
matronaꝝ exemplū fuit. que ſe ita geſſit vt nunq̄
de illa etiā maledicorū quiſquā auderet famā con
fringere ¶ Fateor errorē meum cur in largiendo
eſſet ꝓfuſior arguebā. illud ꝓferens de apoſtolo
Non vt alijs refrigeriū ſit. vobis aūt tribulatio.
ſed ex equalitate in hoc tēpore vt veſtra abundā
tia ſit ad illoꝝ inopiam. et illoꝝ abundātia ſit ad
veſtrā inopiā. Et ꝓuidendū eſſe ne quod libēter
faceret ſemꝑ facere nō poſſet multaqꝫ huiuſmodi

que illa mira verecūdia et ſermone perciſſimo p̄-
tiſſimoqꝫ diſſoluebat teſtē inuocās dn̄m ſe ꝓ illi⁹
nomine cuncta facere et hoc habere voti. vt men-
dicans ipſa moreretur vt vnū nūmum filie non di
mitteret. ꝛ in funere ſuo aliena ſindone inuoluere
tur. Ad extremū inferebat. Ego ſi peciero m̄ltos
inueniam qui michi tribuant. Iſte mendicans ſi a
me non accepit que ei poſſū etiā de alieno tribue-
re ſi mortuus fuerit a quo eius anima requiretur?
Nolebat in his lapidibus effundere pecuniā qui
cum terra et ſeculo tranſituri ſunt. ſed in viuis la-
pidibus qui voluuntꝛ ſup terrā de quibus in apo-
calipſi iohānis. ciuitas magni regis extruiꝛ. Exce
ptis feſtis diebus vix oleū in cibo accipiebat. vt ex
hoc vno extimareꝛ. quid de vino et de liquamine
et piſcib⁹ et lacte et melle. et ouis et reliquis q̄ gu-
ſtui ſuauia ſunt iudicarit. In quibus ſumēdis qui-
dam ſe abſtinentiſſimos putant. et ſi his ventrē in
gurgitauerint tutā pudiciciā ſuſpicantur. Noui ſu
ſurronē quendā quod genus hoīm vile eſt. quaſi
beniuolum nūciaſſe. q̄ prenimio feruore virtutū
quibuſdā videꝛ inſana et cerebrū illius diceret cō
fouendū. Cui illa reſpondit. Theatrū facti ſumus
mundo et angelis. et hominib⁹. Nos ſtulti ꝓpter
chriſtum ſed ſtultū dei ſapientius eſt hominibus
¶ Poſt viroꝝ monaſteriū q̄d viris tradiderat gu
bernandū plures virgines duas ex diuerſis ꝓuin
cijs cōgregauerat. tam nobilis q̄ mediocris et in-
fimi generis. in tres turmas et monaſteria diuiſit
ita dūtaxat vt opere et cibo ſeparē. pſalmis et ora
tione iungerenꝛ. Iurgātes inter ſe ſermone leuiſ-
ſimo federabat laſciuientē adoleſcētularū carnē
crebris et duplicatis frāgebat ieiunijs: malēs eas
ſtomachū dolere q̄ mentē. dicens mundiciā cor-
poris atqꝫ veſtiū anime eſſe immūdiciā. Et q̄d in-
ter ſeculi homines vel leue putaꝛ vel nichil. hoc in
monaſterijs grauiſſimū eſſe delictū dicebat. Cūqꝫ
alijs languētibus large preberet omnia. et eſum
quoqꝫ exhiberet carniū. ſi quando ipſa egrotaret
ſibi non indulgebat. et in eo inequalis videbaꝛ q̄
in alijs clemenciā. in ſe duriciā cōmutabat. Referā
q̄d expertus ſum. Menſe iulio feruentiſſimis eſti
bus incidit in ardorē febris. et poſt deſperationē
cū dei miſericordia reſpiraſſet. et medici ſuaderēt
ob refectionē corporis vino eſſe opus tenui ꝛ ꝓuo
ne aquā bibēs in ydropiſim vertereꝛ. Et ego clam
beatū epiſcopū epiphaniū rogarem vt eam mone
ret imo compelleret vinū bibire vt erat prudens
et ſolertis īgenij: ſtatim ſenſit inſidias et ſubridēs
meū eſſe quod ille diceret intimauit. Quid plura?

# De ſancto Juliano

Cum beatus pōtifex poſt mlta hortamēta exiſſet
foras querenti michi q̄d egiſſet reſpōdit. Tantum
ꝓfeci vt ipſa michi ſeni homini pene ꝑſuaſerit: vt
vinū non bibā. Jn luctu mris erat et ſuorū mori⸗
bus frangebat maxime liberoꝝ. Nam et viri et fi⸗
liorū dormitiōe ſepe periclitata eſt. Et cū os ſtoma
chumq̧ ſignaret matricis doloreꝫ crucis niteret
impreſſione lenire ſuꝑabatur effectu et credulam
mentem parentis viſcera cōſternabant: animoq̧
vincēs fragilitate corporis vincebat. Scripturas
ſanctas tenebat memoriter: ⁊ cū amaret hiſtoriā ⁊
illa veritatis diceret fundamentū: magis ſeq̄bat
intelligentiā ſpiritualē et hoc culmine edificacio⸗
nē anime ꝓtegebat. Loquar et aliud q̄d forſitā
emulis videt incredulū. Hebreā linguā quam ego
ab adoleſcentia multo labore et ſudore ex parte
didici: et infatigabili meditacione non deſero. ne
ipē ab ea deſerar: diſcere voluit et cōſecuta eſt ita
vt pſalmos hebraice caneret: et ſermonē abſq̧ vl
la latine lingue ꝓprietate ꝑſonaret. Q̄d quidē vſq̧
hodie in ſancta filia eius euſtochio cernim⁹. Huc
vſq̧ nauigamus ꝓſperis vētis et criſpācia maris
equora labēs carina ſulcauit: nunc in ſcopulos in⸗
currit oratio. Quis eīn poſſet ſiccis oculis paulam
narrare morientē? Jncidit in grauiſſimā valitudi⸗
nem: imo quod optabat inuenit. vt nos deſereret
dn̄o plenius iungeretur. Quid diu differo et dolo
rem meū in alijs immorando facio longiorē? Sen
tiebat prudentiſſima feminarū adeſſe mortē: et fri
geſcēte iam parte corporis atq̧ membrorū ſolum
anime teporē in ſacro et ſancto pectore palpitare
⁊ nichilomin⁹ quaſi ad ſuos ꝑgeret alienoſq̧ deſpi
ceret: illos verſiculos ſuſurrabat. Dn̄e dilexi deco
rem domus tue et locū habitationis glorie tue. et
q̄ dilecta tabernacula tua dn̄e. Elegi abiect⁹ eſſe
in domo dei mei. Cumq̧ a me interrogaret cur ta⸗
ceret: cur nollet reſpōdere inclamāti. an doloret a
liquid. greco ſermone reſpondit. Nichil ſe habere
moleſtie: ſed omnia quieta et trāſquilla ꝑſpicere.
Poſt hoc obmutuit ⁊ clauſis oculis quaſi humana
deſpiceret vſq̧ ad expirationē anime eoſdē repe⸗
tebat verſiculos: vix vt aure appoſita q̄d dicebat
audire poſſem⁹. Tota ad funus eius paleſtinarū
vrbiū turba cōuenit. Que eīn monachoꝝ latentiū
in heremo cellula ſua tenuit? Quam virginū cubi
culorū tenuerunt ſecreta? Sacrilegiū putabat qui
non tali femine vltimū reddidiſſet officium donec
ſubter eccleſiam et iuxta ſpecū domini conderetur
Venerabilis filia eius virgo euſtochiū quaſi abla⸗
ctata ſup matrem ſuā abſtrahi a parēte non pote
rat: deoſculari oculos: herere vultui: totū corpus
amplexari: et ſe cū matre velle ſepeliri. Teſtis eſt
ih̄us nec vnū quidē nūmū ab ea filie derelictū: ſed
magis tribuēs egenis et q̄d his difficili⁹ eſt fratrū
et ſororū immēſaꝫ multitudinē quā et ſuſtētare ar
duū eſt: et abijcere impiū eſt. Vale o paula et cul⸗
toris tui vltimā ſenecturē orationibus iuua.

## De ſancto Juliano. xxx. A

Julianus quaſi iubilus: et ana quod eſt ſur
ſum. Jnde iulianus quaſi iubilianus. quia
cum iubilo ſuperna peciJt: vel a iulus quod
eſt incipiēs et anus. Nam in dei ſeruicio fuit ſenex
longanimitate ſed incipiens ſui reputatione.



Julianus cenomanenſis ep̄s fuit. Hic ſimon
ille leproſus dicitur fuiſſe queꝫ dn̄s a lepra
ſanauit. et qui dominū ad conuiuium inuita
uit: qui poſt aſcenſionem domini ab apoſtolis
cenomanenſis ep̄s ordinatus eſt. Hic multis vir⸗
tutibus clarus. tres etiam mortuos ſuſcitauit: et
poſtmodum in pace quieuit. Jſte dicitur eſſe ille
iulianus qui ab itinerantibus pro inueniendo bo⸗
no hoſpicio inuocat: eo q̧ in domo eius dn̄s fuerit
hoſpitatus. Sed verius videt eſſe alius iulianus
qui ſcꝫ vtrunq̧ parētem ignoranter occidit: cuius
hiſtoria infra ponetur. B Fuit et alius iulian⁹
de aluernia genere nobilis: ſed fide nobilior: qui
deſiderio martirij ſe vltro ꝑſecutoribus offerebat
Tandem criſpinus cōſularis miſit miniſtrū: et eū
occidi mandauit. Quod ſentiens iulianus ſponte
foras ꝓſilijt: et querenti intrepidus ſe opponēs.

protinus ictum ferientis accepit. Cuiꝰ caput leuantes ad ſanctū ferreolū ſociuȝ iuliani detulerunt et eidē mortē ſimilem minant̄: niſi ꝓtinus immolaret. Quibus cum aſſentire nollet eum occiderūt. et caput ſancti iuliani cuȝ corpore ſancti ferreoli in vno tumulo poſuerūt. Et poſt multos annos ſanctus mamertus vienneñ. eṗs inuenit caput ſancti iuliani inter manus ſancti ferreoli ita illeſum et integrū: ac ſi eadem die fuiſſet ſepultū. ¶ Inter cetera huius ſancti miracula ſolet referri: ꝙ cuȝ quidam dyaconꝰ oues eccleſie ſancti iuliani raperet. et paſtores eidē ex parte ſancti iuliani ꝓhiberent ille reſpondit. Julianus non comedit arietes. Et ecce poſt modicū febre vehementiſſima perurget̄ et inualeſcente febre ꝙ a martire incendit̄ confitetur. Feciťq; ſuꝑ ſe iactari aquam vt refrigeraret̄ Sed ſtatim tantus fumus et fetor de corpore eius exijt. vt cuncti qui aderant fugerēt: et ipe poſt modicum expiraret. ¶ Cum quidam ruſticus vt ait Gregoꝰ. turoneñ. in die dñica arare vellet: ꝓtinꝰ cōtractis digitis manubriū ſecuris cum qua vomerem mundare volebat eius dextre adheſit. Sed poſt duos annos in eccl'ia ſancti iuliani ad eiꝰ preces curatꝰ eſt. C ¶ Fuit inſuꝑ alius iulianꝰ frater beati iulij. Hi duo fratres ad theodoſiū imperatorem xpianiſſimum venerūt. petētes vt tēpla ydoloꝝ vbicunq; inuenirent deſtruerent. et xpi eccleſias edificarent. Quod imꝑator libenter faciens: ſcripſit vt omēs eis debeāt obedire. et eos in omnibus ſub pena capitis adiuuare. ¶ Cum igit̄ beati iulianus et iulius in loco qui dicit̄ gaudianū eccleſiā fabricarent: et cūcti trāſeuntes eos in ope ob imꝑatoris imperiū adiuuarent. contigit vt quidam cū curru inde tranſitū facerent: qui dixerunt adinuicē. Quā excuſationē pretendere poterimꝰ. vt liberi trāſeamus et in ope iſto non occupemur. Dixerūtq;. Proijciamꝰ vnū ex nobis in plauſtrū ſupinū: et euȝ pannis coopiamus: dicemuſq; ꝙ hominē mortuuȝ in vehiculo habemus: et ſic liberi tranſire poterimus. Arripiētesq; hominē vnū in plauſtrū ꝓiecerunt: eiq; dixerūt. Tu ſile ⁊ oculos claude: et quouſq; trāſierimus quaſi mortuus iace Cumq; hominē tanq̄ mortuū coopuiſſent: et vſq; ad famulos dei iulianū et iuliuȝ veniſſent dixerūt eis ſerui dei. Filioli parumper ſubſiſtite. et nos in hoc ope modicū adiuuate. Qui reſponderūt. Non poſſumꝰ hic ſtare quoniā hominē mortuū in plauſtro habemꝰ. Quibus ſanctꝰ iulianus dixit. Ut q̄d ita mentimini filij? Et illi. Non mentimur dñe ſed ſic eſt vt loquimur. Et ſanctꝰ iulianꝰ dixit. Scdm veritatē dicti veſtri ita vobis contingat. et illi boues pungētes ꝑtranſierunt. Cumq; procul pertrāſiſſent. accedētes ad currū ceperunt collegā ſuum vocare ex noie dicētes. Surge amodo et ſtimula boues: vt celerius tranſeamꝰ. Cū autē nullatenꝰ ſe moueret: eum pulſare ceperūt dicentes. Ut q̄d deliras. ſurge et ſtimula boues? Sed cum nullatenus ille reſpōderet: accedētes diſcooperuerūt euȝ et mortuū inuenerūt. Tantus timor ipſos et ceteros inuaſit: vt nullos decetero famulo dei mētiri auderet D ¶ Fuit etiā alius iulianꝰ qui vtrūq; parentē neſciēs occidit. Cumq; enim iulianꝰ predictus iuuenis ac nobilis quadā die venationi inſiſteret. et quendā ceruuȝ repertū inſequeret̄ ſubito ceruus verſus eum diuino nutu ſe vertit eiq; dixit Tu me inſequeris qui patris ⁊ matris tue occiſor eris? Qđ ille audiens vehemēter extimuit. et ne ſibi contingeret: quod a ceruo audierat relictis omnibus clam diſceſſit: et ad regionē valde remotam peruenit. Ibiq; cuidā principi adheſit: et tam ſtrēnue vbiq; in bello et in palacio ſe habuit: ꝙ princeps eum militē fecit: et quandā caſtellanā viduam in cōiugem ei tradidit. et caſtellū pro dote accepit. Interea parētes iuliani pro amiſſiōe filij nimiū dolentes vagabūdi vbiq; pergebāt. et filiū ſuū ſolicite requirebāt. Tandē ad caſtrū cui iulianus preerat deuenerūt. Tūc aūt iulianus a caſtro caſu receſſerat. Quos cum vxor iuliani vidiſſet: et qui nam eſſent inquiſiſſet: et illi omīa que filio ſuo acciderant enarraſſent: intellexit ꝙ vir ſui parentes erant. vt pote quia hoc a viro ſuo ſorte frequēter audierat. Ipſos igit̄ benigne ſuſcepit. et pro amore viri ſui lectum ſuuȝ eis dimiſit: et ipſa ſibi alibi lectulū collocauit. Facto autē mane caſtellana ad eccleſiā ꝑrexit. Et ecce iulianus mane veniēs in thalamū quaſi vxorē ſuam excitaturus intrauit Et inueniēs duos pariter dormiētes: vxorem cuȝ adultero eſſe ſuſpicatus: ſilenter extracto gladio ambos ꝑiter interemit. Exiens auteȝ domū vidit vxorē eius ab eccl'ia reuertentē: ⁊ admirans interrogauit qui nam eſſent illi q̄ in ſuo lecto dormirēt. At illa ait. Parentes veſtri ſunt qui vos diutiſſime queſierūt: et eos in veſtro thalamo collocaui. Qđ ille audiēs pene exanimis effectus amariſſime flere cepit ac dicere. Heu miſer quid faciam: q2 dulciſſimos meos parentes occidi? Ecce impletū eſt verbum cerui: qđ dum vitare volui miſerrimꝰ adimpleui. Jam nunc vale ſoror dulciſſima: quia de cetero non quieſcam. donec ſciam ꝙ deus penitentiam meam accepit. Cui illa. Abſit dulciſſi-

# De ſancto Juliano

me frater vt te deſeram. et ſine me abeas: ſed que
fui tecū particeps gaudij ero particeps ⁊ doloris
Tunc inſimul recedētes iuxta quoddā magnū flu
men vbi multi piclitabantur quoddam hoſpitale
magnū ſtatuerūt: vt ibi penitentiā facerent. ⁊ oēs
qui vellent tranſire fluuium inceſſanter tranſue=
herent: et hoſpicio vniuerſos pauperes reciperēt
Poſt multū vero tēporis, media nocte dū iulianus
feſſus quieſceret: et gelu graue eſſet: audiuit vocē
ſe miſerabiliter lamentantem: ac iulianum vt ſe
transferret voce lugubri inuocantē. Quod ille au
diens cōcitus ſurrexit: et iam gelu ipm deficientē
inueniēs: in domū ſuam portauit: et ignem accen
dens ipm calefacere ſtuduit. Sed cū calefieri non
poſſet: et ne ibi deficeret ipm in lectulū ſuū porta
uit: et diligenter cooperuit. Poſt paululū ille qui
ſic infirm⁹ et quaſi leproſus apparuerat ſplēdid⁹
ſcandit ad ethera. et hoſpiti ſuo dixit. Juliane do
minus miſit me ad te mandans tibi ꝙ tuā peniten
tiam acceptauit: et ambo poſt modicū in dño quie
ſcetis. Sicqȝ ille diſparauit: et iulianus cū vxore
ſua poſt modicū plenus bonis opibus et elemoſi=
nis in dño requieuit. ¶ Fuit et alius julian⁹
non quidē ſanctus ſed ſceleratiſſimus: ſcȝ iulianus
apoſtata. Hic iulian⁹ pri⁹ fuit monach⁹ et magne
religionis ſimulator. Quedā aūt mulier vt refert
magiſter iohānes beleth in ſūma de officio eccl'ie.
habēs tres ollas plenas auri: aurū illud ī orificijs
ollarū cinere ne appareret operuit: et ꝑdictas ollas
iuliano quē ſanctiſſimū hominē eſtimabat corā q̄-
buſdā monachis ſeruandas tradidit. Quod autē
aurum ibidē eſſet nulli alij indicauit. Julianus igi
tur ꝑdictas ollas accipiēs et tam copioſum aurum
ibidem inueniēs. totū illud aurum furatus eſt. et
ollas impleuit cinere. Poſt aliqđ tēpus cū mulier
depoſitū ſuū reqreret. ille ollas cū cinere ſibi red=
didit. Cū vero aurū requireret. cōuincere illū nō
potuit: q2 de auro teſtes nō habuerat: quoniā mo
nachi coram quibus hoc ſibi tradiderat. nil in eis
niſi cinerē viderant. Et ſic aurū obtinuit. cum quo
romā fugit. Et ꝑ illud aurū ſequenti tēpore rome
obtinuit cōſulatū. deinde in imperiū ſublimatus
eſt. Qui cū inſtructus eſſet a puericia in arte magi
ca: et multū ſibi placeret: magiſtros inde plures ſe
cū habebat. Dic aūt quadā ſicut in hiſtoria tripar=
tita habet̄ cum puer adhuc eſſet et recedente ma=
giſtro ſuo ſolus remāſiſſet: et adiurationes demo=
num legere incepiſſet: ante eum maxima multitu=
do demonum inſtar ethiopum nigrorum aduenit.
Tunc iulianus hoc videns et metuens: ſignū cru=
cis protinus fecit: et oīs illa multitudo demonum
euanuit. Qui cū magiſtro reuertēti quid ſibi acci=
derit retuliſſet: dixit ei magiſter ſuus. Hoc ſignum
crucis maxime demones odiūt et timent. Subli=
matus igitur in imperiū huius rei memorans cum
per artem magicā operari vellet apoſtatauit: et ſi
gnum crucis vbiqȝ deſtruxit. ac xp̄ianos in q̄tum
potuit perſecutus eſt: putans ꝙ aliter demones
ſibi minime obedirent. ¶ Deſcendens iulianus in
ꝑſidam ſicut legit̄ in vitaſpatrū: miſit demonē in
occidentē: vt ſibi inde deportaret reſponſum. Cū
aūt demon ad quendā locum veniſſet: per decem
dies ibidē immobilis ſtetit: quia quidā monach⁹
ibidē die ac nocte orabat. et ei ſine effectu regreſſo
dixit iulianus. Quare tantū tardaſti. Qui reſpon=
dit. Suſtinui ꝑ decē dies publicum monachum: ſi
forte ab oratione ceſſaret et trāſire poſſem. Cūqȝ
non ceſſaret ꝓhibitus ſum trāſire et redij nihil a
gens. Tūc indignatus iulianus dixit ꝙ cum illuc
veniret vindictam de illo monacho faceret. Cum
ergo de perſis victoriā ſibi demones ꝓmitterent
ſophiſta ſuus dixit cuidā xp̄iano. Quid putas nūc
facit fabri filius. Et ille. Sepulchrū parat iuliano
Dum igit̄ vt in hiſtoria ſancti baſilij legit̄ et vt ful
bertus carnotenſis ep̄s teſtatur: ceſareā capado=
cie deueniſſet: ſanctus baſilius eidem occurrit. et
quatuor panes ordeaceos ꝓ munere ei miſit. At
iulianus indignat⁹ eos recipere cōtempſit: et pro
panibus ſibi fenū miſit dicēs. Pabulū nobis irra=
tionabiliū animaliū obtuliſti. recipe quod miſiſti
Reſpondit baſilius. Nos quidē qđ comedim⁹ tibi
miſimus tu vero dediſti nobis vnde beſtias tuas
nutris. Ad hoc iratus iulianus reſpōdit. Cū per
ſas ſubgero hanc vrbem deſtruā et arabo. vt far=
rifera magis q̄ hominifera nominet̄. Sequenti aūt
nocte vidit baſilius in eccl'ia ſancte marie in viſu
multitudinē angelorū: et in medio eorū quandam
feminā in throno ſtantē: et aſtātib⁹ dicentē. Voca
te mihi cito mercuriū qui iulianū apoſtatā occidat
qui me ⁊ filiū meū ſuperbe blaſphemat. Erat aūt
mercurius miles quidā: qui ab ipo iuliano ꝓ fide
xp̄i fuerat interfectus. et ī eadē eccleſia erat ſepul
tus. Statimqȝ ſanctus mercurius cū armis ſuis q̄
ibi ſeruabant̄ affuit: et iuſſus ab ea in preliū ſe pre
parauit. Expgefactus itaqȝ baſilius ad locum vbi
mercurius cū armis ſuis quieſcebat iuit: et monu
mentū ſuū aperiens nec corpus ibidem repperit
nec arma inuenit. Tunc cuſtodē quis arma aſpor=
tauerit inquiſiuit. Jlle vero cū iuramento affirma
bat eadem arma veſpere ibidē fuiſſe: vbi ꝑpetuo

ſeruabant. Jnde igitur baſilius recedēs. et mane
illuc rediēs inuenit ibidē corpus eius et arma: et
lanceam ſanguine cruentatā. Et ecce quidā de ex
ercitu rediēs dixit. Cū iulianus imꝑator in exerci
tu moreretur. ecce quidē miles ignotus cū armis
ſuis et lancea veniēs et calcaribꝰ vrgēs equū au-
daci mente iulianū imꝑatorē impeciit. et lanceam
fortiter vibrans ipm̄ valide per medium perfora-
uit et ſubito abſcedens nuſqꝫ comparauit. Jpſe
vero iulianus dū adhuc ſpiraret. ſanguine ſuo ſi-
cut dicitur in hiſtoria tripartita manū ſuam imple
uit. et in aeram proiecit dicens. Uiciſti galilee vici
ſti. Sicqꝫ in his vocibus miſerabiliter expirauit.
Ab omnibus autem ſuis inſepultus relinquit et
a perſis excoriatur. et de corio ſuo regi perſarum
ſubſtratorium efficitur

## De feſtiuitatibus que eueniunt infra tempus deuiationis.

Dicto de feſtiuitatibus que occurrunt infra
tēpus qd̄ partim continet ſub tēpore recō
ciliationis: partim ſub tempore peregrina
tionis. qd̄ tempus repſentat eccleſia a natiuitate
xp̄i vſqꝫ ad ſeptuageſimam. Sequit videre de fe-
ſtiuitatibus que eueniunt infra tēpus deuiationis
quod incipit ab adam et durauit vſqꝫ ad moiſen.
quod tempus repreſentat eccleſia a ſeptuageſima
vſqꝫ ad paſcha.

## De ſeptuageſima xxxi. A

Septuageſima ſignat tempus deuiationis
ſexageſima tempus viduationis. quinqua-
geſima tempus remiſſionis. quadrageſima
tēpus penitētie ſpiritualis. Jnchoat autē ſeptua
geſima a dominica in qua cantatur. Circumdede-
runt me. et terminatur in ſabbato poſt paſcha.
Jnſtituta eſt aūt ſeptuageſima ꝓpter tres ra-
tiones ſicut innuit in ſumma de officio magiſtri io-
hannis beleth. ſcꝫ ꝓpter redemptionem quoniā
ſancti patres ſtatuerūt vt propter venerationem
diei aſcēſionis in qua natura noſtra celos aſcēdit
et ſup choros angeloꝝ ſublimata eſt. ſemper ipſa
quinta dies ſolemnis et celebris habet. et in ea ie
iuniū nō obſeruaretur: qꝛ in primitiua eccleſia eq̄
ſolēnis erat ſicut prima feria. vnde et tunc ſolēnis
proceſſio fiebat ad repreſentandū proceſſionē di
ſcipulorū vel ipſorū angelorum. Jdeo in vulgare
ꝓuerbium verſū eſt: vt diei dn̄ice dicat cognata
dies iouis qꝛ antiquitus fuit eque ſolēnis. Sed
feſta ſanctoꝝ ſupuenerūt ꝛ celebrare tot feſta erat
quaſi onoroſum: ideo ſolēnitas illa ceſſauit. Jn re
demptione ergo illoꝝ dierum ſancti patres vnam
ſeptimanā quadrageſime in abſtinētia addiderūt
et ſeptuageſimā vocauerunt. B Alia eſt pro
pter ſignificationē: quoniā per hoc tempus ſignifi
catur deuiatio exiliū et tribulatio totius humani
generis ab adam vſqꝫ ad finem mundi: qd̄ quidē
exilium ſub reuolutione ſeptē dierum peragit. et
ſub reuolutione ſeptē miliū annorū includit Per
ſeptuaginta em̄ dies. ſeptuaginta cētenas annoꝝ
intelligimꝰ. Ab inicio aūt mundi vſqꝫ ad aſcenſio
nem ſex milia annoꝝ cōputamus et tūc vero quic
quid temporis ſequitur vſqꝫ ad finē mundi ſub ſe-
ptimo millenario cōprehēdimus cuius terminum
ſolus deus nouit. Nos igit chriſtus in ſexta etate
mūdi ab hoc exilio in ſpe eterne retributionis red
dita innocentie ſtola ꝑ baptiſmū eripuit. Sed cō-
ſummato tēpore noſtri exilij vtraqꝫ ſtola nos pfe-
cte decorabit. Hinc eſt qd̄ in hoc tēpore deuiatiōis
et exilij cantica letitie deponimꝰ: ſed tamen ī ſab-
bato paſche vnū alleluya decātamus tanq̄ in ſpe
eterne patrie gratulātes. et ſtolā innocētie in ſex-
ta mūdi etate per xp̄m recuperātes. Cui etiā tra-
ctus ſubijcit per quē ſignificat labor quem adhuc
ad impletionē mādatoꝝ dei habere debemꝰ. Jn
ſabbato poſt paſcha in quo vt dictū eſt terminatur
ſeptuageſima duo alleluya cātamꝰ: quia cōpleto
huius mūdi termino duplicē ſtolā glorie cōſeque-
mur. C Alia eſt ratio ꝓpter repſentationē
qm̄ ſeptuageſima repreſentat ſeptuaginta annos
quibꝰ filij iſrael ſub captiuitate babilonica fuerūt
Et quēadmodū illi depoſuerūt organa ſua dicen-
tes: quomō cantabimus canticū domini ꝛc. Sic et
nos cātica laudis deponimus. Poſtea vero data
illis licētia redeūdi a ciro ſexageſimo āno ceperūt
letari et nos quoqꝫ ī ſabbato paſche tanq̄ ī ſexa-
geſimo āno alleluya cātamꝰ eoꝝ repſentādo leti
tiam. Sed tñ illi in apparatu reditꝰ et in colligen-
do ſarcinullas multū laborauerūt. et nos poſt al-
luya tractū ſtatim ſubiungimus qui laborē ſigni-
ficat. Sabbato autē quo ſeptuageſima terminat
duo alleluya cātamꝰ eoꝝ plenā letitiam per quā
ꝑuenerūt in patriā figurantes. Hoc etiā tempus
captiuitatis et exilij filiorū iſrael repreſentat tēpꝰ
noſtre peregrinatiōis quia ſicut ipi in ſexageſimo
anno ſunt liberati: ſic nos in ſexta mundi etate. et
ſicut adhuc in colligēdo ſarcinullas laborauerunt
ſic et nos etiā liberati in cōpletione mandatoꝝ la
boramus. Sed cū ad patriā ꝑuentū fuerit. labor
omnis ceſſabit. et gloria pfecta erit. et duplex alle
luya in corpore et anima cātabimꝰ Jn hoc igit

tempoꝛe exilij eccleſia multis tribulatiõibus ꝑſſa
et fere in baratro deſperatiõis poſita:ab alto tra
hens ſuſpiria clamat in officio et dicit. Circumde⸗
derũt me gemit⁹ moꝛtis ꝛc. Et oſtẽdit multiplicẽ
ſui tribulationẽ quã habet et ꝓ miſeria contracta
et pꝛo duplici pena inflicta:et ꝓ culpa quo ad ali⸗
quos cõmiſſa. Sed tamen ne deſperet ꝓponit̃ ei
in euãgelio et in epiſtola triplex ſalubꝛe remediũ
et triplex pꝛemiũ. Remediũ eſt vt ſi ab illis vult ꝑ
fecte liberari:in vinea aïe ſue laboꝛet abſcidẽdo
vicia et peccata. poſtea in ſtadio p̃ſentis vite ſue
currat per penitẽtie opa:deinde viriliter in agone
pugnet cõtra omnia diaboli temptamenta. Et ſi
hoc fecerit triplex pꝛemiũ habebit:quia laboꝛanti
dabitur denarius:currẽti bꝛauiũ:pugnãti coꝛona.
¶ Quia etiã ſeptuageſima ſignificat tẽpus noſtre
captiuitatis:ꝓponit̃ nobis remediuꝫ per qꝺ̃ a ca⸗
ptiuitate poſſumus liberari. ſcꝫ ꝑ curſum fugiẽdõ
per pugnã pꝛeliãdo:per denariũ redimendo.

## ¶ De Sexageſima xxxii. A

Sexageſima inchoatur in dominica in qua
cantatur Exurge quare obdoꝛmis domine
Et terminatur in quarta feria poſt paſcha.
Inſtituta eſt autẽ pꝛopter redemptioneꝫ:pꝛopter
ſignificationẽ.et pꝛopter repꝛeſentationem. Pꝛo
pter redẽptionẽ quoniã melchiades papa et bea⸗
tus ſilueſter ſtatuerũt:vt bis in omni ſabbato co⸗
mederet̃ ne ꝓpter abſtinentiam quã homines ſu
ſtinuerũt in ſexta feria.in qua omni tẽpoꝛe ieiunã
dum eſt natura debilitaret̃. In redemptionẽ ergo
ſabbatoꝝ illius tẽpoꝛis vnam ſeptimanã quadra
geſime addiderũt.et ſexageſimã vocauerũt. Alia
ratio eſt ꝓpter ſignificationẽ quoniã ſexageſima
ſignificat tẽpus viduitatis eccleſie et meroꝛẽ illi⁹
pꝛo abſentia ſponſi:quoniã fructus ſexageſimus
debetur viduis. In conſolationẽ auteꝫ illius pꝛo
abſentia ſpõſi q̃ ad celos rapt⁹ eſt:dantur eccleſie
due ale.ſcꝫ ſex operũ miſericoꝛdie exercitatio.ꝛ de
calogi ĩpletio. Unde ſexageſima ſonat ſexies de⸗
cem vt ꝑ ſex intelligant̃ ſex opa miſericoꝛdie:ꝑ de⸗
cem intelligat̃ decalogus. ¶ Tertia ratio eſt pꝛo
pter repꝛ̃ſentationẽ. Nã ſexageſima non ſolũ ſigni
ficat tẽpus viduitatis:ſed etiã miſteriũ noſtre re⸗
demptionis repꝛ̃ſentat. Nã per deceꝫ intelligit̃ ho⸗
mo q̃ eſt decima dragma:eo ꝙ factus ſit vt ruinaꝫ
nouẽ oꝛdinũ repararet:vel intelligit̃ per deceꝫ co
ꝙ cõſtat ex quatuoꝛ humoꝛibus quantũ ad coꝛp⁹
et habet tres potẽtias in anima:ſcꝫ memoꝛiã intel
ligentiã et voluntatem que facte ſunt vt ſeruiant
beatiſſime trinitati:vt in ipſam fideliter credam⁹.
ipſam feruenter diligam⁹.et ſemꝑ in memoꝛia te
neam⁹. Per ſex intelliguntur ſex miſteria per que
homo decim⁹ eſt redemptus.que ſunt incarnatio
natiuitas paſſio.deſcẽſio ad inferos reſurrectio et
in celũ aſcẽſio. Et ꝓtẽdit ſexageſima vſqꝫ ad quar
tam feriã poſt paſcha ĩ qua cantat̃. Uenite bñdicti
patris mei quia illi qui in opibus miſcdie ſe exer
cent audient iſtud. venite benedicti vt ipſe xp̃s te
ſtatur vbi tunc ſponſe ianua aperiet̃ et amplexũ
ſponſi fruet̃. In epiſtola admonet̃ vt inſtar pauli
tribulationẽ de abſencia ſpõſi pacienter tolleret
In euangelio vt ſeminatõni bonoꝝ operũ ſemꝑ
inſiſtat. Et que quaſi deſp̃ãs clamauerat circũde
derunt me gemit⁹ moꝛtis nũc quoqꝫ ad ſe rediẽs
petit in officio in tribulationibꝫ adiuuari et ab ip
ſis eripi dicens. Exurge dñe ꝛc. Et ponit ibi tri
plex exurge. Quidã eñ ſunt in eccleſia qui aduer
ſis pꝛemunt̃ ſed non deijciunt̃. Quidam qui p̃mũ
tur et deijciunt̃. Quidã qui nec pꝛemunt̃ nec deij
ciuntur tamen quia aduerſa nõ tollerent ꝑiculum
eſt ne ꝓſpera ipſos frangãt. Clamat ergo eccleſia
vt exurgãt quantũ ad pꝛimos ipſos confoꝛtando
cum doꝛmire videat̃ ipſos non eripiẽdo. Clamat
vt exurgat quantũ ad ſecundos ip̃os conuertẽdo
a quibus videt̃ faciem auertiſſe ip̃os quodãmodo
repellẽdo. Clamat vt exurgat quantũ ad tercios
ipſos in ꝓſperis adiuuando et liberando.

## ¶ De quinquageſima xxxiii A

Quinquageſima durat a domĩca ĩ qua
cantat̃. Eſto michi in deũ ꝓtectoꝛẽ ꝛc
et terminat̃ in ipſo die paſche. ¶ Inſti
tuta eſt autẽ ꝓpter ſuppletionem et
ꝓpter ſignificationẽ et ꝓpter repꝛeſentationem
Pꝛopter ſuppletionẽ quoniã cuꝫ debeam⁹ .xl. die
bus ieiunare ad ſimilitudinẽ xp̃i et nõ ſũt ibi niſi
xxxvi. dies ieiunabiles quia in dñicis non ieiunat̃
tũ ꝓpter letitiã et reuerenciã reſurrectiõis tũ exẽ⸗
plo xp̃i qui ipſa die reſurrectõis bis comedit ſalicꝫ
quando intrauit ad diſcipulos ianuis clauſis et illi
obtulerũt ei partẽ piſcis aſſi et fauũ mellis ꝛ iteꝝ
cũ diſcipulis euntibus in emaus ſecundũ quoſdã
ideo ꝓ ſupplecione dñicarum additi ſũt quatuoꝛ
dies. Et iterũ clerici videntes ꝙ ſicut p̃cedebant
populũ oꝛdine ita p̃cedere deberẽt ſanctitate per
duos iterũ dies ante illos quatuoꝛ abſtinere et ie
iunare ĩcipiũt. Et ſic vna ſeptimana addita eſt q̃
et quĩquageſima nominat̃ et hoc papa theleſpho
rus oꝛdinauit vt ait ambꝛoſius. ¶ Alia racio eſt
ꝓpter ſignificacionẽ quoniã quĩquageſima ſigni
ficat temp⁹ remiſſionis ideſt temp⁹ penitent.e in

qua omnia remittunt᷑: quinquageſim⁹ eñ annus erat iubileus qui erat annus remiſſionis. qꝛ tunc debita dimittebant᷑: ſerui liberabant᷑: et omēs ad ſuas poſſeſſiōes reuertebant᷑. Per qđ ſignificabatur ꝙ per penitētiaꝫ dimittunt᷑ debita peccatoꝛuꝫ liberant᷑ omēs a ſeruitute demonū. et reuertunt᷑ ad poſſeſſiones celeſtiū manſionū. ¶ Tercia ratio eſt ꝓpter repꝛeſentationē. Nā quinquageſima nō ſoluꝫ tēpus remiſſionis ſignificat: ſed etiā ſtatum beatitudinis repꝛſentat. Nā in quinquageſimo anno ſerui efficiebant᷑ liberi: in quīquageſimo die a die agni imolati lex data eſt in quīquageſimo die a paſcha datus eſt ſpūſſanctus. Et ideo hic numerus beatitudinē repꝛſentat: vbi erit adeptio libertatis: cognitio veritatis: et ꝑfectio caritatis. Tria aūt ſunt neceſſaria q̄ ꝓponunt᷑ nobis ī epl̄a et in euāgelio ad hoc ꝙ opa penitētie ſint ꝑfecta: ſcꝫ caritas que ꝓponit᷑ in epl̄a: memoꝛia dñice paſſiōis et fides que intelligitur per illuminationem ceci. Et hec ponunt᷑ in euangelio. Nam fides ipſa opa facit acceptabilia: quia ſine fide īpoſſibile eſt placere deo. Memoꝛia dñice paſſionis facit eſſe facilia. Vñ grego. Si paſſio xp̄i ad memoꝛiaꝫ reducit᷑ nichil eſt qđ non equo animo toleret᷑. Caritas facit eſſe continua: quia ſicut dicit grego. Amoꝛ dei non poteſt eſſe ocioſus: opatur eñ magna ſi eſt: ſi aūt opari negligit amoꝛ non eſt. Et ſicut in pꝛincipio eccleſia quaſi deſpans clamauerat: circūdederūt me ⁊c. Et poſt modū ad ſe rediēs adiuuari petebat: ita hic iam ꝯcepta fiducia et ſpe venie pꝛopter penitentiā oꝛat et dicit. Eſto michi in deū pꝛotectoꝛē ⁊c. Vbi quatuoꝛ petit: ſcꝫ ꝓtectionē: firmamentū: refugiū: et ducatū. Omnes eñ filij ſui aut ſunt in gratia: aut ſunt ī culpa: aut in aduerſis: aut in ꝓſperis. Illis qui ſunt in gratia petit firmamētum: vt ſcꝫ in ip̄a gratia cōfirment᷑. Illis qui ſunt in culpa petit vt deus ſit coꝝ refugium. Illis qui ſunt in aduerſis petit ꝓtectionē vt in ipſis tribulationibus ꝓtegant᷑. Illis qui ſunt in ꝓſperis petit ducatū. vt ſcilicꝫ in ipſis a deo innocenter ducant᷑. Terminatur autē quinquageſima vt dictū eſt in die paſche: quia penitentia ad nouitatē vite facit reſurgere. In hoc tēpoꝛe pſalmus quīquageſim⁹ ſcꝫ miſerere mei deus: qui eſt pſalmus penitētie et remiſſionis: plurimū frequentatur.

## De Quadrageſima xxxiiii. A

Quadrageſima incipit a dominica qua cantur. Inuocauit me. Vbi eccleſia que tot tribulationibus preſſa clamauerat. Circumdederunt me ⁊ cetera. Et poſtmodū reſpirauerat inuocando adiutoꝛium dicens. exurge ⁊c. Et eſto michi in deū pꝛotectoꝛē ⁊c. Nunc oſtēdit ſe exauditaꝫ dicens. Inuocauit me ⁊c. ¶ Notandū autē ꝙ quadrageſima cōtinet. xlij. dies cōputatis dominicis diebus: ex quibus dum. vi. dies dñicales ſubtrahunt᷑ remanent. xxxvi. dies in abſtinentia qui ſunt decima totius anni. Annus eñ habet trecentos ſexagintaquiqꝫ dies. quoꝝ trigintaſex ſunt decima. Sed quatuoꝛ dies p̄cedētes adduntur: vt ſacer numerus quadraginta dierū impleat᷑: quē ſaluatoꝛ ſuo ieiunio cōſecrauit. ¶ Quare aūt in hoc numero quadragenario ieiuniuꝫ obſeruamus triplex rō aſſignari poteſt. Pꝛima eſt auguſtini. qm̄ matheus. xl. generatiōes xp̄i poſuit. Ad hoc igit᷑ dñs ſuo quadragenario numero ad nos deſcēdit vt nos ad eū noſtro quadragenario aſcēdamus. Aliam aſſignat ideꝫ dicens: ad hoc vt habeamus quinquagenariū quadragenario addēd⁹ eſt denarius: qꝛ ad hoc vt veniam⁹ ad beatā requiē opoꝛtet nos toto p̄ſentis vite tēpoꝛe laboꝛare. Vnde ⁊ dñs. xl. diebus cū diſcipulis manſit. et poſt decima die ſpūmſanctum paraclitū miſit. Tertiā autē aſſignat magiſter p̄poſitinus in ſumma de officio dicens. Mūdus in quatuoꝛ p̄tes. et annus in quatuoꝛ tēpoꝛa diuidit᷑: et homo ex quatuoꝛ elementis et quatuoꝛ cōplexionibus conſtituit᷑: et nouam legem q̄ in quatuoꝛ euangelijs cōſiſtit: et vetereꝫ que in decem mādatis trāſgreſſi ſumus. Opoꝛtet igit᷑ vt denarius ꝑ quaternariū multiplicet᷑: vt ſic quadragenariū faciam⁹ ideſt mādata veteris ⁊ noue legis toto tēpoꝛe vite huius impleamus. Cōſiſtit quidē coꝛpus noſtrū ſicut diximus ex quatuoꝛ elementis: q̄ etiā quaſi quatuoꝛ ſedes in nobis habent. Nam ignis in oculis: aer in lingua et aurib⁹ aqua in genitalibus: terra in manibus ⁊ alijs mēbꝛis dominat᷑. In oculis igit᷑ curioſitas: in lingua et auribus ſcurrilitas: in genitalibus voluptas: in manibus et in alijs membꝛis eſt crudelitas. Hec quatuoꝛ confitet᷑ publican⁹. Quia ēm a longe ſtat cōfitet᷑ luxuriā que eſt fetida: quaſi dicat. nō audeo appꝛopinquare dñe: ne in naribus tuis fetea\m. ꝙ non audet oculos ad celū leuare: confitet᷑ curioſitatem: ꝙ manu ꝑcutit pectus confitetur crudelitatem. ꝙ dicit ꝓpitius eſto michi peccatoꝛi. confitet᷑ ſcurrilitatem. Nam ſcurre cōſueuerunt vocari peccatoꝛes vel potius leccatoꝛes. Hec pꝛepoſitinus. B ¶ Gregoꝛius quoqꝫ in omel᷑. tres ponit ratiōes dicēs. Cur in abſtinētia quadragenari⁹ numerus cuſtodit᷑: niſi quia virtus decalogi ꝑ libꝛos quatuoꝛ ſancti euangelij implet᷑. In hoc etiam moꝛtali

corpore ex quatuor elemētis ſubſiſtimꝰ. et ꝑ volu-
ptates eiuſdē corporis p̄ceptis dñicis cōtrariamur.
Quia ergo ꝑ carnis deſideria decalogi mandata
cōtempſimus. dignū eſt vt eandem carnē quater-
decies affligamus. A p̄ſenti quoqꝫ die vſqꝫ ad paſ
cha ſex ebdomade .i. quadragintaduo dies veni-
unt: ex quibus dum ſex dies dñici de abſtinentia
abſtrahunť: trigintaſex in abſtinentia remanent.
Dum vero ꝑ tricentos ſexagintaquinqꝫ dies annꝰ
ducitur quaſi anni noſtri decimas deo damus. Hec
grego. ¶ Quare aūt nō obſeruamꝰ noſtrū ieiuniū
eodē tempore quo xp̄s ieiunauit. qui ſtatim poſt
baptiſmū iſtud inchoauit: ſed cum paſcha potius
iſtud ꝯtinuamꝰ: quadruplex ratio aſſignať in ſum
ma de officio magiſtri iohānis beleth ¶ Prima eſt
vt ſi volumus cū xp̄o reſurgere: q2 pro nobis ipe
eſt paſſus. et nos cū eo pati debemus. ¶ Secūda
cauſa eſt vt filios iſrael imitemur. qui primo eo tē
pore exierūt de egypto. poſtea eo tēpore de baby-
lonia: quod inde ꝓbatur: qm̄ tam iſti q̄ illi ſtatim
quando egreſſi ſunt celebrauerūt paſcha. Sic et
nos imitantes eos hoc tēpore ieiunamus. vt de
egypto et babilonia id eſt hoc mūdo in terrā eter
ne hereditatis ingredi mereamur ¶ Tercia cau-
ſa eſt qm̄ feruor libidinis in tēpore veris magis ſo
let nos accēdere: vt ergo refrenemꝰ corporis eſtū
in hoc tēpore maxime ieiunamus. Quarta eſt q2
ſtatim poſt ieiunium debemus corpus dñi accip̄e.
Sicut ergo filij iſrael priuſq̄ comederēt agnū affi
gebant ſe et comedebāt agreſtes lactucas et ama-
ras. ita et nos debemus per penitentiā prius affi
gi: vt digni valeamus comedere agnum vite.

## ¶ De ieiunio quatuor temporum xxxv. A

IEiunia quatuor tēpoꝝ a calixto papa inſti
tuta ſunt. Fiūt autem hec ieiunia quater in
anno ſcd̄m quatuor tempora ipſius anni. et
huius eſt multiplex ratio. Prima eſt qm̄ ver eſt ca
lidū et humidū. eſtas calida et ſicca. autūnus frigi
dus et ſiccus. hyemps frigida et humida. Jeiuna-
mus igiť in vere vt noxiū humorē. id eſt luxuriā
in nobis tēperemꝰ: in eſtate vt noxiū calorē id eſt
auariciā in nobis caſtigemus. in autūno vt caſti-
gemus ariditatē ſupbie. in hyeme vt caſtigemus
frigus infidelitatis et malicie. ¶ Secūda ratio eſt
quare ſcꝫ quater i anno ieiunamꝰ qm̄ prima huiuſ
modi ieiunia fiūt in marcio: ſcꝫ i prima ſeptimana
quadrageſime vt in nobis marceſcāt vicia. nō eñ
oīno poſſunt extingui. Vel potius vt in nobis vir
tutum germina oriant. In eſtate fiunt ſecunda: vt
in ſeptimana pēthecoſtes: quia tūc venit ſpūſſan
ctus: et nos debemꝰ eſſe feruētes in ſpiritu ſancto
In ſeptēbri fiūt ante feſtū ſancti michaelis tercia
ieiunia: quoniā fructus tūc colligunť. et nos debe-
mus deo reddere fructus bonorū operum. In de
cēbri fiunt quarta. qm̄ tūc moriunť herbe. et nos
debemus mortificari mūdo ¶ Tercia ratio eſt vt
iudeos imitemur. Judei quidē quater in anno ie-
iunabāt: ſcꝫ ante paſcha: ante penthecoſtes: ante
ſcenophegiā. id eſt ante infixionē tabernaculi in
ſeptēbri: et ante encenia. id eſt ante dedicationē
in decēbri. ¶ Quarta ratio eſt qm̄ homo conſtat
ex quatuor elementis quantū ad corpus. et tribꝰ
potentijs: ſcꝫ rationali. cōcupiſcibili. et iraſcibili
quantū ad animā. Ut ergo hec moderentur in no
bis: quater in anno ꝑ tres dies ieiunamus. vt qua
ternarius referatur ad corpus. ternarius vero ad
aīam. Et he ratiōes ſunt magiſtri iohānis beleth
¶ Quinta ratio eſt qm̄ vt dicit iohānes damaſcenꝰ
in vere augmētať ſanguis: in eſtate colera: in au-
tumno melācolia: in hyeme flegma. Jeiunamus
igiť in vere vt in nobis debiliteť ſanguis cōcupi-
ſcētie et inepte leticie. Sanguineus eñ eſt libidi-
noſus et letus. In eſtate vt debiliteť colera iracū-
die et fallacie. Colericus eñ eſt naturaliter iracū-
dus et verſutus. In autumno vt debiliteť melan-
colia cupiditatis et triſticie. Melancolicus eñ eſt
naturaliter cupidus et triſtis. In hyeme vt debili-
tetur flegma hebetudinis et pigricie. Naꝫ flegma-
ticus naturaliter eſt hebes et piger. ¶ Sexta ratio
eſt: quoniā ver comparať aeri. eſtas igni. autum-
nus terre. hyemps aque. Jeiunamus igiť in vere
vt in nobis edomeť aer elatiōis et ſupbie ¶ In eſta
te vt i nobis edomeť ignis cupiditatis et auaricie
In autumno vt edomeť terra frigiditatis ſpūalis
et tenebroſe ignorātie. In hyeme vt edomeť i no
bis aqua leuitatis et incōſtātie. ¶ Septima rō eſt
qm̄ ver referť ad puericiā. eſtas ad adoleſentiam
autumnus ad maturitatem ſiue virilem etatem.
hyemps ad ſenectutē. Jeiunamus igiť in vere vt
ſimus pueri per innocentiā. in eſtate vt efficiamur
iuuenes per conſtantiam et fortes vitando incon
tinentiam. in autūno vt efficiamur maturi per mo
deſtiā. in hyeme vt efficiamur ſenes per prudētiā
et honeſtā vitā. vel potius in hyeme vt ſatiſfacia-
mus quicquid ꝑ illas quatuor etates offendimus
¶ Octaua ratio eſt magiſtri guilhermi altiſiodo-
renſis. ¶ Ideo enim in quatuor anni temporibus
ieiunamus. vt emendemus que in illis quatuor

anni tempoꝛibus delinquimus. Et fiunt per tres dies vt ſatiſfaciamus in die qd deliquimus in mē ſe. Et fiunt in feria quarta: quia tunc dn̄s a iuda traditus fuit: in ſexta feria: qꝛ in ea crucifixus fuit. in ſabbato: qꝛ in ſepulcro iacuit: ꝛ q̄a triſtes erant apoſtoli de nece ſui domini.

## De ſancto ignatio xxxvi. A



Ignatius dicitur quaſi ignem pacius. id eſt igne pacieus diuini amoꝛis. Ignatius fuit diſcipulus beati iohānis et ep̄s anthiocenus. Hic epiſtolā ad beatā virginē direxiſſe legit in hec verba. Chriſtifere marie ſuus ignati⁹. Me neophitum iohāniſqꝫ tuū diſcipulū cōfoꝛtare et cōſolare debueras. De ihū em̄ tuo ꝑcepi mira dicta et ſtupefactus ſum ex auditu. A te aūt que ſemper fuiſti ei familiariter coniuncta et ſecretoꝛum eius ↄſcia: deſidero ex anima fieri certioꝛ exauditis. Ualeas et neophiti qui mecū ſunt ex te et per te et in te confoꝛtentur. Beata aūt virgo dei genitrix. Maria in hec verba ſibi reſpōdit. Ignatio dilecto cōdiſcipulo. humilis ancilla xp̄i ihеſu. De iheſu que a iohanne audiſti ꝛ didiciſti vera ſunt: illa credas: illis inhereas et xp̄ianitatis voto firmiter teneas: et moꝛes et vitam voto cōfoꝛmes. Ueniam autē vna cū iohanne te et qui tecum ſunt viſere. Sta et viriliter age in fide: nec te cōmoueat perſecutionis auſteritas. ſed valeat et exultet ſpiritus tuus in deo ſalutari tuo amen. Tante autē auctoꝛitatis beatus Ignatius extitit: ꝙ etiā dioniſius pauli apoſtoli diſcipulus qui fuit in philoſophia tam ſummus: et in diuina ſcientia tam perfectus verbum beati ignatij ad confirmationē dictoꝛum ſuoꝛū tanꝗ̄ ꝓ auctoꝛitate adduxerit. Cū em̄ vt ipſe in libꝛo de diuinis noībus atteſtat: quidā nomen amoꝛis in diuinis repꝛehenderēt dicētes. In diuinis nō tam eſſe nomen amoꝛis ꝗ̄ dilectionis: volens oſtēdere hoc nomen amoꝛis per oīa in diuinis eſſe vtendū ait. Scribit em̄ diuinus ignati⁹ amoꝛ me⁹ crucifixus eſt. Legit in hyſtoꝛia triꝑtita: ꝙ ignatius audiuit angelos cantantes antiphonas ſuꝑ montē quendā: et exinde ſtatuit antiphonas cantari in eccleſia et pſalmos ſcd̄m antiphonas intonari. B Cū ergo beatus ignati⁹ diu pꝛo pace eccleſie dn̄m exoꝛaſſet: non ſuū ſed infirmoꝝ periculū metuens trayano imꝑatoꝛi q̄ cepit anno dn̄i. c. de victoꝛia redeunti: et xp̄ianis oībus moꝛtē minanti occurrit: et libere ſe xp̄ianū eſſe aſſeruit. Quē trayanus ferro vinctum decem milibus tradidit: et romā adduci pꝛecepit. minās eidem ꝙ traderetur ibidem beſtijs devoꝛandus. Cū ergo romā duceret ad oēs eccleſias epiſtolas deſtinabat: et eas in fide xp̄i confirmabat. Inter quas vnā ſcripſit ad romanā eccleſiam ſicut legit in hyſtoꝛijs eccleſiaſticis rogās ne ſuum martiriū impediat. vbi ſic dixit. A ſyꝛia vſqꝫ ad romā cum beſtijs terra mariqꝫ depugno: die ac nocte cōnex⁹ et colligatus decē leopardis militibus ducoꝛ ad cuſtodiam datis qui ex beneficijs noſtris ſenioꝛes fiunt. ſed ego eoꝛū nequicijs magis erudioꝛ. O ſalutares beſtie que pꝛeparant michi: qn̄ venient: quādo emittent. Quādo eis licebit carnib⁹ meis frui. Inuitabo eas ad devoꝛationē meā et depꝛecaboꝛ ne foꝛte vt in nōnullis fecerunt timeant contingere coꝛpus meū quinimo et ſic cūctabunt: ego vim faciā: ego me ingerā. Date queſo veniā ego noui q̄d michi expediat. Ignes: cruces: beſtie: diſperſiones: oſſiū diſcerptiones: omniū mēbꝛoꝛū et totius coꝛpoꝛis: et omīa pene in me vnū ſupplicia dyaboli arte acquiſita cōflectent dūmodo iheſum xp̄m merear adipiſci. C Cum ergo romā veniſſet: et ad trayanū duct⁹ fuiſſet. Dixit ei trayan⁹ Ignati. Cur anthiochiā rebellare facis: et gentē meam ad xp̄ianitatē cōuertis? Cui ignati⁹. Utinā et te poſſem cōuertere vt ſemꝑ obtineres foꝛtiſſimum pꝛincipatum. Cui trayanus. Sacrifica dijs meis: et ſacerdotū omniū pꝛinceps eris. Cui ignatius. Nec dijs tuis ſacrificabo: nec tuam affecto dignitatem. De me quicquid vis facere poteris: ſed nullatenus me mutabis. Trayanus dixit. Plumbatis ſcapulas eius contundite: et vngulis latera

BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

laniate et duris lapidibus eius vulnera cōfricate. Cumq̄ hec omnia in eū feciſſent et ipſe immobilis permaneret dixit trayanus. Carbones viuos afferte: et ipſum nudis plantis deſuper ambulare facite. Cui ignacius. Nec ignis ardēs nec aqua buliens poterit in me xp̄i ihesu caritatē extinguere. Cui trayanus. Maleficia ſunt hec ꝙ tanta patiēs non cōſentis. Cui ignacius. Nos xp̄iani malefici nō ſumus: ſed in lege noſtra maleficos viuere prohibemus. Sed vos malefici eſtis qui ydola adoratis. Trayanus dixit. Dorſuʒ eius vngulis laniate et plagas ſale ꝑfundite. Cui ignaci⁹. Nō ſunt cōdigne paſſiones huius tēporis ad futurā gloriam. Trayanus dixit. Jam nunc eū tollite vinculis ferreis alligate ī cippo in imo carceris cuſtodite: ſine cibo et potu eum eſſe permittite. et poſt triduū deuorandū beſtijs date. Tercia igiꝛ die impator et ſenatus omiſq̄ populus cōuenerunt vt viderent epiſcopū anthiocenū qui erat cū beſtijs pugnaturus. Dixitq̄ trayanus. Qm̄ ignacius ſuperbus et cōtumax eſt ip̄m alligate: et duos leones ad ip̄m laxate: vt nec vllas reliquias ex eo relinquāt. Tūc ſanctus ignaci⁹ dixit ad populū qui aſtabat. Uiri romani qui hoc certamē aſpicitis nō ſine mercede laboraui: quia nō ꝓpter prauitatē: ſed ꝓpter pietatē hec patior. Deinde cepit dicere ſicut legiꝛ in hyſtoria eccleſiaſtica. Frumentū xp̄i ſum beſtiarū dentibus molar vt panis mūdus efficiar. Hoc audiens impator dixit. Grandis eſt tollerantia xp̄ianorū. Quis grecoruʒ tanta toleraret pro deo ſuo? Reſpōdit ignacius. Non hec mea virtute ſed xp̄i adiutorio toleraui. Tunc ſanctus ignaci⁹ cepit leones ꝓuocare: vt ad ſe deuorandū accurrerēt. Accurrētes igiꝛ duo ſeui leones ip̄m tantūmodo ſuffocauerūt carnē tamen eius nullaten⁹ tetigerunt. Trayanus autē hoc vidēs cum nimia admiratiōe diſceſſit precipiens vt non ꝓhiberet ſi quis vellet tollere corpus eius. Quapꝓpter xp̄iani corpus ei⁹ tulerunt et ip̄m honorifice ſepelierūt. Cum auteʒ trayanus quaſdā litteras recepiſſet in quibus plinius ſcōs xp̄ianos quos impator occidi iuſſerat plurimū cōmendabat doluit de his que ignacio intulerat. et precepit vt nullus xp̄ianus inquireretur ſi quis tamē incideret puniret. ❡ D. Legiꝛ autē ꝙ beatus ignaci⁹ inter tot tormētoꝝ genera nunquā ab inuocatione noīs ihesu xp̄i ceſſabat. Quiʒ cū tortōres requirerēt: cur hoc nomen totiens replicaret ait. Hoc nomē cordi meo inſcriptū habeo et ideo ab eius inuocatiōe ceſſare nō valeo. Poſt mortē igiꝛ eius illi qui aderant volentes curioſius experiri. cor eius ab eius corpore auellunt et illud ſcindentes per mediū totū cor eius inſcriptū hoc noīe ihesus xp̄s litteris aureis inueniūt. Unde ex hoc plurimi crediderūt. De hoc ſctō ſic dicit bern̄. ſup pſalmū. Qui habitat. Magnus ille ignacius auditor diſcipuli quē diligebat ihūs martir et ipſe cuius ꝑcioſis reliquijs noſtra eſt ditata paupꝛtas. Mariam quidē in pluribus quas ad eam ſcripſit epiſtolis xp̄iferam conſalutat. Egregius plane titulus dignitatis. et cōmendatio honoris imenſi.

## ❡ De purificatione beate marie virginis xxxvii A



Purificatio beate virginis marie quadrageſimo die poſt natiuitatē dn̄i facta eſt. Conſueuit aūt illud feſtū tribus nominibus appellari. ſciꝫ purificatio ypapanti: et candelaria. Purificacio autē diciꝛ ex eo ꝙ quadrageſima die a natiuitate dn̄i beata virgo maria ad templū venit: vt ſcōm legis cōſuetudinē mundareꝛ cuꝫ tamē ſub illa lege nō tenereꝛ. Preceperat aūt lex leuitici. xij. ꝙ mulier que ſuſcepto ſemine filiū pepiſſet immūda eſſet ſeptē diebus. immūda ſcꝫ a cōſorcio hominū et ab ingreſſu tēpli. Sed cōpletis ſeptem diebus mūda quidē efficiebaꝛ quo ad cōſorciū hominū: ſꝫ adhuc vſq̄ ad. xxxiij. diē quo ad ingreſſū tēpli immūda erat. Tandē completis quadraginta diebus quadrageſima die templū intrabat. et puerū cuꝫ munerib⁹ offerebat. Si vero feminā pepiſſet duplicabanꝛ dies: et quo ad conſorciū hominū et quo ad ingreſſum templi. Quare autem

dn̄s p̄cepit vt quadrageſſima die puer in tem-
plo offerretur triplex poteſt eſſe ratio. Una vt per
hoc intelligatur ꝙ ſicut puer quadrageſima die in
materiale tēpluꝫ inducit̄ ſic et quadrageſima die a
cōceptione vt ſepius aīa in corpus tanꝙ̄ in ſuum
templū infundit̄: ſicut dicit̄ in ſcolaſtica hiſtoria li-
cet phiſici dicāt: ꝙ quadraginta ſex diebus corpus
perficiat̄. Scd̄a vt ſicut aīa quadrageſima die cor-
pori infuſa ab ipſo corpore maculat̄. ſic quadrage-
ſima die templū ingrediēs per hoſtias ab ipa ma-
cula amplius expietur. Tercia vt per hoc det̄ intel-
ligi ꝙ in templū celeſte merent̄ ingredi qui decē
p̄cepta cū fide quatuor euangeliorū voluerint ob-
ſeruare. In pariente vero feminā duplicant̄ dies
quo ad tēpli ingreſſionem. ſicut et duplicant̄ quo
ad corporis formationē. Naꝫ ſicut in .xl. dieb⁹ cor-
pus maſculi organiſat̄ et ꝑficit̄ ⁊ in quadrageſima
die anima infundit̄ vt ſepius: ſic corpus femine in
lxxx. ꝑficit̄ et octoageſima die anima vt ſepius in-
ſpiratur. ¶ Quare autē duplo corpus femine tar-
dius perficit̄ in vtero ꝙ̄ corpus viri: et ei anima in-
funditur: obmiſſis rationibus naturalib⁹ triplex
ratio aſſignari poteſt. Prima quoniā xp̄s aſſum-
pturus erat carnē in ſexu virili: ideo vt ip̄m ſexuꝫ
honoraret ⁊ ampliorē ſibi gratiā faceret voluit vt
puer citius formaret̄ et mater citius mundaretur.
Scd̄a vt quoniā mulier plus peccauit ꝙ̄ vir: et ſic
erumne eius ab erumnis viri duplicate ſunt exte-
rius in mundo. ſic et duplicari debuerunt interius
in vtero. Tercia vt per hoc intelligi det̄ ꝙ mulier
quodāmodo plus fatigauit deū ꝙ̄ vir. ex eo ꝙ am-
plius deliquit. Deus eñ quodammodo in noſtris
prauis oꝑibus fatigat̄. Unde ipſe dicit yſaye .xliij.
Seruire me feciſti in peccatis tuis. Et iterū dicit
hieremie .vi. Laboraui ſuſtinens. ¶ Beata igitur
virgo huic legi purificationis nō tenebat̄ quia nō
peꝑit ſuſcepto ſemine: ſed miſtico ſpiramine. Uñ
moyſes addidit ſuſcepto ſemine. cū tamen neceſſe
nō erat quantū ad alias mulieres q̄ oēs ſuſcepto
ſemine pariūt: ſꝫ ideo addidit vt dicit hern̄. quia ti-
muit in matrem dn̄i blaſphemiā irrogare. Uoluit
tamen in hoc ſe ſubdere legi propter quatuor ra-
tiones. Prima ratio eſt vt exēplū humilitatis da-
ret. Unde dicit hern̄. Uere beata virgo nō habes
cauſam nec tibi opus eſt purificatiōe. Sed nunq̄d
filio tuo opus erat circūciſiōe? Eſto inter mulieres
tanꝙ̄ vna illarū. Nā et filius tuus ſic eſt in medio
puerorꝫ. Hec aūt humilitas non ſolum fuit ex ꝑte
filij qui ſimiliter voluit ſe in hoc ſubdere legi. Naꝫ
in natiuitate ſe habuit vt pauꝑ hō: in circūciſione
vt pauper et peccator homo: ſed hodie vt pauper
et peccator et ſeruus homo. Ut pauꝑ in eo ꝙ obla-
tionē pauperū elegit. vt peccator in eo ꝙ ipſe cum
matre voluit expiari. vt ſeruus in eo ꝙ voluit re-
dimi. Sic etiā voluit poſtmodū baptiſari: nō pro-
pter culpā purgandā ſed ꝓpter eius humilitatem
maximā oſtendendā. Nam omīa remedia contra
originale peccatū inſtituta. xp̄s in ſe aſſumere vo-
luit non q2 aliquatenus indigeret: ſed vt humilita-
teꝫ ſuā maximā nobis oſtēderet: et vt illa remedia
pro tp̄e ſuo bona fuiſſe mōſtraret. B Quinqꝫ
eñ remedia cōtra ip̄m originale peccatū per pro-
ceſſum tēporis inſtituta ſunt: quorū tria ſcd̄m qd̄
dicit hugo de ſancto victore in lege veteri inſtitu-
ta ſunt. ſcꝫ oblationes. decimaciōes: et ſacrificiorꝫ
immolatiōes: ꝑ que maxime op⁹ noſtre redēptio-
nis exprimebat̄. Nam modus redimendi exprime-
batur ꝑ oblationē: ipſum preciū per ſacrificiuꝫ in
quo erat ſanguinis effuſio: ip̄m redēptū per deci-
macionē quia homo ſignificat̄ per decimā dragmā.
Primū ergo remediū fuit oblatio Unde chayn ob-
tulit deo munera de frugibus. et abel de gregib⁹.
Scd̄m fuit decimacio. Unde et abraham melchiſe-
dech ſacerdoti decimas obtulit. Naꝫ ſecūdū aug⁹.
decimabat̄ qd̄ curabat̄. Terciū fuit ſacrificiorū im-
molatio. Ipſa eñ ſacrificia ſcd̄m qd̄ dicit gregori⁹
erant ꝯtra originale peccatū. Quia tñ exigebatur
vt adminus alter parentū fidelis eſſet ⁊ aliquādo
vtriqꝫ infideles eſſe poterūt: ideo aduenit quartū
remediū ſcꝫ circūciſio q̄ ſiue parētes fideles eſſent
ſiue infideles valebat. Sed quia illud remediū nō
poterat cōuenire niſi ſolis maribus. nec ianuā ꝑa-
diſi poterat aperire: ideo ſucceſſit ei quintū remediū
ſcꝫ baptiſmus q̄ eſt cōmunis oībus et ianuā celi a-
perit. Primū igit̄ remediū xp̄s quodāmodo aſſum-
pſiſſe videt̄ quādo in tēplo a parētibus eſt oblat⁹
Scd̄m remediū quodāmodo aſſumpſit quādo .xl.
diebus et noctib⁹ ieiunauit: quia eñ non habebat
vnde ſolueret decimas rerū: ſaltē deo obtulit deci-
mas dierū. Terciū aſſumpſit quādo mater ei⁹ par
turturū aut duos pullos colūbarꝫ pro eo obtulit.
vt inde ſacrificiū fieret: vel quādo in cruce ſe ſacri-
ficiū obtulit. Quartū quando ſe circūcidi permiſit.
Quintū quādo a iohāne baptiſma ſuſcepit. Scd̄a
ratio eſt vt legē impleret. Nō eniꝫ venerat dn̄s le-
gem ſoluere ſed adimplere. Nā ſi in hoc legē ſol-
uiſſet potuiſſent ſe iudei excuſare et dicere. Dn̄ do-
ctrinā tuam non recepimus: ex eo ꝙ diſſimilis es
patribus. nec legis traditiōes obſeruas. Tripli-
ci autem legi hodie ſe chriſtus et virgo ſubiecit.

# De purificatiõe beate marie

Primo legi purificationis in ſignificationē virtu-
tis vt poſtꝙ oīa bene fecerimus dicamꝰ ꝙ ſerui in
utiles ſumus. Scđo legi redēptionis ad exemplū
humilitatis. Tercio legi oblationis ad exemplum
pauꝑtatis ¶ Tercia ratio eſt vt legē purificatio-
nis terminaret: Sicut eñ adueniente luce ceſſant
tenebre: et adueniēte ſole recedit vmbra: ſic et ad
ueniente purificatione vera ceſſauit purificatio te
pica. Ibi eñ aduenit vera purificatio noſtra idest
xp̄s qui actiue dicit̄ purificatio: ex eo ꝙ nos per fi
dem purificat: ſcđm quod dicitur. fide purificans
corda eoꝝ. Hinc eñ eſt ꝙ nec decetero patres te-
nentur ad ſolutionē: nec matres ad purificationē
vel tēpli ingreſſionē. nec filij ad illā redemptionē
¶ Quarta ratio eſt vt nos purificandos inſtrueret
Quinqꝫ aūt modis fit purgatio ab infamia ſcđm
iura ſꝫ tres inhibeātur ſcđm quos et nos purgari
debemꝰ. ſcꝫ iuramēto qđ ſignificat peccati abrenū
ciationē: aqua q̄ ſignificat baptiſmalē ablutionē.
igne qui deſignat ſp̄ualis gratie infuſionē. teſtibꝰ
qui deſignāt bonoꝝ operū multitudinē: bello qđ
ſignificat tēptationē. Ueniens autē beata virgo
ad tēplū filiū ſuum obtulit. et eū quinqꝫ ſiclis re-
demit. Notādū eñ ꝙ quedā primogenita redime-
bant̄. ſicut primogenita vndecim tribuū: q̄ redime
bant̄ quīqꝫ ſiclis. Quedā nō redimebātur ſicut pri
mogenita leuitaꝝ. q̄ nunꝙ redimebātur ſed cū in
adultā etatē ꝑueniebāt: ſemꝑ in tēplo dn̄o ſeruie-
bant: et ſicut primogenita mundoꝝ animaliū que
iteꝝ nō redimebātur ſed dn̄o offerebātur. Quedā
cōmutabant̄ vt primogenitū aſini qđ cōmutabat̄
in ouē. Quedā occidebātur vt primogenitū canis
Cū igitur xp̄s fuerit de tribu iuda q̄ fuit vna vnde
cim tribuum patet ꝙ debuit redimi. ¶ Obtulerūt
etiā pro eo dn̄o par turturū aut duos pullos colū-
barū. Hec eñ erat oblatio pauperū: ſꝫ agnus ob-
latio diuitū. Nō aūt dixit pullos turturū ſicut dixit
pullos colūbarū: qꝛ pulli colūbaꝝ ſemꝑ inueniū-
tur: pulli aūt turtuꝝ nō ſemꝑ inueniūtur. turtures
aūt ſemꝑ inueniūtur. Nec dixit par colūbaꝝ ſicut
dixit par turturū: q̄a colūba eſt auis libidinoſa. et
ideo in ſacrificio ſuo deus noluit eā offerri. turtur
aūt eſt auis pudica. Sed nōne beata virgo maria
pauloante a magis multa pōdera auri receperat
videt̄ ergo ꝙ bene potuerit agnū vnū emere. Sꝫ
dicēdū ꝙ ſine dubio ſcđm bern̄. magi magna pō-
dera auri obtulerūt qꝛ nō eſt veriſimile ꝙ tales re
ges tali puero vilia munera obtuliſſēt. Sed tamē
beatā virgo vt aliq̄bus palcet illđ ſibi nō retinuit
ſed ſtatim pauꝑibus erogauit. Uł forte ꝑegrinatōi

in egyptū ꝑ ſeptenniū imminēti ꝓuide reſeruauit
Uel forte nō in magna quātitate talia obtulerunt
cū hec in ſignificationē miſticam offerrent. Ponit
aūt expoſitor tres oblationes de dn̄o factas. Pri-
ma facta eſt de ip̄o a parētibꝰ. Scđa ꝑ ip̄o de aui
bus. Terciā fecit ip̄e in cruce ꝓ hoībꝰ. Prima oſtē
dit eius humilitatē quia dn̄s legis ſe legi ſubiecit.
Scđa pauꝑtatē quia pauperū oblationē elegit.
Tercia caritatē q̄a ſe ꝓ pctōribus tradidit. Pro-
prietates turturis habētur his verſibꝰ. Alta petit
turtur: cātando gemit: veniēs ver. Nūciat et caſte
viuit: ſoluſqꝫ moratur. Pullos nocte fouet mortici
nūqꝫ fugit Proprietates vero colūbe his verſibꝰ
notātur. Grana legit. volitat ſociata: cadauera vi
tat. felle carit. plangit ſociūqꝫ per oſcula tangit.
Petra dat huic nidū: fugit hoſtē in flumine viſum
Roſtro nō ledit geminos pullos bene nutrit. Dici
tur ſcđo hec feſtiuitas ypapanti. qđ idem eſt quod
p̄ſentatio: ex eo ꝙ xp̄s eſt in tēplo p̄ſentatus. Uel
ypapāti qđ idē eſt qđ obuiatio q̄a ſimeon et anna
obuiauerūt dn̄o cū offerretur in tēplū: et dicit̄ ab
ypa qđ eſt ire et anti qđ eſt cōtra. Tunc aūt acce-
pit eū ſimeon in vlnas ſuas. Et notādū ꝙ triplex
obūbratio ſiue exīanitio hic de ſaluatore nr̄o facta
eſt. Prima eſt exinanitio veritatis. Ille eñ qui eſt
veritas: qui omnē hominē ꝑ ſeipſum qui eſt via: in
ſeip̄m qui eſt vita ducit. hodie ab alijs ſe duci ꝑmi-
ſit. Cū inducerēt inquit puerū ihesū ⁊c. Scđa eſt
exinanitio bonitatis: quoniā ille q̄ ſolus ſanctꝰ et
bonus eſt tanꝙ immūdus voluit cū matre expiari
Tercia eſt exinanitio maieſtatis: qm̄ ille q̄ eſt por-
tans omīa verbo virtutis ſue hodie in vlnis ſenis
ſe recipi et portari permiſit. qui tamen portabat
portantē ſe ſcđm illđ. Senex pueꝝ portabat puer
aūt ſenē regebat. Tunc aūt ſimeon benedixit eū
dicēs. Nunc dimittis ſeruū tuū dn̄e ⁊c. Et appel-
lat eū ſimeon tribꝰ noībus. ſcꝫ ſalutare lumen. et
gloriā plebis iſrael. Ratio aūt huius triplicis no-
minis poteſt quadrupliciter ſumi. Primo penes
noſtrā iuſtificationē: vt dicat̄ ſalutare remittendo
culpā: qꝛ ihūs interꝑtatur ſaluator. ex eo ꝙ ſaluū
facit pplm̄ ſcꝫ a pctīs eoꝝ. Lumen dando gratiā
Gloria plebis dando gloriā. Scđo penes noſtrā
regenerationē. Nā primo puer exorciſatur et ba-
ptiſat̄. et ſic a pctō mundatur quo ad primū. Scđo
cādela accenſa ei dat̄ quo ad ſcđm. Tercio ad alta
re offertur quo ad terciū. Tercio penes hodiernā
ꝓceſſionē. Nā primo cādele benedicunt̄ et exorci-
ſantur. Scđo accendunt̄ et in manibus fideliū dant̄
Tercio eccleſiā cū canticis ingrediūtur. Quarto

# De purificatiōe beate marie

penes triplicē huiꝰ feſti denoīationē. Naȝ dicitur purificatio quo ad purgationē culpe ꝑ hoc ꝙ dicit̄ ſalutare. Dicit̄ cādelaria quo ad illumīationē grē ꝑ hoc ꝙ dicit̄ lumē. Dicitur ypapanti quo ad collationeȝ glīe. ꝑ hoc ꝙ dicit̄ gloriā plebis iſrael. Tūc eñ occurremus obuiā xp̄o in aera. Uel poteſt dicī ꝙ laudatur xp̄s in hoc cantico: vt pax: vt ſalus: vt lux: vt gloria. Pax quia mediator eſt. Salus q: redēptor. Lux qa doctor. Glīa quia p̄miator. ¶ Dicitur ⁊ tercio hoc feſtū cādelaria: ex eo ꝙ cādele accenſe in maībꝰ portātur. Quare aūt eccleſia hoc ordinauerit: vt ſcȝ in hac die cādele accenſe in manibus portētur. p̄nt aſſignari quatuor rationes. Primo ꝓpter remouēdā erroneā conſuetudinē. Romani eñ olim in kalēd februarij ad honoreȝ februe matris martis: q̄ erat deus belli. vrbem de quinto in quintū annū cum cereis et facibus tota nocte luſtrabāt vt filius ſuus ſcȝ mars eis victoriā de inimicis cōcederet cuius matrem tam ſolenniter honorarent. Et illud ſpaciū dicebatur luſtrum Romani etiā in februario ſacrificabāt februo ideſt plutoni et ceteris dijs infernalibus: et hoc ꝓ aīabus anteceſſoꝝ ſuorū. Ut ergo ꝓpiciarētur eorū. ideo ⁊ eis ſolēnes hoſtias offerebāt. et tota nocte coꝝ laudibꝰ inſiſtētes cū cereis et accēſis facibus vigilabāt Mulieres etiā romanoꝝ vt ait inocētiꝰ papa. his diebus feſtū luminariū exercebāt quod a q̄buſdā fabulis poetaꝝ originē traxit. Aiūt eñ ꝙ ꝓſerpina fuit adeo ſpecioſa: ꝙ pluto deꝰ infernalis eam cōcupiſcēs ipām rapuit: et deā eaȝ fecit Parentes aūt ſui ꝑ ſiluas et nemora cū facibus et luminaribꝰ eam multo tēpore queſierūt. Et iſtud mulieres romanoꝝ repſentātes cū facibꝰ et luminaribus circūibant. Et quoniā difficile eſt cōſueta relinquere: xp̄iani de gētibus ad fidem cōuerſi difficile poterāt relinquere hmōi ꝯſuetudines paganorū. ideoq̧ ſergius papa hāc conſuetudinem in melius cōmutauit. vt ſcȝ xp̄iani ad honorē ſancte matris dn̄i omni anno in hac die totū mundū cum accenſis cādelis. et benedictis cereis illuſtrarēt vt ſolennitas quidē ſtaret ſed alia intentione fieret. Scd̄o ꝓpter oſtēdendā virginis puritatē. Aliqui eñ audiētes virginem purificatā: poſſent credere ipām purificatione indiguiſſe. Ut ergo oſtēdat̄ ꝙ tota fuit puriſſima et ſplēdida: ideo ordinauit eccleſia vt lumīoſos cereos baiulemꝰ. ac ſi ip̄o facto dicat eccleſia. Uirgo beata purificatiōe non indiges: ſed tota rutilas: tota ſplēdes. Uere eñ purificatione nō indigebat: q̄ et non ſuſcepto ſemine cōceperat: et in matris vtero ꝑfectiſſime mūdata: et

ſanctificata erat. Adeo aūt fuit in matris vtero et in aduētu ſp̄uſſancti ſanctificata et mūdata ꝙ non ſolū aliquod īclinamentū ad peccatū in ea penitꝰ nō remanſit: ſed etiā virtus ſanctitatis eiꝰ vſq̧ ad alios extēdebatur et trāſfundebatur: ita ꝙ ī alijs oēs motus carnalis concupiſcentie extinguebat. Unde dicūt iudei ꝙ cū maria pulcherrima fuerit a nullo tamē vnq̄ potuit cōcupiſci. et ratio eſt quia virtꝰ ſue caſtitatis cunctos aſpiciētes penetrabat et omnē in eis concupiſcentiā repellebat. Uñ cōparatur cedro: q: ſicut cedrus ſerpētes odore ſuo interficit. ita eiꝰ ſanctificatio ī alijs radiabat ⁊ oēs motus in carne ſerpētinos occidebat. Cōparatur etiaȝ mirre: q: ſicut mirra interficit vermes: ſic eiꝰ ſanctitas cōcupiſcētias carnales. Et hāc prerogatiuā habuit p̄ ceteris ſanctificatis in vtero et virginibus: q: coꝝ ſanctitas et caſtitas in alios nō trāſfundebat̄. nec carnales motꝰ in alijs extinguebat Uirtus aūt caſtitatis virginis etiā impudicoꝝ corda medulitus penetrabat ſet ea quo ad ipām ꝑtinus caſta reddebat. Tercio ꝓpter repreſentādaȝ hodiernā ꝓceſſionē. Nā maria et ioſeph et ſymeō et anna hodie honorabilem ꝓceſſionē fecerūt: et pueꝝ iheſuȝ in tēplū p̄ſentauerūt. Sic et nos ꝓceſſionē facimꝰ: et cereū accenſum ꝑ quē ſignificatur ihūs in manibus baiulamꝰ: et vſq̧ in eccl'ias deferimus. Tria eñ ſunt in cereo: ſcȝ cera: lichinius: et ignis. et ꝑ hec tria ſignificantur tria que fuerūt in xp̄o. Nam cera ſignificat carnē xp̄i: que nata eſt de maria virgine ſine corruptione carnis ſicut apes cerā gignūt ſine alterutꝝ cōmixtiōe. Lichiniꝰ in cera latēs ſignificat aīam candidiſſimā in carne latētem. Ignis vero ſiue lumē ſignificat diuinitatē: q: deus noſter ignis cōſumēs eſt. Unde quidā ſic ait Hāc in honore pie candelā porto marie. Accipe ꝑ cerā carnē de virgine verā. Per lumē numen. maieſtatiſq̧ cacumē. Lichiniꝰ et eſt aīa ſub carne latens preopima. Quarto propter inſtructionē noſtrā. In hoc eñ inſtruimur ꝙ ſi volumus eſſe ante deū purificati et mūdi: tria in nobis habere debemus. ſcȝ fidē verā: actionē bonā: intencionē rectā. Nā candela in manu accēſa eſt fides cū operatiōe bona: et ſicut cādela ſine lumine dicit̄ eſſe mortua et lumē ꝑ ſe ſine candela nō lucet ſed mortuū eſſe videt̄: ſic et opatio ſine fide et fides ſine bono ope mortua eſſe dicit̄. Lichinius aūt intus in cera occultatus eſt intētio recta. Unde grego. Sic ſit opꝰ in publico: vt tamen intentio maneat in occulto.

¶ Quedā matrona nobilis in beatā virginem maximā deuotionē habebat: Hec quandā capellā

iuxta domū ſuam ꝯſtruxerat:et ꝓpriuꝫ capellanū
habens omni die miſſaꝫ de beata virgine audire
volebat. Appropinquāte aūt feſto purificationis
beate virginis ſacerdos ob quoddā ſuū negociū
lōgius ſeceſſit:et dn̄a die illo miſſaꝫ habere nō po
tuit. Uel vt alibi legit omnia que habere poterat
etiā veſtimēta ꝓ amore virginis dabat. Unde cū
clamidē dediſſet.et ad eccleſiā ire non poſſet: ſine
miſſa illā ea die manere oportebat. De quo cū plu
rimū doleret eccleſiā propriā ſeu camerā intrauit
⁊ ante altare beate virginis ſe ꝓſtrauit. Tūc ſubi
to in exceſſu mētis facta. videbat ſibi ſe in quadaꝫ
eccl'ia pulcherrima ⁊ ſpecioſa collocatū eſſe. Et re
ſpiciens vidit turbā maximā virginuꝫ in eccleſiaꝫ
venientē. Quas quedā virgo pulcherrima dya-
demate coronata p̄ibat. Cūqꝫ oēs ꝑ ordinē ꝯſediſ
ſent.ecce turba alia iuuenū:qui ⁊ ipi iuxta ordinē
cōſederūt. Et ecce quidā maximū cereorū faceꝫ de
ferens:cereū primo virgini que ceteras anteibat
dedit et poſtea alijs virginibus ⁊ iuuenib' tribuit
Deinde ad illā matronā venit:et cereū ei obtulit.
quē illa libenter accepit. Tūc ꝑ chorū reſpiciēs vi
dit duos ceroferarios:ſubdyaconū:dyaconū:et ſa
cerdotē ſacris indutos veſtib' ad altare ꝓcedētes
tanꝙ̄ miſſarū ſolēnia celebrare volētes. Uidebat
aūt ſibi ꝙ acoliti eſſent vincentius et laurēti' dya-
conus et ſubdyacon' duo angeli ſacerdos aūt xp̄s
Facta aūt cōfeſſiōe duo pulcherrimi iuuenes i me
dium chori ierunt et officium miſſe alta voce et de
uotiſſime inceperūt.et ceteri q̄ in choro erāt pro-
ſequunt. Cum aūt ad oblationē ventū fuiſſet regi
na virginū et cetere virgines cū alijs qui erant in
choro cereos ſuos ſacerdoti vt moris eſt:flexis ge
nibus obtulerūt. Cū aūt ſacerdos illā matronam
expectaret vt ſibi cereū ſuū offerret: et illa ire nol
let miſit ad eā regina virginū ꝑ nunciū.ꝙ ruſtici-
tatē faceret:ꝙ ſacerdotē tādiu expectare ꝑmitte-
ret. Jlla aūt rn̄dit ꝙ ſacerdos in miſſa ſua ꝓcede-
ret:q: cereū ſuū ſibi nō offerret. Tūc iterū regina
aliū nunciū miſit Cui ſimiliter illa rn̄dit ꝙ cereū ſi
bi datū penitus nulli daret:ſꝫ illū ex deuotione te-
neret. Regina aūt virginū nūcio p̄cepit dicēs. Ua
de et iteꝝ eā roga vt cereū offerat:ſin auteꝫ ipm̄ de
manibus ei' violēter auferas. Cūqꝫ nunci' iuiſſet
et illa rogantē audire recuſaret.dixit ſe in māda-
tis habere:vt ipm̄ ab ea violēter auferret. Tūc il-
le cū magna violētia cereū cepit.et ipm̄ auferre
cognabat. Jlla aūt forti' tenebat.et ſe viriliter de
fendebat. Cūqꝫ lōga fieret altercatio et hinc inde
cereus violentius traheret ſubito cereus fractus

eſt et medietas in manu nūcij:et alia medietas in
manu ipius dn̄e remāſit. Ad hanc igit vehemēteꝝ
fractionē illa ſubito ad ſe redijt:et ſe iuxta altare
vbi ſe poſuerat inueniēs cereū fractū in manu ſua
reperit. De quo valde admirās immēſas gratias
beate virgini reddidit:que eam ſine miſſa illa die
remanere nō ꝑmiſit:ſed tali officio intereſſe fecit.
Jlla aūt cereū diligenter repoſuit.et ꝓ maximis
reliquijs reſeruauit. Sed et omēs vt dicit qui tūc
tangebant de eo a quacūqꝫ detinebant infirmita
te protinus liberabant. Quedā alia matrona duꝫ
eſſet grauida quadā nocte ī ſomnis vidit ſe porta-
re quoddā vexillū qꝺ colore ſanguineo erat tinctū
Euigilans aūt continuo ſenſum amiſit. Quā dya-
bolus adeo ludificabat. vt videret ſibi ꝙ xp̄ianaꝫ
fidē quaꝫ actenus habuerat inter mamillas habe
ret:⁊ inde cōtinuo exiret. Que cū nullatenus cura
ri poſſet.in quadā eccleſia beate virginis in feſto
purificatiōis ꝑnoctauit et integrā ſanitatē recepit

## De ſancto blaſio. xxxviii



Blaſius quaſi blādus. vel blaſius quaſi be-
laſius a bela qꝺ eſt habitus. ⁊ ſyor ꝑuulus
Fuit eīm blādus per dulcedinē ſermonū. ha
bitus ꝑ habitus virtutū. paruulus per humilita-
tem morum.

Blaſius cū omni māſuetudine et ſanctitate
polleret.xp̄iani eū in ſabaſte ciuitate capa-
docie:in ep̄m elegerunt. Qui ep̄atu ſuſce-
pto ob dyoclecianā perſecutionē ſpeluncaꝫ pecijt.
et ibi heremiticā vitā duxit. Cui aues pabulū affe

rebant: ac fere ad eū vnanimiter cōfluebāt et vſqȝ
dū imponeret manū eius benedicēs: nō recedebāt
ab eo. Deniqȝ ſi que infirmabant ad eum cōtinuo
veniebāt et ſanitatē ad integrū reportabāt. Preſes
igit illi⁹ regionis dū milites ſuos ad venādū mi-
ſiſſet et illi in vanū alibi laborātes ad antrū ſancti
blaſij caſu ꝑueniſſent: magnā ibidē beſtiarū multi
tudinē ante ipm ſtantiū reperunt. Quas dū nulla
tenus cape poſſent attoniti dn̄o ſuo nunciauerūt.
Qui ſtatim milites plures miſit. et vt ipm cū oībus
xpianis ad ſe adducerēt ꝑcepit. In ipſa aūt nocte
ter chriſtus ei apparuit dicēs. Surge et offer mi-
chi ſacrificiū. Ecce aūt aduenerūt milites dicētes.
Egredere vocat te pſes. Quibus reſpōdit ſanctus
blaſius. Beneueniſtis filij. Nūc video q: deus nō
eſt oblitus mei. Pergēs vero cū eis nunqȝ a ꝑdica
tione ceſſauit: et coram eis miracula multa fecit.
Tūc mulier quedā filiū ſuū morientē in cuius gut
ture os piſcis trāſuerſum erat: ad pedes ei⁹ attulit
et vt ſanaret cū lachrimis poſtulabat. Sāct⁹ vero
blaſius ſup eū manus imponēs orauit: vt puer ille
et omēs qui in eius noīe aliquid peterēt ſanitatis
beneficiū obtinerent. Et ſtatim ſanat⁹ eſt. B
Mulier quedā paupcula vnū ſolū porcū habens
quē tamen violēter lupus rapuerat ſanctū blaſiū
deꝑcabatur: vt ſibi reddi faceret ſuum porcū. Qui
ſubridēs dixit. Mulier noli cōtriſtari reddet tibi
porcus tuus: et cōtinuo lup⁹ venit. et porcū vidue
reddidit. ¶ Ingrediēs vero blaſius ciuitatē iuſſu
principis carceri mācipat. Alia vero die iuſſit pre
ſes ipm ſibi pſentari. quē vidēs blādis ſermonib⁹
ſalutauit dicēs. Gaude blaſi amice deoꝝ. Cui bla
ſius. Gaude tu optime pſes ſed ne dicas eos deos
ſed demones: quia eterno igni cū his q̄ eos hono-
rant tradunt. Iratus pſes eū fuſtibus cedi iuſſit: ⁊
in carcerē retrudi fecit. Cui blaſi⁹ dixit. Inſenſate
ſpas ꝑ penas tuas. dei mei a me auferre amorē q̄
ipm in me habeo corroboratorē? Audiens hoc vi-
dua illa cui porcū reddiderat: porcū ipſum occidit
et caput cū pedibus candela et pane ad ſanctū bla
ſium deportauit. Ille gratias agēs comedit ſibiqȝ
dixit. Singulis annis candelā in eccleſia noīs mei
offeras: et tibi et quicūqȝ hoc fecerit bene erit. Qđ
ſemper egit et ſibi ꝓſperitas multa fuit. Poſt hoc
cū eductum a carcere preſes ad deos inclinare nō
poſſet. iuſſit eū in ligno ſuſpēdi: et carnes eius cū
ferreis pectinib⁹ laniari: ⁊ ſic iterū i carcerē repor-
tari. C ¶ Septē ergo mulieres ſequētes guttas
ſanguinis colligebāt. Que mox tenent et ad deoꝝ
ſacrificiū cōpellunt. Que dixerūt. Si vis vt deos
tuos adorem⁹ cū reuerētia: mitte eos ad ſtagnum
vt ibi faciebus ablutis mūdius adorare poſſimus.
Letus pſes efficit et citius qđ dixerāt adimpletur
Ille vero deos arripuerūt et eos in ſtagni mediū
ꝓiecerūt dicētes. Si dij ſunt videbimus. Qđ pre-
ſes audiēs et pre ira inſaniēs: et ſeipm ꝑcutiēs di-
xit miniſtris. Cur nō tenuiſtis deos nr̄os vt nō mit
terent in ꝓfundū laci? Qui dixerūt. Doloſe te cum
locute ſunt mulieres. et eos in ſtagnū ꝓiecerunt.
Cui mulieres. Deus verus dolos non patit. Sed
et ſi dij fuiſſent pſciuiſſent vtiqȝ quid eis facere vo
lebamus. Et iratus pſes iuſſit plumbū liquefactū
et pectines ferreos et. vij. loricas igne candentes
ex vna pte parari. et ex alia. vij. camiſias afferri
lineas. Quo dicēte vt ex his qđ mallent eligerent
vna illaꝝ duos ꝑuulos habens audacter cucurrit
⁊ lineas camiſias accipiēs in caminū ꝓiecit. Pue
ri vero matri dixerunt. Non nos mater dulciſſima
poſt te relinquas: ſed ſicut nos repleſti dulcedine
lactis: ſic nos reple dulcedine regni celeſtis. Tūc
pſes iuſſit eas ſuſpēdi et carnes eaꝝ pectinib⁹ fer
reis laniari. Quaꝝ carnes vt nix albiſſime erāt. ⁊
ꝓ ſanguine lac fluebat. Cum aūt ſupplicia inuite
ferrēt angelus dn̄i ad eas venit: et eas viriliter cō
fortauit dicēs. Nolite timere bonus eīn operarius q̄
bene incipit et bene perficit. et a ꝯducente ſe bene
dictionē meret pro cōpleto opere: ⁊ mercedē accipit
pro labore: et gaudiū poſſidet pro mercede. Tūc
pſes iuſſit eas deponi: et i caminū mitti. Que diui
nitus igne extincto exierūt illeſe. Quibus preſes.
Jam nunc magicā artē dimittite et deos noſtros
adorate. Que rn̄derunt. Perfice qđ cepiſti q: iam
ad regnū celeſte vocate ſumus. Tūc ille data ſen-
tentia eas decollari mādauit. Que dum decollari
deberēt flexis genibus adorauerūt dicētes. Deus
qui nos a tenebris ſeparaſti. et in hāc lucē dulciſſi-
mam adduxiſti: q̄ nos ſacrificiū tuū feciſti: animas
noſtras ſuſcipe: et ad vitā eternā facias ꝑuenire: ⁊
ſic truncatis capitibus ad dn̄m migrauerūt. D
Poſt hoc iuſſit pſes blaſiū ſibi pſentari: et dixit ei
Vel nūc adoras deos vel nō. Cui blaſius. Impie
nō timeo minas tuas age vt vis: corpus eīn meū
penit⁹ tibi trado. Tunc iuſſit eū mitti in ſtagnum.
Ipſe vero aquā ſignauit: et mox ſicut terra arida
fixa permanſit. Dixitqȝ eis. Si veri ſunt dij veſtri
oſtendite virtutē eoꝝ: et ingredimini huc. Ingreſ
ſiqȝ. lxv. viri ſtagnū: cōtinuo ſunt ſubmerſi. Ange
lus autem dn̄i deſcendens dixit ei. Egredere blaſi
et coronā tibi a deo paratā ſuſcipe. Cumqȝ exiſſet
dixit ad eum pſes. Omnino decreuiſti nō adorare

deos? Cui blaſius. Cognoſce miſer q̄a xp̄i ſeruus
ſum nec demones adoro. Et ſtatim iuſſit eū decol-
lari. Ipſe aūt orauit ad dn̄m: vt quicunq̧ pro infir-
mitate gutturis vel alia quacunq̧ infirmitate eius
patrocinia poſtularet: exaudiri cōtinuo mereref.
Et ecce vox de celis ad eū venit q̧ ſic fieret vt ora
uit. Sicq̧ p̄nomiatus ſanctus cū duob⁹ puerulis
decollat⁹ eſt. circa annos dn̄i. cclxxxiij.

## De ſancta Agatha virgine. xxxix.

A

Agatha dicitur ab agyos qd̄ eſt ſanctus. et
theos deus: quaſi ſancta dei. Tria eñ ſunt
ſicut dicit Criſo. que ſanctū faciunt: et illa
perfecte fuerūt in ea. ſcʒ cordis mūdicia ſpūſſancti
p̄ſentia ⁊ bonoꝝ opeꝝ affluētia. Uel dicif ab a qd̄
eſt ſine et geos terra et theos deus quaſi dea ſine
terra. id eſt ſine amore terrenoꝝ. Ul' ab aga qd̄ eſt
loquēs et thau cōſummatio quaſi cōſūmate ⁊ pfe-
cte loquēs. qd̄ patet in ſuis reſpōſis. Uel ab agad
qd̄ eſt ſeruit⁹ et thaas ſupior: quaſi ſeruit⁹ ſupior.
et hoc ꝑpter illud qd̄ dixit. Sūma ingenuitas eſt
iſta ⁊c. Uel ab aga qd̄ eſt ſolennis et thau cōſum-
matio quaſi ſolēniter cōſummata ideſt ſepulta qd̄
patet in angelis qui eam ſepelierunt. B



Agatha virgo ingenua mēte et corpore pul
cherrima in vrbe cathanenſiū deū ſemꝑ in
omni ſanctitate colebat. Quincianus autē
cōſularis ſilicie: cū eſſet ignobilis libidinoſus: aua
rus et ydolis deditus beatā agathā cōprehēdere
nitebaf: vt quia erat ignobilis cōprehendēdo no-
bilem timeref: quia libidinoſus ei⁹ pulchritudine
frueref: q: auarus eius diuitias raperet: q: ydola
tra dijs eā faceret imolare. Fecitq̧ eaʒ ad ſe addu
ci. Que cū adducta eſſet et eius immobile ꝑpoſitū
cognouiſſet. tradidit eam cuidaʒ meretrici nomīe
affrodiſie. et nouē filiabus eius eiuſdem turpitu-
dinis: vtꝑ triginta dies ſuaderēt ei. quomodo ei⁹
animū immutarēt Et modo ꝑmittēdo leta modo
terrēdo ꝑ aſpera: ſꝑabant eam a bono ꝑpoſito re
uocare. Quib⁹ beata agatha dixit. Mēs mea ſuꝑ
petrā ſolidata eſt: et in xp̄o fundata. Uerba veſtra
vēti ſunt. ꝑmiſſiones veſtre pluuie ſunt terrores
veſtri flumina ſunt. Que q̄tumuis impugnāt fun-
damentū domus mee cadere nō valebit. Hec aūt
dicēs: flebat quotidie et orabat. ſitiēs ad martirij
palmā ꝑuenire: Uidēs igif affrodiſia ipam immo-
bilem ꝑmanere: dixit quinciano. Facilius poſſunt
ſaxa molliri. ⁊ ferrū in plumbi mollicīē cōuerti q̄
ab intētione xp̄iana mēs iſtius puelle cōuerti ſeu
reuocari. Tūc quincianus fecit eam ad ſe adduci.
et ait illi. Cuius cōditionis es? Cui illa. Nō ſolum
ingenua ſed et ſpectabilis genere: vt omīs parēte
la mea teſtatur. Cui quincian⁹. Si ingenua es cur
moribus te ſeruilē pſonā habere oſtēdis? Illa re-
ſpondit. Quia ancilla xp̄i ſuʒ: ideo ſeruilē me exhi
beo pſonā. Quincianus dixit. Si te ingenuā dicis
quomō ancillā aſſeris? Illa rn̄dit. Sūma ingenui-
tas iſta eſt: in qua ſeruitus xp̄i cōprobaf. Quincia
nus dixit. Elige qd̄ volueris. aut ſcʒ dijs ſacrifica-
re aut diuerſa ſupplicia ſuſtinere Cui agatha. Sit
talis vxor tua qualis fuit ven⁹ dea tua. et tu talis
ſis. qualis fuit de⁹ tuus iupiter. Tūc quincianus
iuſſit eā alapis cedi dicēs. In iniuriā iudicis noli te
merario ore garrire. Agatha rn̄dit. Miror te vi-
rū prudentē ad tantā ſtulticiā deuolutū: vt illos di
cas deos tuos eſſe. quoꝝ vitā nō cupias tuā cōiu-
gē vel te imitari. vt dicas tibi iniuriā fieri ſi eorum
viuas exēplo. Nā ſi dij tui ſunt. bonū tibi optaui.
Si aūt execraris eorum conſorcia mecum ſentis.
Quincianus dixit. Quid michi verborū ſuꝑfluus
curſus? aut ſacrifica dijs. aut te faciā diuerſis ſup-
plicijs interire. Agatha rn̄dit. Si feras michi pro
mittas. audito xp̄i nomine māſueſcūt. Si ignē ad
hibeas: de celo michi rorem ſaluificū angeli mini-
ſtrabunt. Si plagas vel tormenta ingeras habeo
ſpūmſanctū per quē deſpicio vniuerſa. C Tūc
iuſſit eam tradi ad carcerē: quia voce eum publica
cōfundebat. Ad quē letiſſime et gloriāter ibat: et
quaſi ad epulas inuitata. agonē ſuū dn̄o cōmēda-
bat. Sequēti die dixit ei quincian⁹. Abnega xp̄m

et adora deos. Que cũ rennueret iuſſit eam in ecu
leo ſuſpẽdi et torqueri. Dixitq; agatha. ego in his
penis ita delector: ſicut q̃ bonũ nunciũ audit: aut
qui videt quẽ diu deſiderauit: aut q̃ multos theſau
ros inuenit. Nõ enĩ poteſt triticũ in horreũ poni.
niſi teca eius fuerit fortiter cõculcata: et in paleas
redacta. Sic aĩa mea nõ poteſt intrare in paradi=
ſum cũ palma martirij niſi diligenter feceris corp⁹
meũ a carnificibus attrectari. Tũc iratus quincia=
nus iuſſit eius mamillã torqueri: ⁊ tortã diutiſſime
iuſſit abſcidi. Cui agatha. Impie crudelis et dire
tyranne. nõ es cõfuſus amputare ĩ femina qḋ ipſe
in matre ſuxiſti. Ego habeo mamillas integras in
tus in aĩa mea ex quibus nutrio oẽs ſenſus meos
quas ab infantia dño cõſecraui. ¶ D Tunc iuſ=
ſit eam in carcerẽ recipi: prohibens ingreſſum me
dicorũ: et panẽ vel aquã ſibi ab aliquo miniſtrari.
Et ecce circa mediã noctẽ venit ad eam quidã ſe=
nex quẽ antecedebat puer luminis portitor. diuer
ſa ſecũ ferẽs medicamenta et dixit ei. Licet cõſula
ris inſanus tormẽtis te afflixerit: tu eũ tuis reſpon
ſis amplí⁹ afflixiſti. Et licet vbera tua torſerit: ſed
illi⁹ vbertas in amaritudinẽ conuertet. Et qm̃ ibi
erã quãdo hec patiebaris. vidi q; mamilla tua po
teſt curã ſalutis ſuſcipe. Cui agatha. Medicinam
carnalẽ corpori meo nunq̃ exhibui. et turpe eſt vt
quod tam diu ſeruaui nunc perdã. Dixit ei ſenex.
Filia ego xpianus ſu; ne verecũderis. Cui agatha
Et vnde verecũdari poſſum cũ tu ſis ſenex et grã=
deuus: ego vero ita crudeliter lacerata. q; nemo
de me poſſit cõcipe voluptatẽ. Sed ago tibi grãs
dñe pater: q̃ ſolitudinẽ tuã michi impẽdere digna
tus es. Cui ille. Et quare nõ pmittis vt curẽ te. A
gatha reſpõdit. Quia habeo dñm iheſu; xp̃m qui
ſolo verbo curat omnia. et ſermone reſtaurat vni=
uerſa. hic ſi vult poteſt me cõtinuo curare. Et ſub=
ridens ſenior dixit. Et ego apoſtolus eius ſum. et
ipſe me miſit ad te et in noĩe eius ſcias te eſſe ſana
tam. Et cõtinuo petrus apl̃s diſparuit. et ꝓcidẽs
beata agatha grãs agẽs inuenit ſe vndiq; ſanata;
et mamillã ſuo pectore reſtitutã. Cũ ergo ex imen
ſo lumine cuſtodes territi aufugiſſent. et apertu; car
cerẽ reliquiſſent rogabãt eã quidã vt abiret. Ab=
ſit inquit vt fugiam ⁊ coronã pacientie perdam. et
cuſtodes meos tribulationibus tradam. ¶ E
Poſt dies quatuor dixit ei quincianus vt deos ad=
oraret. ne grauiora ſupplicia ſuſtineret. Cui aga=
tha. Uerba tua fatua ſũt et vana aerẽ maculãtia ⁊
iniqua. Miſer ſine itellectu quomõ vis vt lapides
adorẽ. et deũ celi qui me ſanauit dimittã? Quincia
nus dixit. Et quis te ſanauit? Cui agatha. Xp̃s fi=
lius dei. Quincianus dixit. Iterum tu xp̃m audes
noĩare quẽ ego nolo audire? Agatha dixit. Quã=
diu vixero xp̃m corde et labijs inuocabo. Quincia=
nus dixit. Nũc videbo ſi xp̃s te curabit. et iuſſit te=
ſtas fractas ſpargi. et ſub teſtas carbones ignitos
mitti: et ipam deſup nudo corpore volutari. Qḋ cũ
fieret ecce terre mot⁹ nimius factus eſt qui totam
ciuitate; ita concuſſit vt pars corruens duos con=
ſiliarios quinciani opprimeret et oĩs ppl̃s ad eum
cõcurreret ꝯclamãs q; ꝓpter iiuſtũ agathe crucia=
tũ talia paterent. Tũc quincian⁹ ex vna parte ter
remotũ ex alia ſedicionẽ populi metuẽs ipam ite;
in carcerẽ recipi iuſſit vbi ſic orauit dicẽs. Dñe ihũ
xp̃e qui me creaſti. et ab infantia cuſtodiſti. qui cor
pus meũ a pollutione ſeruaſti: et a me amorẽ ſecu
li abſtuliſti et q̃ tormenta me vincere feciſti: et ĩ eis
virtutẽ pacientie tribuiſti: accipe ſpũm meũ: et iu=
be me ad tuã miſericordiã ꝑuenire. Hec cũ oraſſet
cũ ingẽti voce ſpũm tradidit circa annũ dñi. cclij.
ſub daciano alias decio imperatore. ¶ F Cũ autẽ
fideles cũ aromatib⁹ corpus eius cõdirẽt. et in ſar
cofago collocarent quidẽ iuuenis ſericis indutus.
cũ pluſq̃ centũ viris pulcherrimis et ornatis ac al
bis indutis: q̃ nunq̃ in illis ꝑtibus viſi fuerant ad
corp⁹ eius venit. et tabulã marmoreã ad caput ei⁹
ponẽs: ab oculis omniũ ſtatim diſparuit. Erat aũt
in ꝑdicta tabula ſcriptũ. Mentẽ ſanctã ſpõtaneã.
honorẽ deo: et patrie liberationẽ. Quod ſic intelli
gitur. Mentẽ ſanctã habuit: ſpõtaneã ſe obtulit.
honorẽ deo dedit: et patrie liberationem fecit. Et
hoc miraculo diuulgato. etia; gentiles et iudei ſe=
pulcru; eius plurimũ venerari ceperũt. Quincia=
nus aũt du; ad eius inueſtigãdas diuitias perge=
ret. duob; equis inter ſe fremitũ dantib⁹ calceſq;
iactãtibus: vnus cũ morſu appecijt alter calce ꝑcuſ
ſum in flumine ꝓiecit. ita q; corpus eius nuſq̃ po=
tuit inueniri. Reuoluto anno circa diẽ natalis eius
mõs quidã maxim⁹ circa ciuitatẽ ruptus eructa=
uit incendiũ qḋ quaſi torrens de monte deſcẽdẽs.
et ſaxa terrãq; liquefaciẽs: ad vrbẽ cũ magno im=
petu veniebat. Tũc paganoꝝ multitudo deſcẽdit
de monte: et ad ſepulcrũ eius confugiens. velum
vnde cooptũ erat ſepulcrũ arripuit. et ip̃m ſtatuit
contra ignẽ ſtatimq; in die natalis ipſius virginis
ignis ſtetit: et vltra vllatenus non proceſſit. ¶ De
hac virgine dicit ambroſius in prefatione. O felix
et inclita virgo: que meruit dñi pro laude fidelis
martiris ſanguinẽ clarificare ſuum. O illuſtris et
glorioſa gemino illuſtrata decore que inter tortor

menta aſpera cunctis prelata miraculis et miſtico pollēs ſuffragio apoſtoli meruit viſitatiōe curari ſic nuptā xp̄o ſuſceperūt ethera. Sic humandi artus glorioſa fulgēt obſequia vbi angeloꝝ chorus ſanctitatē mentis et patrie indicat liberationē.

## De ſancto vedaſto xl

Vedaſtus quaſi vere dans eſtus quia vere ſibi dedit eſtus afflictionis et penitētie. vel quaſi ve diſtans: q: ve eternū ab eo diſtat. Nam damnati ſemp dicēt ve: ſcʒ q: deum offendi. ve quia dyabolo conſenſi: ve quia natus fui. ve quia mori non valeo. ve quia tam male torqueor ve quia nunq̈ liberabor. A



Vedaſtus a beato remigio in atrabatēſem epm ordinatus fuit. Qui cū cum ad portaʒ ciuitatis veniſſet: et ibidem duos paupes vnū cecū aliū claudum. petētes elemoſinā repiſſet dixit eis. Argentū et aurū nō eſt michi: qd aūt habeo vobis do. Et facta oratione vtroſqʒ ſanauit. Cumqʒ aūt in quadā eccleſia derelicta. vepribus opta: lupus habitaret: eidē pcepit vt inde fugeret. nec vltra illuc redire auderet. Qd et factuʒ eſt. Deniqʒ cum verbo et ope multos cōuertiſſet. quadrageſimo anno ſui epiſcopatus. vidit colūnā igneā: a celo vſqʒ i domū ſuā deſcēdentē. Qui finē ſuū adeſſe ꝯſiderās: poſt modicū in pace qeuit. circa annū dn̄i quingēteſimūquinquageſimū. Cū aūt corpus eius trāſferret: audomarꝰ p̄ ſenio cecus dolens q̈ corpus epi videre nō poterat mox lumen recepit: ſʒ poſtmodū ad votū ſuū lumen amiſit.

## De ſancto Amando xli.

Amandus dicit quia amabilis fuit. Habuit enī tria in ſe que faciūt hominē amabilem. Primum eſt ſocietas grata. Prouer. xviij. Vir amabilis ad ſocietatē magis amicus eſt q̈ frater. Scdm eſt cōuerſationis honeſtas. et ſic dicitur de heſter. ij. q̈ omniū oculis amabilis videbatur. Terciū eſt pbitatis virtuoſitas. ij. Regū. i. Saul et ionatas amabiles et decori. A



Amandus ex nobilibus parētibus ortꝰ monaſteriū introiuit. Qui duʒ per monaſteriū ambularet. quedā maximū ſerpētem inuenit. quē ſtatim virtute crucis et oratione ad foueaʒ vnde exierat redire coegit. nūquā inde exiturum. Veniens autē ad ſepulcrum ſancti martini. annis xv. ibi manſit: cilicio indutus: et aqua et pane ordeaceo ſuſtentatus. Poſt hoc dum romā iuiſſet. et in eccleſia ſancti petri in oratiōe pnoctaret cuſtos eccleſie ipm irreuerenter foras eiecit. Qui dum ad āmonitionē ſancti petri q̄ ſibi ante fores eccleſie dormienti apparuit. ad gallias iuiſſet: et ibidem regem dagobertū pro ſuis criminibus increparet iratus rex eū de ſuo regno eiecit. Deniqʒ cum rex filiū non haberet. et oratione facta ad dn̄m filium habuiſſet. cogitare cepit a quo infantē ſuū faceret baptiſari. Venitqʒ in mentē eius: vt ab amādo eū baptiſari faceret. Queſito igit amando et ad regē adducto rex ad pedes eius pſternit. rogauitqʒ vt ſibi indulgeret. et ſuū filium quē ſibi dn̄s dederat baptiſaret. Jlle vero primaʒ petitionem benigne

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

conceſſit: ſed ſecularibꝰ negocijs īplicari metuēs ſecundā rēnuit et abſceſſit. Tandē victus precibꝰ annuit voto regis. Quē cum baptiſaret, tacētibus cūctis infans reſpōdit amen. Poſt hoc rex ipm in traiectēſem epm ſublimari fecit. Qui cū a pleriſqꝫ verbū predicationis cōtemni ſ videret. in vaſconiā iuit. Ubi cūꝫ quidā ioculator verba eius irrideret. a demone arripit̄ et ꝓprijs dentibus ſe diſcerpēs qꝫ viro dei iniuriā fecerit cōfitet̄. et ſtatim miſerabiliter moritur. B ¶ Dum aūt quadā vice manus lauaret quidā epiſcopus aquā illā ſeruari fecit. de qua quidā cecus poſtmodum curatus fuit. Cum in quodam loco de voluntate regis monaſterium cōſtruere vellet. quidā epiſcopus proxime ciuitatis moleſte hoc ſuſtinēs: miſit famulos ſuos vt aut ipm occiderent vel inde eijcerent. Qui venientes eidē doloſe dixerūt vt ſecū pergeret: et ſibi locū aptum ad monaſteriū oſtēderent. Ille aūt maliciam eorum precognoſcēs. vſqꝫ ad cacumen montis: vbi eū occidere cupiebant cum eis iuit. eo qꝫ multū martiriū affectaret. Sed ecce tanta pluuia et tēpeſtate mons tegit̄: vt ſe mutuo videre nō poſſent et iam ſe mori putantes proſtrati veniam poſtulabant. et vt eos viuos abire ꝑmitteret exorabāt. Qui orationē effudit: et ſerenitatē maximā impetrauit. Illi ergo ad propria redierūt. et ſanctus amandus euadens et multa alia miracula faciens in pace quieuit. Floruit circa annum domini dcliij. tempore eraclij.

## ¶ De ſancto valentino. xlij.



Ualentinus dicitur quaſi valorē tenens hoc eſt in ſanctitate ꝑſeuerās: vel dicitur valētinus quaſi valens tyro. id eſt miles chriſti Miles dicit̄ valens. qui nunqꝫ cedit. fortiter ferit. ſe valenter defendit: potēter vincit: ſic valētinus non ceſſit martiriū vitando. ꝑcuſſit ydolatriā euacuando: defendit fidem comminuendo: vicit paciendo. A

Ualentinus reuerendus preſbiter fuit quē claudius imperator ad ſe adduci faciens interrogauit dicēs. Quid eſt valentine? Cur amicicia noſtra nō frueris vt deos noſtros adorās ſupſtitionē tue abijcias vanitatis? Cui valētinus Si gratiam dei ſcires iſta nequaqꝫ diceres: ſed ab ydolis animū reuocares. et deū qui eſt ī celis adorares. Tūc quidā qui claudio aſtabat dixit. Quid vis dicere valentine de ſanctitate deorū noſtrorū? Cui valentinus. Ego de eis nil dico: niſi qꝫ fuerūt homines miſeri. et omni īmundicia pleni. Ad quē claudius. Si xp̄s verus deus eſt cur michi non dicis qd̄ verum eſt? Cui valentinus. Uere xp̄s ſolus eſt deus in quē ſi credideris anima tua ſaluabitur reſpublica augebit̄: omniū inimicorꝫ tibi victoria cōcedet̄. Reſpondēs autē claudius aſtantibꝰ dixit Uiri romani audite quā ſapiēter et recte loquitur homo iſte. Tunc dixit ꝑfectus. Seductus eſt imperator. Quomodo deſeremꝰ qd̄ ab infantia tenuimꝰ Et tunc cor claudij immutatū eſt. Traditur autē cuidā principi in cuſtodiā. Et cū in domū eius ductus fuiſſet dixit. Dn̄e iheſu xp̄e verum lumen illumina domū iſtam: vt te verū deum cognoſcāt. Cui ꝑfectus. Miror te dicentē qꝫ xp̄s eſt lumē. Equidē ſi filiā meā diu cecā illuminauerit: faciā quecunqꝫ ꝑceperis. Tunc valētinus orans eius filiam cecā illuminauit: et omnes de domo ſua ꝯuertit. Tūc imperator valentinū decolari precepit circa annū domini. cclxxx.

## ¶ De ſancta Juliana xliij A

Iuliana dū eulogio ꝑfecto nicomedie deſpōſata eſſet: et nollet ſibi aliquatenꝰ copulari niſi reciperet fidem xp̄i iuſſit eā pater ſuus expoliari et grauiſſime cedi ac ipſi prefecto tradi. Cui ꝑfectꝰ ait. Dulciſſima mea iuliana cur me ita deluſiſti vt me ſic rēnueres? Cui illa. Si tu adoraueris deū meū acquieſcā tibi alioquin nunqꝫ dn̄s meꝰ eris. Cui ꝑfectus. Dn̄a mea hoc facere nō poſſum qꝫ imperator amputari faceret caput meū. Cui iuliana. Si ita times imperatorē mortalē quomodo vis vt imperatorē non timeā immortalē? Fac quicqd vis: quia me decipere nō valebis. Tunc prefectus



iuſſit eā grauiſſime virgis cedi:et die per capillos
appēdi.et plumbū liquefactū in capite eius fundi
Qd̄ cum nichil ei nocuiſſet ipſaꝫ cathenis ligauit
et in carcerē recluſit. Ad quā venit dyabolus in
ſpecie angeli dicēs. Juliana ego ſum angelus dn̄i
qui me ad te miſit vt te debeam cōmonere. vt dijs
ſacrifices. ne tandiu crucieris et tam mala morte
moriaris. Tunc iuliana flens orauit dicens. Dn̄e
deus meus ne ꝑmittas me ꝑire: ſed oſtende michi
quis eſt iſte qui michi talia ꝑſuadet. Factaqꝫ eſt ad
eā vox vt ipm̄ app̄hēderet et quis eſſet ipſum co
geret confiteri. Que cū cum tenuiſſet: et quis eſſet
interrogaſſet. dixit ei ꝙ demon eſſet. et ꝙ ad eam
decipiendā pater ſuus ipm̄ miſiſſet. Cui iuliana.
Et quis eſt pater tuus? Reſpondit beelzebub qui
ad omnia mala nos dirigit. et facit nos grauiter
verberari: quotiēs a xp̄ianis fuerimus ſuperati et
ideo ſcio ꝙ malo meo huc veni: quia te ſuꝑare nō
potui. Inter alia que confeſſus eſt dixit: quia tunc
maxime a xp̄ianis elongabat: quādo miſteriū do-
minici corporis agebat: ⁊ quando oratiōes et pre
dicatiōes fiebant. Tūc iuliana manib⁹ retrorſum
ipm̄ ligauit: et ad terrā ipſum deijciens cum cathe
na qua erat ligata ipm̄ duriſſime verberauit. Dya
bolus vero clamās rogabat eam dicens. Domina
mea iuliana miſerere mei. Tūc iuſſit prefectus vt
iuliana de carcere educeret. Et exiens trahebat
poſt ſe demonē alligatū. Demon aūt rogabat eaꝫ
dicens. Dn̄a mea iuliana noli amplius de me ridi
culum facere. Nō em̄ potero vltra in quempiā pre
ualere. Xp̄iani dicunt miſericordes eſſe et tu nullā
de me miſericordiā habes. Sicqꝫ per totū forum
ipm̄ traxit et poſtea in quandā latrinā ipm̄ ꝓiecit
B Cum aūt ad prefectū perueniſſet in quadam
rota adeo eſt extenſa. ꝙ oia eius oſſa vſqꝫ ad me-
dullarū exitū ſunt cōfracta. Angelus autē domini
rotā cōminuens ipſam in momēto ſanauit. Qd̄ vi-
dentes qui aderant crediderūt. Et ſtatim decolla-
ti ſunt viri quingenti et mulieres. c. xxx. Deinde
cum in quendā ollā plūbo liquefacto plenā miſſa
fuiſſet: ſed plumbū velut temperatū balneū factū
eſſet: maledixit p̄fectus dijs ſuis qui vnā puellam
punire nō poterant que tantā iniuriaꝫ eis irroga
bat. Tunc iuſſit eam decollari. Que dum ad decol
landum duceret demon quē verberauerat in ſpe-
cie iuuenis apparēs clamabat dicēs. Nolite ei par
cere quoniā deos veſtros vituꝑauit. et me hac no
cte verberauit. reddite ergo ſibi qd̄ meruit. Cūqꝫ
iuliana paululū oculos aperuiſſet vt videret quis
eſſet qui talia loqueret. demon aufugiēs exclama
uit. Heu heu me miſerū adhuc puto ꝙ me velit ca
pere et ligare. Cū ergo beata iuliana decollata
fuiſſet p̄fectus nauigās in mari cū. xxxiiij. viris or
ta tēpeſtate ſubmerſus eſt. Horꝫ autē corpora cū
mare iactaſſet a feris et auib⁹ ſunt comeſta.

## De cathedra ſancti petri apoſtoli xliiii.

A



C Athedra triplex eſſe dicitur: ſꝫ regalis. ij.
Regū. xxiij. Dauid ſedens in cathedra ⁊c.
Sacerdotalis. i. Regum. i. Heli ſacerdote

ſedente ſup ſellam zc. Magiſtalis. Mathei.xxiij
Sup cathedrā moyſi zc. Beatus ergo petr⁹ ſedit
in cathedra regali: q: fuit princeps omniū regum
Sacerdotali quia fuit paſtor omniū clericoꝝ. Ma
giſtrali quia fuit doctor omniū xp̄ianorū. B

Cathedra ſancti petri ab eccleſia feſtiue coli
tur quia tunc beatus petrus apud anthio-
chiam in cathedrali honore ſublimat⁹ fuiſ-
ſe perhibetur. ¶ Huius aūt ſolēnitatis inſtitutio
quadruplicē cauſaꝫ habere videtur. Prima cauſa
eſt: cum eñ beatus petrus apud anthiochiā pre-
dicaret: theophilus princeps ciuitatis illius dixit
ei. Petre qua ratione populū meū ſubuertis? Cū
ergo petrus ſibi fidem chriſti predicaret: ille eum
vinculari fecit. et ſine cibo et potu eū manere per
miſit. Sed cum petrus iam pene deficeret reſum-
ptis tamen viribus eleuans oculos ad celum ait.
Jheſu chriſte miſerorū adiutor adiuua me in his
tribulationibus deficientem. Cui dn̄s reſpondit.
Petre credis te derelictū a me? Mee bonitati de
rogas: ſi talia contra me dicere nō formidas. Pre
ſto eſt qui tue ſubueniat miſerie. Audiens autem
paulus de incarceratiōe petri ad theophilū venit.
et ſe in multis opibus et artibus ſummū opificem
eſſe aſſeruit. Ligna et tabulas ſe ſcire ſculpe: tēto
ria pingere: et multa alia induſtrie operari dixit.
Qui a theophilo obnixe rogaꝰ. vt in eius curia ſe-
cum cōſiſtat. Euolutis paucis dieb⁹ paulus ad pe
trum abſconſe in carcerē introiuit. Quem videns
pene mortuū et cōſumptū amariſſime flere cepit.
et in amplex⁹ eius quaſi flēdo deficiebat. et prorū
pens ſic inquit. O petre frater me⁹ g'lia mea: gau
diū meuꝫ: dimidiū anime mee: meo introitu reſu-
me vires. Tunc petrus oculos apiens et ip̄m co-
gnoſcēs: lacrimari cepit: ſed ſibi loqui nō potuit z
accurens paulus vix os eius aperuit et imponēs
cibum ip̄m refocillauit. Cum aūt petrus cibo cō-
fortatus fuiſſet accurrens in oſcula pauli ruit. et
ambo plurimū fleuerūt. Paulus autem occulte re
diens theophilo dixit. O bone theophile magna
eſt gloria tua: et curialitas tua honeſtatis amica.
Dehoneſtat multa bona exiguū malum. Remini
ſcere q̄d feciſti illi deicole qui dicitur petrus velut
eſſe aliquid magnū. Pānoſus deformis. macie cō
ſumptus per oīa vileſcit. ſolo ſermone clareſcit. et
talem te decet in carcerē ponere. Qui potius ſi li-
bertate ſolita frueretur poſſet tibi ī aliquo vtilior
eſſe. Nā ſicut de illo homīes quidā aiunt infirmos
ſanat: mortuos ſuſcitat. Cui theophil⁹. Fabuloſa
ſunt iſta paule que dicis: quia ſi mortuos ſuſcitare
poſſet: et ſeip̄m de carcere liberaret. Cui paulus.
Sicut xp̄s ſuus a mortuis reſurrexit vt dicūt. qui
tamē de cruce deſcendere noluit. ſic petrus vt aiūt
hoc exemplo ſe non liberat. et pati pro chriſto nō
formidat. Cui theophil⁹. Dic ergo ei vt filiū meuꝫ
iam per quatuordecim annos mortuū reſuſcitet.
et incolumen eū reddā et liberū. Jngrediens igiꝰ
paulus dixit: quoniā reſuſcitationē filij principis
ſpopōdiſſet. Cui petrus. Rē grandē paule ꝓmiſi-
ſti: ſed dn̄i virtute facilimā. Sed cum petrus edu-
ctus de carcere monumēto aperto ꝓ eo oraſſet cō
tinuo reſurrexit. Sed pene per oīa veriſimile nō
videꝰ: vt aut paulus humana aſtucia ſe talia fabri
lia ſciri cōponere fingeret. aut vt ſentencia iuuenis
ꝑ quatuordecim annos ſuſpenſa fuiſſet. Tūc theo
philus z vniuerſus populus anthiochie. et alij q̄
plures dn̄o crediderūt. et glorioſam eccleſiā fabri
cauerunt. Jn cuius medio excelſam cathedrā col-
locauerūt: et petrū vt ab omnibus videri et audi-
ri poſſet axaltauerūt. Jn qua ſeptem annis ſedit.
Sꝫ poſtmodū veniēs romā in romana cathedra
ſedit vigintiquinqꝫ annis. De primo tamē honore
eccleſia celebrat: quia tūc primo ꝑlati eccleſie cepe
runt loco: poteſtate: et noīe ſublimari. Tunc ergo
impletū eſt illud quod legitur in pſal. Exaltēt eū
in eccleſia zc. ¶ Et notandū q̄ triplex eſt eccleſia
in qua beatus petrus fuit exaltatus: ſcilꝫ eccleſia
militantiū: malignantium. et triumphantium. Jn
hanc triplicē eccleſiā exaltatus eſt. ſcd̄m triplicēꝫ
feſtiuitatē quā de ip̄o eccleſia celebrat. Eſt enim
exaltatus in eccleſia militantiū eideꝫ preſidendo.
et eaꝫ in animo in fide et moribus laudabiliter re-
gendo et hoc quantū ad ſolennitatē hodiernam q̄
diciꝰ cathedra: quia tūc ſup anthiocenā eccleſiam
pontificatū accepit: et eam ſeptē annis laudabili-
ter rexit. Scd̄o eſt exaltatus in eccleſia malignan
tium: ipſam ſcꝫ diſſipando: et eam ad fidem cōuer
tendo: et hoc pertinet ad ſecūdam feſtiuitatē q̄ di
citur ad vincula tunc eñ malignantiū eccleſiaꝫ diſ
ſipauit. et multos ad fidem conuertit. Tercio eſt
exaltatus in eccleſia triumphantiū in ip̄am felici-
ter introeundo: et hoc quātuꝫ ad terciā ſolennita-
tem que eſt paſſionis ei⁹: quia tunc eccleſiā trium
phantium introiuit. ¶ Notandū etiā q̄ plu-
ribus alijs rationibus eccleſia ter in anno de eo fe
ſtiuitatē facit. ſcꝫ propter priuilegiū: ꝓpter officiū
propter beneficium: propter debitum: et propter
exemplū. Propter priuilegium quoniā beatus pe
trus ab alijs apoſtolis in tribus fuit priuiligiatus
ꝓpter que tria priuilegia eccleſia ter in anno cum

# De cathedra ſancti Petri apl̄i

bono:at. Fuit em̄ p:e ceteris digno: in auto:itate
quoniā p:inceps apoſtoloꝝ extitit. ⁊ claues regni
celoꝝ accepit. Feruētio: in amo:e cū maio:e enim
feruo:e xp̄m dilexit q̄ ceteri. ſicut in multis locis
euangelij manifeſtat̄. Et efficatio: in virtute. Naꝫ
ad vmbrā petri vt legitur in actib⁹ ſanabant̄ infir
mi. Secūdo ꝓpter officiū. Ipſe em̄ officiuꝫ p:ela⸗
tionis ſuper vniuerſaꝫ eccleſiā habuit. et ideo ſicut
petrus fuit princeps et p̄latus totius eccleſie: que
diffuſa eſt ī tribus partibus mūdi: ſcꝫ aſia: africa.
et europa. ita eccleſia ter in anno celeb:at feſtū ei⁹
Tercio propter beneficiū: quia ipſe qui poteſtatē
accepit ligandi atqꝫ ſoluendi: liberat nos a tribus
generibus peccatoꝝ. ſcꝫ cogitationis: locutionis.
et oꝑationis. Uel q̄ in deū q̄ in ꝓp:ium q̄ in nos
peccauim⁹. Uel iſtud beneficiū poteſt eſſe triplex
beneficium: aliud quod virtute clauiū peccato: in
eccleſia conſequit̄. Primū eſt abſolutionis a reatu
oſtenſio. ſcd̄m pene ſempiternalis in tempo:alem
commutacio. terciuꝫ pene tēpo:alis ſcd̄m partē re
laxatio. Et ꝓpter hoc triplex beneficiū ſanct⁹ pe⸗
trus eſt tripliciter hono:andus. Quarto ꝓpter de
bitum: quia em̄ ipſe tripliciter pauit et paſcit nos
ſcꝫ verbo: exēplo: et tēpo:ali ſubſidio ſiue o:ōnis
ſuffragio. ideo obligamur vt ip̄m tripliciter bono
remus. Quinto propter exemplū vt nullus pecca⸗
to: deſperet. etiā ſi tercio ſicut petrus deū negaue
rit: ſi tamē eum ſicut ipſe velit co:de: o:e: et opere
confiteri. ¶ Scd̄a cauſa inſtitutionis eſt hec
que quidē de itinerario clemētis eſt ſumpta. Cuꝫ
em̄ petrus verbū dei p:edicās anthiochiā app:o⸗
pinquaret. omēs de ciuitate illa ei obuiauerūt nu⸗
dis pedibus ꝑgentes: cilicijs ſe induētes: et caput
puluere aſꝑgentes: agētes penitentiam q̄ contra
eū ſymoni mago conſenſiſſent. Petrus vero eoꝝ
penitentiā videns. gratias deo egit. Tunc illi ob⸗
tulerunt ei omnes vexatos lāguo:ibus et demoni
bus fatigatos. Quos dū petrus ante ſe poni iuſſiſ
ſet: et ſuꝑ eos nomen dn̄i inuocaſſet. immenſuꝫ lu⸗
men ibidē apparuit. et omnes ꝓtinus ſunt ſanati
currentes et oſculantes veſtigia ſancti petri. Tūc
intra ſeptē dies plusq̄ decemmilia hominū baptiſ
ma ſuſceperūt: ita vt theophilus p:inceps ciuita⸗
tis illius. domū ſuam in baſilicā fecerit cōſecrari.
et ibidē petro excelſam cathedrā collocari: vt ab
omibus videretur et audiretur Nec iſtud cōtrariū
eſt his que ſuꝑius dicta ſunt. Potuit em̄ fieri q̄ pe
trus ꝑ oꝑationē pauli a theophilo et toto populo
magnifice ſit ſuſceptus. Sed recedēte petro ſymō
magus populū peruertit. ⁊ contra petrū grauiter
incitauit. Poſtmodū vero penitētiā agēs iterum
hono:abiliter eum recepit. Hoc autem feſtum de
incathedratione beati petri cōſueuit appellari. fe⸗
ſtū epulaꝝ beati petri. et hinc tercia ratio ſumitur
inſtitutionis huius feſti. Cōſuetudo em̄ fuit antiq̄
tus gentiliū: vt ait magiſter iohānes beleth. ſingu
lis annis ī menſe feb:uario certo die epulas offer
re ſuꝑ tumulos parentū ſuoꝝ. et eas de nocte de⸗
mones cōſumebāt. Ipi autē ab aīabus circa tumu
los errātib⁹ quas vmb:as vocabāt vaſtari puta⸗
bant. Solebant em̄ antiqui dicere. vt idem ait. q̄
quādo in humanis co:po:ib⁹ ſunt dicunt̄ anime.
in inferis manes. ſp̄us vero vocabāt quādo ad ce⸗
los aſcendebāt. vmb:as quādo recēs erat ſepultu
ra: ſiue quādo circa tumulos errabāt. Hec autē cō
ſuetudo de ipis epulis vix a xp̄ianis potuit extir⸗
pari. Qd̄ ſancti patres attēdentes. et hoc penitus
extirpare volētes feſtū de incathedratione beati
petri: tum de illa que fuit rome. tū de illa que fuit
anthiochie ſtatuerūt illo. ſcꝫ eodem die quo talia
fiebant. Unde ab illis epulis adhuc ab aliquibus
feſtū beati petri epularū vocatur. Quarto inſtitu⸗
ta eſt propter reuerentiā co:one clericalis. Notā⸗
dum eniꝫ q̄ iuxta aliquo:um traditionem co:ona
clerico:ū: hic p:imo ſumpſit iniciū. Nam dū petrus
anthiochie p̄dicaret in contumeliā nomīs xp̄iani
ſummitatē eius capitis ab:aſerūt. Qd̄ quidē poſt
modū toti clero tradit̄ in hono:eꝫ quod p:o xp̄o a⸗
poſtolo:ū p:incipi in contumeliā fuerat irrogatū.
Circa autē ipſam co:onam clerico:ū tria attendū
tur. ſcꝫ capitis ab:aſio. capillo:um detruncatio. et
fo:me circulatio. Ab:aſio autē in ſuꝑio:i parte ca⸗
pitis fit triplici ratiōe: quaꝝ duas aſſignat dyoni⸗
ſius in eccleſiaſtica hierarchia dicēs. Detonſio ca⸗
pillo:ū ſignat mundā: et non fo:mabilē vitā. Ad
capillo:ū eniꝫ detonſionē. ſiue capitis ab:aſionem
tria ſequūtur. ſcꝫ mūdicie cōſeruatio: defo:matio.
⁊ denudatio. Mundicie cōſeruatio: quia ex capil
lis ſordes in capite aggregant̄. Defo:matio q: ca
pilli ad o:natū ſunt. Significat ergo tonſura mū⸗
dam et non fo:mabilē vitam. hoc eſt q̄ cleri[illegible] de⸗
bent habere mundiciā mētis interius. et n[illegible] fo:ma
bilem. ideſt nō exquiſitū habitū exteriu[illegible]. Denuda
tio aūt ſignificat q̄ inter ſe et deū nichil [illegible]ebet eſſe
medium: ſed immediate debent deo vni[illegible] et reue
lata facie dn̄i glo:iā ſpeculari. Capilloꝝ [illegible]etrūca⸗
tio fit. vt ex hoc detur intelligi q̄ clerici o[illegible]mes co
gitationes ſuꝑfluas a mente ſua debent abſcin⸗
dere: et ad verbū dei ſemꝑ audituꝫ paratū et expe
ditum habere. et omnia tempo:alia p:eterq̄ ad

neceſſitatẽ a ſe penit⁹ remouere. Fit aũt circularis
figura multiplici ratione. Primo quoniã hec figu
ra nõ habet finẽ neq3 principiũ. Per qd̓ datur in-
telligi. ꝙ clerici ſunt miniſtri dei: q̃ nec habet prin
cipiũ neq3 finẽ. Secũdo quoniã hec figura nullum
angulũ habet et ſignificat ꝙ clerici non debẽt ha-
bere ſordes ĩ vita: quoniã vbi angulus ibi ſordes.
vt dicit berñ. Et debẽt habere veritatẽ in doctri-
na. quoniã veritas angulos non amat. ſicut dicit
hieronimus. Tercio qm̃ hec figura eſt omniũ figu
rarũ pulcherrima. Unde in hac deus celeſtes crea
turas fecit. Per qd̓ ſignificat ꝙ clerici debẽt habe
re pulchritudinẽ interius in mente: et exterius in
cõuerſatiõe. Quarto quoniã hec figura eſt omniũ
figurarũ ſimpliciſſima. Nulla eñ figura vt dicit au
guſtin⁹ ex vna linea cõſiſtit. ſola circularis figura
eſt que vna tantũ linea claudit. Per qd̓ ſignificat
ꝙ clerici habere debẽt ſimplicitatẽ columbarum.
Juxta illud. Et ſimplices ſicut columbe.

## De ſctõ mathia apoſtolo xlv. A



Mathias hebrayce latine dicitur donatus
d[illegible]o vel donatio dñi vel humilis ſiue puus
[illegible] Dõ donatus a dño fuit quãdo ipm̃ de mũ-
do ele[illegible]t: et inter. lxxij. diſcipulos deſignauit. Do
natio [illegible]ñi fuit quãdo ſorte electus inter apoſtolos
noĩari ꝑmeruit. Paruus fuit q: verã ſemꝑ humili
tatẽ ſe[illegible]uauit. Eſt aũt triplex humilitas ſicut dicit
ambroſius. Prima eſt afflictionis qua q̇s dicit hu
miliatus. Scd̃a conſiderat̃ois que ꝓcedit ex cõſi-
deratione ſui. Tercia deuotionis que ꝓcedit ex co-
gnitione creatoris. Primã habuit beat⁹ mathias
martiriũ patiendo. Secundã ſeipm̃ deſpiciendo.
Terciã maieſtatẽ dei admirãdo. Uel dicit a manu
qd̓ eſt bonũ. et thc ſis poſitio: inde mathias bonũ
poſitũ pro malo ſc3 ꝓ iuda. Eius vitã que per ec-
cleſias legitur. beda ſcripſiſſe creditur. B

Mathias apoſtolus in locũ iude ſubſtitutus
eſt. Sed primo ortũ et originẽ ipſius iude
proditoris breuiter videam⁹. Legitur eñ
in quadã hyſtoria licet apocrifa ꝙ fuit quidam vir
in hieruſalẽ nomĩe ruben qui alio noĩe dictus eſt
ſymon de tribu dan. vel ſecũdũ hieronimũ de tri-
bu iſachar. qui habuit vxorẽ que cyborea nũcupa
ta eſt. Quadã igit nocte cũ ſibi mutuo debitũ exol
uiſſent. cyborea obdormiens ſomniũ vidit. quod
perterrita cũ gemitibus et ſuſpirijs viro ſuo retu-
lit dicẽs. Uidebatur michi ꝙ filiũ flagicioſum pa-
rerem qui totius gentis noſtre cauſa perditionis
exiſteret. Cui ruben. Nefariã inquit rem nec rela-
tu dignã ꝓfaris. et ſpiritu ceu puto phitonico ra-
peris. Cui illa. Si me cõcepiſſe ſenſero et filiũ pe-
pero abſq3 dubio non ſpũs phitonicus extitit: ſed
reuelatio certa fuit. Procedente igitur tẽpore cũ3
filium peperiſſet: parentes plurimũ timuerunt et
quid de eo facerent cogitare ceperũt. Cumq3 filiũ
abhorrerent occidere. nec vellent deſtructorẽ3 ſui
generis enutrire ipm̃ in fiſcella poſitũ mari expo-
nunt. Quẽ marini fluctus ad inſulaʒ ꝓpulerunt. q̃
ſcarioth dicit. Ab illa igit inſula iudas ſcariothis
appellatus eſt. Regina aũt illius loci carens libe-
ris ad litus maris cauſa ſpaciandi ꝓceſſit. et fiſcel
lam a marinis fluctibus iactari vidẽs. ipſam ape-
riri ꝑcepit: inueniẽſq3 ibi puerũ elegãtis forme ſuſ
pirans ait. O ſi ſolacijs tante ſubleuarer ſobolis.
ne regni mei priuarer ſucceſſore. Puerũ igitur ſe-
creto nutriri fecit. et ſe grauidã ſimulauit. Tandẽ
ſe filiũ peperiſſe mẽtitur et per totũ regnum fama
hec celebris diuulgat. Princeps ꝓ ſuſcepta ſobo-
le vehemẽter exultauit: et ingenti gaudio plebs le
tatur. Jpm̃ igitur ſecundũ magnificentiã regiam
regina educari fecit. Non poſt multũ vero tempo-
ris regina de rege concepit: et ſuo tempore filium
parturiuit. Cum aũt pueri aliquãtulũ iam creuiſ-
ſent adinuicẽ ſepius colludebãt: et puerum regiũ
iudas crebris moleſtijs et iniurijs moleſtabat et
ad fletũ ſepius ꝓuocabat. Regina aũt hoc mole-
ſte ferẽs: et iudã ad ſe non ꝑtinere ſciens ipm̃ cre-
brius verberabat: ſed nec ſic a moleſtia pueri deſi
ſtebat. Tandem res panditur et iudas nõ verus

# ¶ De ſancto mathia apl'o

regine filius: ſz inuētus fuiſſe aperit. Quod iudas
vt cōperit vehemēter erubuit. et fratrē ſuū puta-
tiuū filiū regis latenter occidit. Ob hoc capitalem
ſentenciā timēs: cū tributarijs in iheruſalē aufu-
git. ſeq3 curie pilati tunc preſidis mancipauit. Et
quoniā res ſimiles ſibi ſunt habiles: pilat⁹ iudam
ſuis moribus inuenit congruere: et ideo cepit ipm
valde carū habere. Uniuerſe igit curie pilati iu-
das preficit. et ad eius nutum omīa diſponūtur.
Quadā igit die pilatus de palacio ſuo in quoddā
pomeriū aſpiciens illoꝝ pomorū tanto deſiderio
capt⁹ eſt: vt pene deficere videret. Erat aūt illud
pomeriū ruben patris iude. Sed nec iudas patrē
neq3 ruben filiū agnoſcebat. quia et ruben ipm in
marinis fluctib⁹ periſſe putabat: et iudas quis pa
ter aut q̄ patria ſua fuerit penitus ignorabat. Pi-
latus itaq3 accerſito iuda ait. Tāto illoꝝ fructuū
captus ſū deſiderio q̄ ſi his fruſtrat⁹ fuero: ſpiritū
exalabo. Concitus igitur iudas in pomeriū inſi-
lijt. et velocius mala carpit. Interea ruben venit
et iudam mala ſua carpentē inuenit. Fortiter igit
ambo cōtendunt: et iurgia ſupaddūt. Poſt iurgia
ſurgūt ad verbera: et mutuis ſe iniurijs affecerut.
Tandem iudas ruben in ea parte qua ceruix collo
cōnectitur lapide percuſſit: pariter et occidit. Po-
ma igitur ſuſtulit: et pilato quid acciderit enarra-
uit. Jam die inclināte: et nocte ſuperueniente ruben
mortuus inuenit: et ſubitanea morte preuentus eſſe
putatur. Tūc pilatus omēs facultates ruben iude
tradidit: et cyboreā vxorem ruben in coniugem ei
dedit. Quadam igitur die dum cyborea grauiter
ſuſpiraret: et iudas vir eius q̄d haberet diligēter
interrogaret: illa reſpōdit. Heu infeliciſſima ſum
omniū feminaꝝ: q̄a infantulū meū marinis flucti
bus immerſi: et virū meū morte preuentū inueni
ſed ex dolori miſere pilatus addidit dolorē qui me
meſtiſſimā nuptui tradidit: et inuitiſſimā tibi in cō
iugium copulauit. Cumq3 illa omīa de illo infantu
lo enarraſſet: et iudas illa que ſibi acciderant retu
liſſet inuentū eſt q̄ iudas matrē ſuam in vxorē du
xerit: et q̄ patrē ſuū occiderit. Penitentia igitur
ductus ſuadēte cyborea: dn̄m noſtrū iheſum xp̄m
adijt: et ſuorū delictoꝝ veniā implorauit. Hucuſq3
in predicta hyſtoria apocriſa legitur que: vtrum re
citanda ſit: lectoris arbitrio relinquat: licet ſit po-
tius relinquēda quā aſſerenda. ¶ Dominus autē
ſuū eum fecit diſcipulū: et de diſcipulo in ſuū ele-
git apoſtolū. Qui adeo ſibi familiaris extitit et di-
lectus: vt eū faceret ſuū procuratorē: quē poſtmo-
dum ꝑtulit ſuū ꝑditorē. Portabat eīn loculos et
ea que xp̄o dabantur furabatur. Dolēs vero tem
pore dn̄ice paſſionis q̄ vnguentū quod tricentos
denarios valebat nō fuerat venditū: vt illos etiā
denarios furaret abijt: et dn̄m .xxx. denarijs vēdi
dit: quoꝝ vnuſquiſq3 valebat decē denarios vſua
les: et ita damnū trecētoꝝ denarioꝝ recompenſa
uit. Uel vt quidā aiunt: omniū que chriſto dabant
decimā partem furabatur: et ideo pro decima pte
quā in vnguento amiſerat. ſcʒ pro .xxx. denarijs
dn̄m vendidit. Quos tamē penitentia ductus re-
tulit: et abiens laqueo ſe ſuſpendit et ſuſpēſus cre
puit medius: et diffuſa ſunt viſcera ei⁹. In hoc aūt
delatū eſt ori: ne ꝑ os effunderetur. Nō eīn dignū
erat: vt os tam viliter inquinaretur: qd̄ tam glo-
rioſū os: ſcʒ xp̄i cōtigerat. Dignū etiā erat vt vi-
ſcera que ꝑditionē conceperāt rupta caderent: et
guttur a quo vox ꝑditionis exierat laqueo arta-
retur. In aere etiā interijt vt qui angelos in celo
et homines in terra offenderat ab angelorum: et
hominū regione ſepararetur: et in aere cū demoni-
bus ſociaretur. ¶ Cū igitur inter aſcenſionē
et penthecoſten apoſtoli in cenaculo ſimul eſſent.
vidēs petr⁹ q̄ numerus .xij. apoſtoloꝝ erat imi-
nutus: quos tamē dn̄s in hoc numero elegerat vt
fidem trinitatis in quatuor mūdi partib⁹ predica
rent: ſurrexit in medio fratrū dicens. Uiri fratres
oportet vt aliquē loco iude ſubſtituam⁹: qui teſtet
nobiſcū reſurrectionem xp̄i: quia dn̄s dixit nobis.
Eritis michi teſtes in iheruſalē: et in omni iudea
et ſamaria: et vſq3 ad vltimū terre. Et quia teſtis
non niſi de his que vidit debet teſtimoniū ferre.
eligendus eſt vnus ex his viris: qui nobiſcū ſemꝑ
fuerūt: et dn̄i miracula viderunt. et eius doctrinā
audierunt. Et ſtatuerunt duos de ſeptuaginta-
duobus diſcipulis: ſcʒ ioſeph qui cognominat⁹ eſt
iuſtus ꝓ ſanctitate ſua q̄ fuit frater iacobi alphei.
et mathiā de cuius laude ſubticetur: quia ſufficit ei
ꝓ laude q̄ in apoſtolū eſt electus. et orantes dixe
runt. Tu dn̄e qui noſti corda omniū oſtende quē
elegeris ex his duobus accipe locū miniſterij hui⁹
et apoſtolat⁹ quē iudas amiſit. Et datis illis ſorti
bus cecidit ſors ſuꝑ mathiam: et annumeratus eſt
cū vndecim apl'is. ¶ Et notandū q̄ exemplo hoc
vt ait hieronim⁹: non eſt ſortibus vtēdū: quia pri-
uilegia paucoꝝ cōmunē legem non faciūt. Rur-
ſus etiā ſicut ait beda: donec veniret veritas figu-
ram licuit obſeruare. Uera eīn hoſtia in paſſione
fuit immolata: ſed in pēthecoſten cōſummata. Et
ideo in electiōe mathie ſortib⁹ vſi ſunt: ne a lege di
ſcreparēt in qua ſumm⁹ ſacerdos ſorte querebat.

# De ſancto mathia aplõ

Poſt penthecoſten vero iam veritate propalata
vij. dyacones nõ ſorte ſed diſcipulorũ electione et
apoſtolorũ oratione. et manuũ impoſitione ordi⸗
nati ſunt. Cuiuſmodi aũt he ſortes fuerint due ſan
ctorũ patrum extant ſentencie. Hieronimus eñ et
beda volũt ꝙ he ſortes tales fuerunt: quales ille
quarũ in veteri lege creberrimꝰ vſus erat. Dyoni
ſius aũt qui fuit pauli diſcipulus irreligioſum exi⸗
ſtimat hoc arbitrari aſſerẽs ſibi videri ꝙ illa ſors
nichil aliud fuerit niſi quidã ſplendor et radius di⸗
uinitus ſup mathiam emiſſus per quẽ ipſe oſtẽde⸗
batur in apoſtolũ aſſumendus. Ait eñ ſic in libro
eccleſiaſtice hierarchie. De diuina aũt ſorte q̃ ſup
mathiam diuinitus cecidit. alij quidẽ alia dixerũt
nõ religioſe ſicut arbitror: meã autẽ et ipſe inten⸗
tionẽ dicam. videtur eñ michi eloquia ſortem no
minare thearticũ quoddã donũ: demonſtrans illi
theartico choro a diuina electione ſuſceptum. Hic
igitur mathias apoſtolus iudeam in ſortem accepit
et p̄dicationi ibidẽ inſiſtẽs et multa miracula faci⸗
ens in pace quieuit. In nonnullis vero codicibus
legitur ꝙ patibulũ crucis pertulit: et tali martirio
coronatus celos aſcendit. Huius corpus rome in
eccleſia ſancte marie maioris ſub lapide porfireti
ce ſepultũ eſſe dicit: et ibidẽ caput eius populo de
monſtrat. D In quadã vero legẽda que tre
ueris inuenit ſic inter cetera legit. Mathias de tri
bu iuda et ciuitate bethleẽ: illuſtri ꝓſapia oriun⸗
dus fuit. Qui litteris traditus oẽm in breui legis
et prophetarum ſcientiã apprehẽdit Laſciuiã quoq̃
abhorrens: pueriles ãnos morũ maturitate vince
bat. Informabat quoq̃ eius animus ad virtutem
vt eſſet ad intelligentiã abilis: ad miſericordiã faci
lis in proſperis non elatus. in aduerſis conſtans
et intrepidus. Satagebat vt qđ iuſſu preceperat
opere compleret et oris doctrinã manuũ opatiõe
mõſtraret. Hic cũ per iudeã predicaret cecos illu⸗
minabat: leproſos mũdabat: demones expellebat
claudis greſſum: ſurdis auditũ: mortuis vitã reſti
tuebat. Qui cũ corã pontifice accuſaret in multis.
reſpõdit. De obiectis que crimina dicitis nõ opor⸗
tet me multa dicere: qm̃ chriſtianũ eſſe non eſt cri⸗
minis: ſed glorie. Cui pontifex. Si tibi dant indu
tie vis penitere? Et ille. Abſit vt a veritate quã ſe
mel inueni ꝑ apoſtaſiam digrediar. Igit mathias
in lege erat doctiſſimus. corde mũdus: animo pru
dens: in ſoluẽdis queſtionibꝰ ſacre ſcripture acu⸗
tus: in cõcilio ꝓuidus: in ſermocinatione expedi⸗
tus. Qui cũ verbũ dei ꝑ iudeam predicaret multos
ſignis et ꝓdigijs cõuertebat. Unde iudei inuidẽ⸗
tes ipm̃ in cõcilio ſtatuerũt. Duo ergo falſi teſtes
qui ipm̃ accuſauerant: primo in ipm̃ lapides miſe⸗
runt: quos lapides in teſtimoniũ illis ſecum pecijt
ſepeliri. Qui dũ lapidaret ſecuri more romano ꝑ⸗
cutit: et extẽſis in celũ manibus ſpiritũ dño reddi⸗
dit. Et ſubditur ibidẽ. Cuius corpus de iudea ro⸗
mam: et inde treuerim eſt tranſlatum E In
quadã vero alia legẽda legitur. ꝙ dũ mathias in
macedoniã aduenіſſet: et fidem chriſti predicaret.
quandã potionẽ toxicatam q̃ viſu cũctos priuabat
ſibi dederũt. quã in nomĩe xp̄i bibit et nullã leſio⸗
nem incurrit. Et cũ illa potione pluſꝙ. ccl. exceca
ſent. ille ſingulis manũ imponens: omẽs illumina
uit. Dyabolus aũt in ſimilitudine infantis eis ap⸗
parẽs: ſuaſit vt mathiã occiderent qui eorum cultum
euacuaret. Et cum ipſe in medio eorũ conſiſteret.
tribus tamen diebus eum querẽtes minime inue⸗
nerunt. Tercia autẽ die ſe eis manifeſtans dixit.
Ego ſum. Quẽ manibus poſt tergũ ligatis. et fu⸗
ne collo ĩpoſito crudeliter afflixerũt: et ſic in carce⸗
re recluſerũt. Ubi demones apparẽtes dẽtibꝰ in
eum fremebãt: ſed appropinquare nõ poterant.
Dñs autẽ cum multo lumine ad eum veniẽs ipm̃
de terra leuauit: et vincula ſoluẽs: et dulciter con
fortans: hoſtiũ aperuit. Qui egreſſus verbum dñi
p̄dicauit. Dum aũt quidã obſtinati ꝑſiſterent dixit
eis. Denũtio vobis ꝙ viui in infernũ deſcendetis
Moxq̃ terra ſe aperuit et cũctos illos degluttiuit
Reliqui vero ad dñm ſunt conuerſi.

## De ſancto Gregorio xlvi A



Gregorius dicit a grex et gore qđ eſt predicare ſiue dicere. vnde gregorius quaſi gregis p̄dicator. Uel dicit gregori⁹ quaſi egregorius: ab egregius et gore: quaſi egregius p̄dicator et doctor. Uel gregorius in lingua noſtra vigilans ſonat. quia ipſe vigilauit ſibi: deo: et gregi. Sibi per mūdicie cōſeruationē: deo ꝑ internā contēplationē. gregi ꝑ aſſiduā predicationez. Et hec tria merent dei viſionē. Aug⁹. in libro de ordine. Js videt deū qui bene viuit: bene ſtudet. et bene orat. Eius vitā ſcripſit paulus lōgobardoꝝ hyſtoriographus. quā iohannes dyaconus diligentius poſtmodū compilauit. B

Gregorius ſenatoria ſtirpe ꝓgenitus. cui⁹ pater gordianus: et mater ſiluia dicebatur. Cū ſummū philozophie apicē in ipa ſui adoleſcētia attigiſſet: ac rerū et diuiciarū copia plurimū abūdaret: cogitauit tū hec oīa deſerere: et in religionē ſe transferre. Sed dū longius cōuerſionem ꝓtraheret: ⁊ tuti⁹ ſe xp̄o famulaturū putaret ſi ſub p̄toris vrbani habitu mūdo ſpecieten⁹ deſeruiret. ceperūt multa cōtra eū ex ſeculi cura ſuccreſcere: ita vt non tantū ſpecie: ſed in eo retineretur et mente. Tandem patre orbatus ſex monaſteria in ſicilia cōſtruxit: ſeptimū intra menia vrbis. ſub honore ſancti andree apl̄i i ꝓprio domate fabricauit. Jn quo relictis ſericis auro: gēmiſqꝫ radiantibus: vili monaſtico habitu tegebat. Ubi ad tantaz ꝑfectionē in breui deuenit: vt in ipſo ſue cōuerſionis inicio: poſſet iam in ꝑfectorū numero cōputari. Cuius quidē ꝑfectio ex verbis ſuis que in ꝓlogo ſuꝑ dyalogū ponit: aliqualiter perpēdi poteſt vbi ſic dicit. Jnfelix anim⁹ meus occupatiōis ſue pulſat⁹ vulnere: meminit qualis aliqn̄ in monaſterio fuit. quomō ei labentia cuncta ſubtererāt: q̄tum rebus oībus que voluunt eminebat: qꝫ nulla niſi celeſtia cogitare cōſueuerat. qꝫ etiā retētus corpore ipſa iā carnis clauſtra contēplatione tranſibat qꝫ mortē quoqꝫ q̄ pene cūctis pena eſt. videlicet vt ingreſſum vite: et premiū laboris ſui amabat. Tāta deniqꝫ diſtrictiōe corpus ſuū afflixit. vt infirmato ſtomacho ſubſiſtere vix valeret: et inciſionē vitalium quā greci ſincopin vocant patiens: crebris anguſtijs ꝑhorarū momēta ad exitū ꝓpinquaret.

Quadā vice dum quodā in monaſterio ſuo vbi abbas p̄erat ſcriptitaret angelus domini i ſpecie naufragi ſibi affuit ſibiqꝫ miſereri lachrimabiliter poſtulauit: cui cū gregorius ſex argēteos dari feciſſet et abiſſet: eadē die iterum redijt: ſeqꝫ multa ꝑdidiſſe pauca vero recepiſſe ꝑhibuit. Qui cū ab eo totidē argēteos recepiſſet: iterum vice tercia reuerſus: miſereri ſibi importunis clamorib⁹ poſtulabat. Sed gregorius cū a ꝓcuratore ſui monaſterij didiciſſet. nil dādū preter ſcutellā argēteā quā mater ſua cū leguminibus mittere ſolebat i monaſterio remanſiſſe: illā ſtatim dari p̄cepit. Quā ille libenter accipiēs. letus abſceſſit. Hic aūt angelus domini fuit ſicut ſe ſibi poſtmodū reuelauit. C

Quadā die btūs gregori⁹ ꝑ foꝝ vrbis romane trāſiens: cernit quoſdā pueros forma pulcherrimos. vultu venuſtos: capilloꝝ nitore ꝑſpicuos eē venales. Jnterrogat igit mercatorē de qua illos patria attuliſſet. Qui reſpondit. De britania cuius incole ſimili candore refulgēt. Jnterrogat iterū ſi xp̄iani ſunt. Cui mercator. Non ſed paganicis erroribus implicati tenent. Tūc gregori⁹ acriter ingemiſcēs heu ꝓch dolor inquit. quā ſplendidas facies princeps tenebrarū nūc poſſidet. Jnterrogat inſuꝑ qđ eſſet vocabulū gētis illi⁹. Cui ille. Anglici vocantur. Bene inquit anglici: quaſi angelici: quia ⁊ angelicos vultus habent. Jnterrogante iteꝝ eo qđ nomē haberet illa ꝓuincia. ait mercator. Prouinciales illi deiri vocant. Et gregori⁹. Bn̄ inq̄t deiri vocant: quia de ira ſunt eruendi. Rurſus de noīe regis interrogante: ait mercator qꝫ aelle diceret. Et gregorius. Bn̄ aelle quia all'a in partibus illis decātari oportet. Qui mox ad ſummū pontificē accedens cum multa inſtātia ⁊ precibus vix obtinuit vt ad illos cōuertendos mitteret. Cumqꝫ iam iter arripuiſſet. romani de ei⁹ abſentia plurimū ꝯturbati. papā adeūt: et eū taliter alloquunt. Petruz offēdiſti: romā deſtruxiſti: gregoriū dimiſiſti. Sicqꝫ papa ꝑterritus. ad eū reuocandū continuo nuncios deſtinauit. Cumqꝫ gregorius iā iter triū dierū ꝑegiſſet et in quodā loco diuertens quedā ceteris quieſcentibus lectitaret locuſta ſuꝑueniēs eū coegit a legēdo quieſcere. et ex ꝯſideratione ſui noīs docuit. eum in eodē loco ſtare debere. Qđ ille ſpiritu ꝓphetico diſcēs: ſtatim comites adhortat. vt velocius debeāt ꝓficiſci. Sed ſuꝑuenientibus apoſtolicis nuncijs redire cōpellit. licet de hoc plurimū triſtaret. Tūc papa ipm̄ a monaſterio ſuo abſtraxit. et ſuū dyaconē cardinalez ordinauit. D

Quodā tempore tiberis fluuius alueū ſuū egreſſus. intantū excreuit vt ſuꝑ muros vrbis influeret ⁊ plurimas domos euerteret. Tunc etiā ꝑ tiberim fluuiū multitudo ſerpentū cum dracone magno in mare deſcēdit. Sed a fluctibus ſuffocati. et ad litus ꝓiecti totū aerē ſua putredine corruperūt. Sicqꝫ plaga peſſima quā inguinariā vocāt ſecuta eſt: ita

vt etiaꝫ corporali viſu ſagitte celitus venire. et ſin
gulos quoſq; percutere viderentur. Que primo
omniū pelagiuꝫ papā ꝑcuſſit. et ſine mora extinxit
Poſtmodū vero ita in reliquū vulgus deſeuit. vt
ſubtractis habitatorib⁹: domos plurimas vacuas
in vrbe reliqͥt. Sed quia eccleſia dei ſine rectore
eſſe nō poterat: gregoriū licet totis virib⁹ renitē-
tem: plebs omnis elegit. Cū ergo benedici debe-
ret. et lues populū deuaſtaret ſermonē ad populū
fecit: ꝓceſſionē faciēs letanias inſtituit: et vt oēs
deum attentius exorarent admonuit. Cum igitur
deū omnis cōgregat⁹ populus exoraret: intantū
lues ipa deſeuit. vt in vna hora. lxxx. homies ſpi-
ritū exalarent. Sed nequaq̄ ceſſauit populuꝫ ad
monere. vt ab oratione nunq̄ deſiſterēt donec pe
ſteꝫ ipam diuina ꝓpulſaret miſeratio. Finita ꝓceſ
ſione fugere voluit: ſed nequiuit: quia die noctuq;
portas vrbis ꝓpter eū vigiles obſeruabāt. Tan-
dē mutato habitu a quibuſdā negociatoribus ob-
tinuit: vt in quodā doleo ſuꝑ quadrigam de vrbe
educeret. Qui mox ſiluā expecijt: cauernaꝝ latibu
la requiſiuit: ibiq; tribus dieb⁹ latuit. Veruntamē
dum ſolicite quereret: columna lucis prefulgida a
celo dependēs: ſuꝑ locū in quo latitabat apparuit
in qua columna angelos deſcendētes et aſcēdētes
quidā recluſus aſpexit. Moxq; ab vniuerſo popu
lo capit. trahit et ſummus pontifex conſecratur.
Quod vero ad hoc honoris culmen inuitus aſcen-
derit qui verba ſua legit patenter aduertit. Nam
in epl̄a ad narſum patriciū ſic ait. Dum cōtempla-
tionis alta deſcribitis. ruine mee michi gemitū re-
nouatis: quia audiui qd intus ꝑdidi. dum foris ad
culmē regiminis īmeritus aſcendi. Tanto aūt me
merore percuſſum cognoſcite. vt vix loqui ſufficiaꝫ
Nolite ergo me vocare noemi: ideſt pulcrū: ſed vo
cate me mara: q2 amaritudine plenus ſum. Itē ali
bi. Qd me ad eꝑatus ordinē cognoſcitis ꝑueniſſe
ſi me diligitis plangite. q2 et ego inceſſanter de-
fleo. atq; vt deū ꝓ me exoretis rogo. In prologo
quoq; ſuꝑ dyalogū ſic ait. Ex occaſione cure paſto
ralis anim⁹ meus ſeculariū hominū negocia patit
et poſt tā pulchrā ſue quietis ſpeciē terreni actus
puluere fedat. Perpendo itaq; quid tolero ꝑpen-
do quid amiſi. Dumq; intueor illud qd perdidi.
fit hoc grauius qd porto. Ecce em̄ nūc magni ma-
ris fluctib⁹ quacior: atq; in naui mentis tēpeſtatis
valide ꝓcellis illidor. et cū prioris vite recolo quā
ſi poſt tergū ductis oculis viſo litore ſuſpiro. Sed
quia adhuc romā predicta peſtis vaſtabat more ſo
lito ꝓceſſionē cum letanijs per ciuitatis circuitum
quodā tēpore paſchali ordinauit: in qua ymaginē
beate marie ſemꝑ virginis. q̄ adhuc vt aiunt eſt ro
me in eccleſia q̄ dicit ſancta maria maior quā lucas
arte medicus. et pictor egregi⁹ formaſſe dicitur. et
eidē virgini ſimilimā ꝑ oia perhibetur. ante ꝓceſ-
ſionē reuerenter portari fecit. Et ecce tota aeris
infectio et turbulentia ymagini cedebat: ac ſi ipaꝫ
ymaginē fugeret: et eius preſentiā ferre nō poſſet
Sicq; poſt ymaginē mira ſerenitas. et aeris puri-
tas remanebat. Tūc in aere vt refert iuxta ymagi
nē audite ſunt voces angeloꝝ canentiū. Regina
celi letare all'a. q2 quē meruiſti portare all'a. reſur
rexit ſicut dixit all'a. Statimq; btūs gregorius qd
ſequit adiunxit. Ora pro nobis deū rogamus all'a
Tūc beat⁹ gregori⁹ vidit ſupra caſtrū creſcencij an
gelū dn̄i: qui gladiū cruentatū detergens in vagi-
naꝫ remittebat. Intellexitq; gregori⁹ q̄ peſtis illa
ceſſaſſet. Et ſic factū eſt. Unde et caſtꝝ illud caſtrū
angeli deiceps vocatū eſt. Tandē vt deſiderauē-
rat auguſtinū mellitū. et iohānē cuꝫ q̄buſdā alijs ī
angliā miſit. et eos ſuis ꝑcibus et meritis ad fideꝫ
conuertit. ℭ Tante etiaꝫ humilitatis beatus
gregori⁹ extitit: vt ſe laudari nullomō ꝑmitteret.
Naꝫ ſtephano ep̄o qui cū in ſuis epl̄is laudauerat
ita ſcripſit. Multū michi et vltra q̄ audire debui
indignus: fauorē in veſtris epl̄is demonſtraſtis.
Etrū ſcriptū eſt. Ne laudes hominē quādiu viuit.
Tamē et ſi audire talia dignus nō fui orationibus
veſtris peto vt dignus efficiar. vt ſi bona ideo in
me dixiſtis q2 non ſunt. ideo ſint q2 dixiſtis. Item
in epl̄a ad narſuꝫ patriciū. q̄ cauſe et noīs ſimilitu
dinē faciendo ꝑ ſcripturas clauſulas declamatio-
neſq; formatis: certe frater cariſſime ſimeā leoneꝫ
vocas qd eo modo vos agere cōſpicimus. quo ſca
bioſos oculos ſepe pardos vel tigres vocamus.
Itē ī epl̄a ad anaſtaſiū patriarchā anthiocenū q̄
vos me os dn̄i: q̄ lucernā dicitis: q̄ loquēdo mul-
tis ꝓdeſſe multiſq; poſſe lucere ꝑhibetis. exiſtima
tionē meā fateor: michi in dubitationē maximā ꝑ-
duxiſtis. Conſidero nanq; qui ſum: et nichil me ex
hmōi boni ſigno deꝑhendo. Conſidero autēꝫ qui
eſtis et vos mētire poſſe nō arbitror. Cū ergo cre-
dere volo qd dicitis. cōtradicit michi infirmitas
mea. Cū diſputare volo qd in laude mea dicit con
tradicit michi ſanctitas veſtra. Sed queſo vir ſan-
cte nobis aliq̄d de hoc certamine noſtro cōueniat
vt ſi nō qd dicitis ita eſt. ſit ita q2 dicitis. Vocabula
etiam iactantiā. vel vanitatē ſonantia omnino re
ſpuebat. Unde eulogio patriarche alexādrino qui
eū vniuerſalē papā vocauerat ita ſcribit. In ꝑfa-

tione ep̄l'e quã ad me direxiſtis ſupbe appellatio-
nis verbũ: vniuerſalẽ me papã dicẽtes imprimere
curauiſtis. Qḋ pero dulciſſima ſanctitas veſtra vl-
tra nõ faciat: qꝛ vobis ſubtrahit: qḋ alteri pluſꝗ
rõ exigat prebet. Ego enĩ verbis ꝓſperari non q̄
ro ſed moribꝰ: nec honorẽ eſſe reputo. in quo fra-
tres honorẽ ſuũ ꝑdere cognoſco. Recedant ergo
verba q̄ vanitatẽ inflant. caritatẽ vulnerãt. Hinc
eſt ꝙ cũ iohãnes ep̄s ꝯſtantinopolitanꝰ hoc voca-
bulũ vanitatis ſibi vſurparet. et ſe vniuerſalẽ pa-
pã vocari fraudulẽter a ſinodo obtinuiſſet inter ce
tera ſic de eo ſcribit grego. Quis eſt iſte q̄ ꝯtra ſta-
tuta euãgelica: cõtra canonũ decreta nouũ ſibi no-
men vſurpare p̄ſumit. vt vel ſine imminutione ſit
vnus: q̄ eſſe appetit vniuerſus. Verbũ etiã iuſſio-
nis ſibi a coep̄is dici nolebat. Unde ait in ep̄l'a ad
eulogiũ ep̄m alexandrinũ. Veſtra michi caritas
loquit̄ dicens. Sicut iuſſiſtis. Qḋ verbũ iuſſionis
peto a meo auditu remoueri: qꝛ ſcio qui ſum et q̄
eſtis. Loco enĩ michi fratres eſtis: moribꝰ patres.
Inſuper ob nimiã humilitatẽ qua erat p̄ditus no-
lebat ꝙ matrone ſe ancillas ſuas dicerẽt. Unde ru
ſticane patricie ſcribẽs ait. Unũ in tuis ep̄l'is egre
ſuſcepi: qꝛ qḋ ſemel eſſe poterat ſepius dicebatur
ancilla veſtra. et ancilla vr̄a. Ego enĩ qui per epi
ſcopatus onera omniũ ſeruus ſuꝫ factus: qua rõne
te michi ancillã dicis: cuiꝰ ante ep̄atum ſuſceptum
ꝓprius fui. Et ideo rogo ꝑ omnipotẽtẽꝫ deum ne
hoc verbũ aliquãdo ad me in ſcriptis tuis inueniã
Primus in ſuis ep̄l'is ſe ſeruũ ſeruoꝝ dei noĩauit.
et alios nomĩari inſtituit. Libros ſuos dum adhuc
viueret. ob nimiã humilitatẽ publicari nolebat et
in alioꝝ cõparatione ſuos nichil valere exiſtima-
bat. Unde innocencio p̄fecto affrice ſic ſcribit. Qḋ
expoſitionẽ ſcꝫ iob vobis tranſmitti voluiſtis. ve-
ſtro ſtudio congaudemus. Sed ſi delicioſo cupitis
pabulo ſaginari. beati auguſtini cõpatriote veſtri
opuſcula legite. et ad cõparationẽ illius ſimilagi-
nis. noſtrũ furfurẽ non queratis. Neq̄ꝫ enĩ volo dũ
in hac carne ſum ſi qua dixiſſe me cõtigit: ea facile
hominibus innoteſci. F ¶ Legit quoq̄ꝫ in quo-
dam libro de greco in latinũ tranſlato ꝙ quidam
ſanctꝰ pater noĩe abbas iohãnes cũ romã ad viſi
tandũ ap̄l'orum limina veniſſet: et beatũ gregoriũ
papã per mediũ ciuitatis trãſire videret: voluit ei
occurrere: ac vt decebat reuerentiã exhibere. Cer
nens vero btũs gregoriꝰ ꝙ ſe in terrã vellet ꝓſter
nere feſtinauit et primo ſe corã ipſo in terrã ꝓſtra-
uit. nec inde ſurrexit. quouſq̄ꝫ abbas primo ſurre-
xit in quo maria eiꝰ humilitas cõmendat̄. Tante

aũt largitatis alemoſinarũ extitit. vt nõ ſolũ p̄ſen
tibꝰ: ſed etiã longe poſitis. et in mõte ſynai mona
chis neceſſaria miniſtraret. Nam omniũ indigen-
tiũ noĩa ſcripta habebat: et eis liberaliter ſubue
niebat. Monaſteriũ hieroſolimis inſtituit ⁊ dei fa
mulis illic degẽtibus neceſſaria mittere ꝓcurauit
Tribus quoq̄ꝫ milibus ancillis dei ꝓ quotidianis
ſtipendijs octoginta libras auri annualiter offere
bat. Quotidie etiã ad ſuam menſaꝫ ꝑegrinos quoſ
libet inuitabat. Inter quos die quadã vnus acceſ-
ſit. in cuiꝰ manibus dũ ip̄e ex humilitate aquã fun
dere vellet. cõuerſus vrceum accepit: ſed repente
eum in cuiꝰ manibꝰ aquã fundere volebat nõ inue
nit. Cumq̄ꝫ hoc factũ ſecũ ip̄e miraret̄ eadem nocte
dñs ꝑ viſionẽ ei dixit. Ceteris diebꝰ me in mẽbris
meis. heſterno aũt die me in memetip̄o ſuſcepiſti.
¶ Alio quoq̄ꝫ tẽpore p̄cepit cancellario vt. xij. pe
regrinos ad prandiũ inuitaret. Qui pergens iuſſa
cõpleuit. Duꝫ autẽ ſimul diſcũberent intuẽs papa
tredecim numerauit. Et accerſito cancellario cur
cõtra ſuã iuſſionẽ tredeciꝫ inuitare p̄ſumpſerat in
quiſiuit. Quos cãcellarius numerãs et tantũ. xij.
inueniẽs ait. Crede michi pater non ſunt niſi. xij.
Animaduertit gregoriꝰ virũ ꝓpius diſcumbẽteꝫ.
vultũ crebro mutare et nũc adoleſcentẽ: nũc vero
ſibi vetulũ venerãda quadã canicie ſimulare. Fini
to igit̄ conuiuio illuꝫ in cubiculo duxit: vehemẽter
adiurãs vt ei ſe nomẽq̄ꝫ ſuũ ꝓdere dignaret̄. Qui
rñdens ait. Et cur interrogas de noĩe meo. qḋ eſt
mirabile? Verũtamẽ ſcito qꝛ ego ſuꝫ naufragꝰ ille
cui ſcutellã argenteã tribuiſti: quã tibi miſerat cuꝫ
legumibus mater tua. Et hoc tibi ꝓ certo ſit cogni
tum: qꝛ ab illo die quo michi dediſti deſtinauit te
dñs fieri eccleſie ſue p̄ſulem. et petri ap̄l'i ſucceſſo-
rem. Cui gregorius. Et tu quomõ hoc noſti ꝙ tũc
me dñs p̄ſſe ſue eccleſie deſtinauerit? At ille. Quĩ
angelus eius ſum. et me tibi dñs nunc remiſit. Ut
te ſemꝑ debeã ꝓtegere et oẽ qḋ petieris per me
apud ip̄m valeas impetrare. Statimq̄ꝫ ab eo diſ-
paruit. G ¶ Eo tẽpore fuit quidã heremita vir
magne virtutis: qui oĩa ꝓpter deũ reliquerat: et
nichil p̄ter vnã cattaꝫ poſſidebat. Quã blandiẽs.
crebro quaſi cohabitatricẽ in ſuis gremijs refoue
bat. Orauit igit̄ ad deũ vt ſibi oſtendere dignare-
tur. cũ quo future remunerationis manſionẽ ſꝑare
debuiſſet. qui illiꝰ amore nil ex diuitijs huiꝰ ſeculi
poſſideret. Quadã igitur nocte ſibi reuelatur ꝙ cũ
gregorio romano põtifice manſionẽ ſibi ſperare
deberet. At ille fortiter ingemiſcẽs paꝝ ſibi volũ-
tariã paupertatẽ ꝓfuiſſe putabat ſi cũ eo remunera

tionem recipet qui tantis mūdialibus diuitijs abū
daret. Cū ergo gregorij diuitias ſue paupertati die
noctuq; ſuſpirādo cōferret alia nocte audiuit dn̄m
ſibi dicentē. Cum diuitē nō poſſeſſio diuitiarū. ſed
cupido faciat: cur audes paupertatē tuā gregorij di-
uitijs cōparare: qui magis illā cattā quam habes
quotidie palpādo diligere cōprobaris: ꝙ ille tātas
diuitias: quas nō amādo ſed cōtēnendo: cunctiſq;
liberaliter largiendo diſpergit? Itaq; ſolitarius deo
grās retulit. et qui meritū ſuū decreuiſſe putaue-
rat ſi gregorio cōferret orare cepit vt cum eo man-
ſione quandoq; ꝑcipere mereretur. ❡ D Cum
apud mauriciū imperatorē et filios eiꝰ ſup morte
cuiuſdā epi falſo accuſaret ſic ait ī epl'a quā apocri
ſario mittit. Unum eſt qȝ breuiter ſuggeras dn̄is
meis: q: ſi ego ſeruus eoꝝ in mortē longobardoꝝ
vel damnū me miſcere voluiſſem. hodie lōgobar-
dorum gēs: nec regē: nec ducē: nec comites habe-
ret. atq; in ſua ꝯfuſione eſſet. Sed q: deū timeo in
mortē cuiuſlibet hoīs me miſcere formido. Ecce
quāte humilitatis extitit. q: cū eſſet ſummus ponti
fex imperatoris ſe ſeruū vocabat: et dn̄m ſuū eum
appellabat. Ecce quāte innocētie: q: in mortē ini-
micoꝝ ſuorū cōſentire nolebat. Cū mauricius īpe
rator gregoriū et eccleſiā dei ꝑſequeret. inter cete
ra ſicei ſcripſit gregoriꝰ. Quia eī peccator ſuȝ cre
do ꝙ omnipotentē deū tanto vobis amplius pla-
catis. quāto me ei male ſeruientē affligitis. Qua-
dam igit vice quidā monaſtico habitu indutꝰ: ſpa-
tam euaginatā dextera tenēs corā imꝑatore intre
pidus aſtitit: et cōtra eum vibrās illū gladio mori-
turū predixit. Territus mauricius a perſecutione
gregorij ceſſauit. et vt ꝓ ſe orare deberet inſtāter
pecijt: quatenus ipm in hac vita de malis ſuis deꝰ
puniret: et nō puniendū extremo examini reſerua
ret. Quadā igitur vice vidit ſe mauricius ante tri
bunal iudicis ſtare et iudicē ꝓclamare. Date mau
riciū. Et capiētes eū miſtri ipm ante iudicē poſue-
runt. Cui ille. vbi vis vt reddam tibi mala que in
hoc ſeculo perpetraſti? Ille rn̄dit. Hic potiꝰ ea dn̄e
michi: et nō in ſeculo futuro retribue. Statimq; di-
uina vox iuſſit tradi mauriciū: vxoreq;: filios. et fi-
lias. foce militi occidēdos. Quod et factū eſt. Non
poſt multū eī tēporis focas quidā miles eius ipm
cū tota familia ſua gladio occidit: et ei in imperio
ſucceſſit. Cum apud ſanctā mariam maiorē in die
paſche miſſam celebraret. et pax dn̄i ꝓnunciaret.
angelus dn̄i alta voce rn̄dit. Et cū ſpū tuo. Unde
papa apud illā eccleſiā in die paſche ſtationē facit
nec ſibi cū dicit. pax dn̄i: in huius miraculi teſtimo
niū reſpondetur. ❡ I Quodā tp̄e trayanus im
perator romanꝰ ad quoddā bellū vehemētiſſime
feſtinabat. Cui vidua quedā flebiliter occurrit di-
cens. Obſecro vt ſanguinē filij mei innocēter per-
empti vindicare digneris. Cumq; trayanꝰ ſi ſanus
reuerteretur ſe vindicare teſtaret. vidua dixit. Et
qs michi hoc ꝓſtabit ſi tu in prelio mortuus fueris?
Trayanꝰ dixit. Ille qui poſt me imꝑabit. Cui vi-
dua. Et tibi quid ꝓderit ſi alter michi iuſticiā fece-
rit? Trayanus dixit. Utiq; nichil. Et vidua. Nōne
inquit melius eſt tibi vt michi iuſticiā facias. ⁊ pro
hoc mercedē accipias. ꝙ vt alteri hanc trāſmittas
Tunc trayanꝰ pietate cōmotus de equo deſcēdit.
et ibidē innocentis ſanguinē vindicauit. ❡ Fertur
quoq; ꝙ cum quidā filius trayani ꝑ vrbē equitādo
nimis laſciue diſcurreret. filiū cuiuſdā vidue inter-
emit. Qȝ cū vidua trayano lacrimabiliter expone
ret. ipm filiū ſuū qui hoc fecerat vidue loco filij ſui
defuncti tradidit: et magnifice ipſam dotauit. Duȝ
igitur quadā vice diu iam defuncto trayano gre-
gorius per forū trayani trāſiret. et huiꝰ manſuetu
dinem iudicis recordatꝰ fuiſſet: ad ſancti petri baſi
licam ꝑuenit. et ibidē ꝓ eius errore amariſſime fle
uit. Tunc ſibi diuinitꝰ eſt reſpōſum Ecce petitionē
tuam cōpleui: et trayano penā eternā pepci. Dece
tero aūt diligētiſſime caueas: ne ꝓ dānato aliquo
ꝓces fundas. Damaſcenꝰ aūt in quodam ſuo ſer-
mone narrat ꝙ gregoriꝰ ꝓ trayano orationeȝ fun
dens audiuit vocē ſibi diuinitꝰ illatā. Uocē tuā au
diui: et veniā trayano do. Cuiꝰ rei vt ibidē dicit te-
ſtis eſt oriens omis et occidēs. Sup hoc dixerunt
quidā ꝙ trayanus reuocatꝰ fuit ad vitā. vbi gratiā
conſecutus veniā meruit. et ſic gloriam obtinuit.
Nec erat in inferno finaliter deputatus nec ſenten
cia diffinitiua damnatꝰ. Alij dixerūt ꝙ aīa trayani
non fuit ſimpliciter a reatu pene eterne abſoluta
ſed eiꝰ pena vſq; ad tp̄us. ſcȝ vſq; ad diē iudicij fuit
ſuſpenſa. Alij ꝙ pena quo ad locū vel modum ali
queȝ tormenti ſub cōdicione fuit taxata: donec orā
te gregorio per xp̄i gratiā. locus vel modus aliqs
mutaretur. Alij vt iohānes dyaconus qui hanc le-
gendaȝ cōpilauit ꝙ nō legitur oraſſe ſed fleuiſſe. ⁊
frequenter dn̄s miſertus cōcedit. qȝ homo ꝗuis
deſiderans petere nō ꝓſumit: et ꝙ eius aīa nō eſt
ab inferno liberata. et in paradiſo repoſita. ſȝ ſim-
pliciter ab inferni cruciatibus liberata. Ualet eī
vt dicit. anima et in inferno exiſtere: et inferni cru
ciatus ꝑ dei miſedꝛiam nō ſentire. Alij ꝙ pena eter-
na cōſiſtit in duobus: ſcȝ in pena ſenſus: et in pena
damni q̄ eſt carentia viſionis diuine. Pena igit

eterna quantū ad primū eſt ſibi dimiſſa:ſed q̄ tum
ad ſecundū retenta. Fert quoqꝫ q̄ et angelus iſtud
adiecerit. Quia em̄ ꝓ damnato rogaſti:duorū tibi
dat optio. Aut em̄ in purgatorio duobus diebus
cruciaberis. aut certe toto tp̄e vite tue:infirmita-
tibus et dolorib9 fatigaberis. Qui ꝑelegit toto tē
pore vite ſue doloribus concuti q̄ duobus diebus
in purgatorio cruciari. Unde factū eſt q̄ ſemꝑ de-
inceps aut febrib9 laborauit aut podagre moleſtia
ꝑſſus fuit:aut validis dolorib9 cōquaſſat9:aut do-
lore ſtomachi mirabiliter cruciat9. Unde in quadā
ep̄la ſic loquit dicēs. Tantis podagre:tantis mo-
leſtiarū doloribus ꝑmor:vt vita mea michi grauiſ
ſima pena ſit. quotidie em̄ in dolore deficio:⁊ mor
tis remediū expectando ſuſpiro. Itē alibi. Dolor
meus interdū michi lent9 eſt:interdū nimius: ſed
neqꝫ ita lētus vt recedat. neqꝫ ita nimius vt inter-
ficiat. vnde fit vt qui quotidie in morte ſum. repel-
lar a morte. Sic aūt me infectio noxij humoris ī-
bibit vt viuere michi pena ſit:et mortē deſideran-
ter expectē:quā gemitibus meis ſolā credo eſſe re
mediū k ¶ Matrona quedā ſingulis diebus do
minicis beato gregorio panes offerebat. Cui cum
poſt miſſarū ſolēnia corpus dn̄i offerret et diceret
corpus dn̄i noſtri ihū xp̄i cuſtodiat te in vitā eter-
nam laſciua ſubriſit. Ille cōtinuo dexterā ab eius
ore cōuertēs partē illam dn̄ici corporis ſuꝑ altare
depoſuit. Poſtmodū corā pp̄lo interrogauit: quā
ob cauſam ridere ꝑſumpſerit. At illa. Quia panē
quē ꝓprijs manibus feceram tu corpus dn̄icū ap-
pellabas. Tūc gregori9 pro incredulitate mulieris
ſe in orōne ꝓſtrauit:et ſurgēs particulā illā panis
inſtar digiti carnē factā reperit. et ſic matronā ad
fidē reduxit. Orauit iterū et carnē illā in panem
conuerſam vidit:et matrone ſumendum tradidit
Quibuſdā principib9 aliquas ꝑcioſas reliq̄as pe-
tētibus:aliquantulū de ſancti iohānis euangeliſte
dalmatica tribuit. Qd̄ illi ſuſpicientes tanq̄ viles
reliquias cū indignatione nimia eidē reddiderūt.
Tūc beatus gregorius orōne facta cultellū petijt.
et pannū illum pupugit. ex cuius pūctionib9 ſan-
guis ꝓtinus emanauit. Sicqꝫ q̄ precioſe eſſent re
liquie diuinitus eſt oſtēſum. Quidā diuitum roma
norū relicta cōiuge fuerat a pontifice cōmunione
priuatus. Qd̄ ille moleſtiſſime ferens:ſed autori-
tatē tanti pontificis euacuare nō valens:magorꝫ
ſuffragia requiſiuit. Qui ſe ſuis carminibus agere
ꝓmiſerunt:vt imiſſo demone tandiu caballus pō-
tificis vexaret. quouſqꝫ cū ſeſſore ſuo ꝑiclitaretur.
Cūqꝫ gregori9 aliquādo ſuꝑ caballū ſuū tranſiret

immiſſo demone magi eius equū tā fortiter vexa-
ri fecerūt vt nequaq̄ ab aliquo teneri valeret. Tūc
gregori9 reuelāte ſpū dyabolicā immiſſionē cogno
ſcens:facto crucis ſignaculo. tam caballū a ꝑſente
rabie liberauit:q̄ maleficos ꝑpetua cecitate mul-
ctauit. Qui reatū ſuū cōfitentes ad ſacri baptiſmi
gratiā poſtmodū ꝑuenerunt. Quibus lumē ne ar-
tem magicā relegerēt reddi noluit eos tamē eccle
ſiaſtico ſubſidio nutriri ꝑcepit ¶ Legit quoqꝫ in li-
bro qui a grecis lymon dicit q̄ abbas qui preerat
monaſterio ſancti gregorij. eidē nunciauit. q̄ qui
dā monachus penes ſe nūmiſmata tria haberet.
Quē greg9. ad aliorꝫ terrorē excōmunicauit. poſt
modicū tp̄is frater morit ſancto gregorio neſciēte
Qui iratus q̄ ſine abſolutiōe mortuus fuerat ora-
tionē in pictacio ſcripſit. qua eū ab excōmunicatio
nis vinculo abſoluebat deditqꝫ eam vni dyacono-
rum precipiēs vt eam ſuꝑ foueā fratris defuncti le
geret. Quo iuſſa cōplente ſequēti nocte qui defun
ctus fuerat abbati apparuit et ſe vſqꝫ modo in cu-
ſtodia detentū. ſed heri abſolutum fuiſſe ꝓhibuit.
l ¶ Officiū et cantū eccleſiaſticū necnō et ſcolam
cantorꝫ inſtituit. et ꝓ hoc duo habitacula. vnū iux
ta baſilicā ſancti petri. alterū iuxta lateranēſē ec-
cleſiam fabricauit. Ubi vſqꝫ hodie lectus eius quo
recumbēs modulabat:et flagellū eius quo pueris
minabat. cū antiphonario autētico. veneratione
cōgrua reſeruant. In canone appoſuit. Dieſqꝫ no
ſtros in tua pace diſponas atqꝫ ab eterna dānatio
ne nos eripi. et in electorꝫ tuorū iubeas grege nu-
merari. Tandē beat9 gregorius cū ſediſſet annis
xiij. mēſib9. vi. ⁊ diebus. x. plenus opibus bonis
migrauit a corpore. In cuius tūba hi verſus ſcripti
ſunt. Suſcipe terra tuo corp9 de corpore ſumptum
Reddere quod valeas viuificāte deo. Spūs aſtra
petit:leti nil iura nocebūt. Cui vite alteri9 mors
magis ipſa via eſt. Pōtificis ſummi hoc claudunt
membra ſepulcro. Qui innumeris ſemꝑ viuit vbiqꝫ
bonis. Fluxerūt aūt anni ab incarnatōe dn̄i. dcvi.
ſub foca imꝑatore ¶ Poſt mortē beati gregorij re-
gionē totā maxima fames inuaſit. Unde pauꝑes
quos liberaliter gregori9 paſcere ſolebat ad ſucceſ
ſorē ſuū veniētes dicebāt. Dn̄e quos pater noſter
gregorius ſolebat paſcere tua ſanctitas fame nō ſi
nat ꝑire. Quib9 verbis papa indignat9 ſemꝑ tali
ter rn̄debat. Si gregori9 ad famā ſue laudis cun-
ctos pp̄los curauit ſuſcipꝭ:nos aūt non poſſumus
paſcere. Et ſic eos ſemꝑ vacuos remittebat. Un̄
ſctūs gregori9 ter ei appuit. et tūc blāde de ſua te
nacia et ꝺetractione redarguit:ſed ille ſe de nullo

emendare curauit. Vñ illi quarto apparēs terribi
liter illū corripuit et in capite letaliter ꝑcuſſit. Cu
ius dolore vexatus in breui vitā finiuit. Dū aūt ad
huc ꝑdicta fames inſtaret: quidā inuidi gregorio
ceperūt detrahere aſſerētes ꝙ totū theſaurū eccle
ſie tanꝙ vir prodigus cōſumpſiſſet. Unde ob hui⁹
vindictā ad cōburendos libros ſuos ceteroꝝ ani
mos inclinarūt. Quoꝝ duꝫ quoſdā iam cōbuſſiſſēt
et ceteros cōburere vellēt. petrus dyaconus eius
familiariſſimus cū quo quatuor libros dyalogorū
diſputauerat tradit vehemētiſſime reſtitiſſe aſſe
rēs hoc ad eius delēdaꝫ memoriā nil valere. cū in
diuerſis mūdi ꝑtibus exēplaria tenerent. adiūgēs
īmane ſacrilegiū eſſe: tāti patris tot et tales libros
exurere: ſup cuius caput ipſe ſpūmſanctū in ſimili
tudine colūbe frequētiſſime ꝓſpexiſſet. Tādē eos
in hanc ſententiā adduxit: vt ſi illud qđ dixerat iu
reiurando cōfirmans mori cōtinuo meruiſſet ipi a
libroꝝ exuſtione deſiſterēt. Si vero mori nō meru
iſſet: ſed ſupſtes ſui teſtimonij extitiſſet: ipſe quoq;
cōbuſtoribus manus daret. Fert em̄ gregoriū ſibi
dixiſſe: ꝙ ſi miraculū de viſione colūbe publicaret
poſt hoc viuere non valeret. Itaq; cum apparatu
dyaconatus euāgelioꝝ librū baiulās: venerabilis
leuita petrus adueniēs. mox vt tactis ſacroſanctis
euangelijs gregorij ſanctitati teſtimoniū ꝑhibuit.
a dolore mortis extraneus: ſpiritū inter verba ve
re cōfeſſiōis efflauit. ¶ M Quidā monachus mo
naſterij ſancti gregorij quoddā penes ſe peculiuꝫ
cōgregauit. Beatus aūt gregori⁹ alteri monacho
apparēs dixit. vt ſibi denūciaret ꝙ peculiū diſper
geret et penitētiā ageret. q: die tercia eſſet mori
turus. Qđ ille audiens vehemēter expauit peni
tentiam egit et peculiū reddidit. Moxq; febribus
adeo correctus eſt: vt a diluculo diei tercie vſq; ad
horā terciā: ꝑnimio incendio linguā ab ore proij
ciens: vltimū flatū emittere videret. Sed cum cir
cūſtantes monachi corā ipſo pſalerēt pſallmodiā
tandē interrūpētes ei detrahere ceperūt. Ille aūt
cōtinuo reuiuiſcēs et oculos ſubridendo cōcutiens
ait. Parcat vobis dñs fratres Quare michi detra
here voluiſtis? Nam impedimētuꝫ michi nō modi
cum generaſtis: quia taꝫ a vobis ꝙ a dyabolo ſub
vno tēpore accuſatus: neſciebā cui calūnie primi
tus reſpōderē. Sed ſi quādo quēlibet migranteꝫ
videritis eidē non detractionē: ſed cōpaſſionē im
pendatis vt pote qui ad tā diſtricti iudicis cum cri
minatore ſuo iudiciū vadit. Nā ad iudiciū cuꝫ dya
bolo ſteti. et adiuuāte ſancto gregorio cūctis ſuis
obiectionib⁹ bene reſpōdi. Tātū de vna obiectiōe
cōuictus erubui. ꝓ qua vt vidiſtis taliter ſuꝫ vexa
tus: et adhuc me non potui liberare. Cumq; de ea
fratres requirerēt ait. Non audeo dicere. quia cuꝫ
ad vos a beato gregorio iuſſus ſum venire dyabo
lus de hoc plurimū eſt cōqueſtus putans ꝙ me ad
penitentiā agendā pro cauſa illa deus remitteret
Quapropter beatū gregoriū vadē dedi ne cōmo
tam calumniā cuilibet reuelarē. Moxq; clamans
dixit. O andrea andrea hoc anno ꝑeas q̄ me pra
uo cōſilio ad hoc periculū cōpuliſti. Et ſtatim re
uolutis terribiliter oculis expirauit. Erat autē in
vrbe quidā noīe andreas qui eodē momento quo
ei monachus moriens ꝑiculum fuerat imꝑcatus in
tam grauē morbū decidit: vt deffluētibus carnib⁹
conſumi poſſet: mori autē non poſſet. Tunc mona
chis monaſterij ſancti gregorij cōuocatis cōfeſſus
eſt ꝙ cū ꝑdicto monacho quaſdā monaſterij cartu
las rapuiſſet ac ſuſceptis ꝑcijs extraneis tradidiſ
ſet. Moxq; is qui dudū mori nō poterat inter ver
ba ſue cōfeſſionis ſpiritū exalauit. ¶ N Eo tpe
vt in vita ſancti eugenij legit dum adhuc ambro
ſianum officium magis ꝙ gregorianū ab eccleſijs
ſeruaret: romanus pōtifex noīe adrianus conciliū
cōuocauit: vbi ſtatutū eſt vt gregorianū officiū de
beret vniuerſaliter obſeruari. Cuius rei karolus
imperator executor exiſtens per diuerſas diſcurrēs
ꝓuincias: minis et ſupplicijs oēs clericos ad hoc
ipm cogebat: et libros ambroſiani officij vbiq; cō
burebat: multoſq; clericos rebelles incarcerabat.
Proficiſcens aūt beatus eugenius epa ad conciliū
inuenit ipm conciliuꝫ per triduum iam ſolutū: ſua
q; prudentia dñm papā ſic induxit: ꝙ omnes pre
latos qui cōcilio interfuerāt. et iaꝫ per tres dietas
receſſerāt reuocauit. Concilio igit conuocato oīm
patrū hec ſentēcia vna fuit. vt miſſale ambroſianū
et gregorianū ſup altare beati petri apli ponerent
et fores eccleſie optime clauderent: ac plurimoruꝫ
epoꝝ ſigillis diligentiſſime munirent: et ipſi tota
nocte orationi inſiſterēt: vt dñs per ſignū aliquod
reuelaret qđ hoꝝ ab eccleſijs magis ſeruari vellet
Sicq; per oīa vt ordinauerāt facientes. mane ia
nuas eccleſie aperuerūt: et vtrūq; miſſale ſup al
tare apertum inuenerūt. Uel vt alij aſſerūt miſſale
gregorianū penitus diſſolutū. et huc illucq; diſper
ſum inuenerūt: ambroſianū aūt ſolūmodo apertū
ſup altare in eodē loco in quo poſuerāt repererūt
Quo ſigno diuinitus ſunt edocti. vt gregorianū of
ficiū deberet ꝑ mundū totuꝫ diſpergi: ambroſianū
autē tantum in ſua eccleſia obſeruari. Sicq; ſancti
patres vt diuinitus edocti fuerāt ſtatuerunt. et ſic

# De ſancto Longino

vſqꝫ hodie obſeruat᷑. Narrat iohannes dyaconus qui vitã beati gregorij cõpilauit: ꝙ dum vitã eius cõſcriberet ⁊ cõpilaret. quidã vir ſacerdotaliter inſignitus ei dormiẽti. et ad lanternã vt ſibi videbat᷑ ſcribẽti aſtitit. Cui deſuper candidiſſima et adeo tenuiſſima veſtis erat: vt eiꝰ raritate nigredo ſubterioris tunice appareret. Hic ꝓpius acceſſit. et inflatis buccis riſum continere non potuit. Cumqꝫ iohãnes euꝫ interrogaret cur vir grauioris officij ſic diſſolute rideret ait? Quia tu ſcribis de mortuis quos viuẽtes nunꝙ̃ vidiſti. Cui iohãnes Et ſi illũ non nouerim facie: tamen de illo ſcribo que didici lectione. At ille. Tu inquit vt video ſicut voluiſti feciſti: et ego q̃ facere potero non ceſſabo. Moxqꝫ illi lumẽ laterne extinxit: et adeo ipm̄ ꝑterruit. vt vehemẽter exclamans putaret ſe ab illo gladio iugulatum. Moxqꝫ gregorius affuit: comitãte ſecũ dextrorſuꝫ beato nicolao: ſiniſtrorſum vero petro dyacono: eiqꝫ dixit. Modice fidei quare dubitaſti? Cumqꝫ poſt cortinã lecti aduerſarius latitaret gregorius ex manu petri dyaconi magnã facem quã tenere videbat᷑ arripiẽs eiuſqꝫ flammis os faciẽqꝫ ipſius aduerſarij exurẽs ad iſtar ethiopis denigrauit. Quedã aũt ſcintilla paruiſſima cadẽs in eius veſtem candidã ipſam dicto citius cõflagrauit: et ſic nigerrimꝰ totus apparuit. Dixitqꝫ petrus beato gregorio. Satis denigrauimus eũ. Cui gregorius. Nos illum non denigrauimus: ſed nigrum fuiſſe monſtrauimus. Sicqꝫ ibidem multo relicto lumine abierunt.

## De ſancto longino xlvii A



Longinus fuit quidã centurio qui cum alijs militibus cruci dñi aſtans iuſſu pylati latus domini lancea perforauit: et videns ſigna que fiebant ſolem. ſcꝫ obſcuratũ: et terremotuꝫ in chriſtũ credidit: maxime ex eo vt quidam dicunt ꝙ cum ex infirmitate vel ſenectute eius oculi caligaſſent. de ſanguine xp̄i per lanceam decurrente fortuitu oculos ſuos tetigit: et protinus clare vidit. Unde renuntiãs milicie: ⁊ ab apoſtolis inſtructus in ceſaria capadocie vigintiocto annis monaſticã vitam duxit. et verbo et exemplo ad fideꝫ multos conuertit. Cũ autẽ a preſide tentus fuiſſet et ſacrificare nollet: iuſſit preſes omnes dentes eius excuti: et linguam abſcidi. Longinus tamẽ ex hoc loquelam non ꝑdidit: ſed accepta ſecuri om̄ia ydola cõminuit et fregit dicens. Si dij ſunt videbimus. Demones aũt de ydolis exeuntes in preſideꝫ et in omẽs ſocios eius intrauerũt: et inſaniẽtes et latrãtes ſe longini pedibꝰ ꝓſtrauerũt. Et ait longinus demonibꝰ. Cur habitatis in ydolis? Qui reſpõderunt. Ubi nõ noĩatur xp̄s: et eius ſignũ non eſt poſitum: ibi eſt habitatio noſtra. Cũ ergo p̄ſes inſaniret et oculos amiſiſſet. dixit ei longinus. Scito qꝛ ſanari nõ poteris niſi quando me occideris: ꝙ cito eĩm a te mortuus fuero: ꝓ te orabo: et ſanitatẽ tibi corporis ⁊ anime ĩpetrabo. Et ſtatim eũ decollari iuſſit. Poſt hoc abijt ad corpꝰ eius: et ꝓſtratus cuꝫ lacrimis penitentiã egit: et cõtinuo viſum et ſanitatem recepit: et in bonis operibus vitã finiuit.

## De ſancto benedicto xlviii A



# De ſancto Benedicto

Benedictus dictus eſt vel quia multa dixit.
vel quia in hac vita multas benedictiones
habuit: vel quia omnes bene dicebant de
eo: vel quia eternā meruit benedictionē habere.
Eius vitā ſanctus gregorius ſcripſit.

Benedictus ex nurſia prouincia ortus: cum
rome liberalibus ſtudijs traditus eſſet in
ipſa ſui infantia litteras deſeruit: et deſer-
tum petere decreuit. Quē nutrix ſua que eum te-
nerrime diligebat: vſqꝫ in quendā locum qui dicitur
effide ſecuta eſt. vbi ad purgandū triticum mutuo
capiſteriū petijt. Sed ſuper mēſam incaute ponēs
cū corruiſſet in duabꝰ partibus fractū vidit. Quā
benedictus flere conſpiciens partes capiſterij ac-
cepit. et ab orōne ſurgens integre ſolidatū inuenit.
Poſtmodū nutricē occulte fugiēs in quendā locū
venit: vbi tribus annis hominibus incognitus man
ſit: excepto quodā monacho romano noīe: qui ſibi
ſedule neceſſaria miniſtrabat. Cum vero ad ſpecū
a romani monaſterio iter nō eſſet panē in longiſſi
mo fune ligabat: et ſic eum deponere cōſueuerat
Tintinnabulū etiā ipſi corde inſeruit. vt ad eius ſo
nitū vir dei cognoſceret quādo ſibi romanus pa-
nem preberet: quē exiēs accipet. Sꝫ antiquus ho-
ſtis vniꝰ caritati: et alterius inuidēs refectioni la-
pidem iactauit: et tintinnabulū fregit: ſed tamē ro
manus ei miniſtrare nō deſijt. Poſt hoc cuidā
p̄ſbitero refectionē ſibi in paſchali ſolēnitate pa-
ranti dn̄s per viſum apparuit dicens. Tu tibi deli
cias preparas: et ſeruus meus in illo loco fame
cruciatur. Qui ꝓtinus ſurrexit et cū difficultate ma-
gna eum inueniēs dixit. Surge et ſumamus cibū.
quia hodie paſcha dn̄i eſt. Cui benedictus. Scio
quia paſcha eſt qꝛ videre te merui. Longe quippe
ab hominibus poſitus quia die eadē paſchalis eſſet
ſolēnitas ignorabat. Cui p̄ſbiter. Ueraciter hodie
reſurrectionis dn̄ice dies eſt: abſtinere te nō cōue-
nit: quia ob hoc ad te miſſus ſum. Sicqꝫ deū bene-
dicentes ſumpſerunt cibū. Quadā die auis
quedā nigra que merula vocatur: importune circa
eius faciē volitauit. ita vt ab eo manu capi potuiſ
ſet. Sed ſigno crucis edito auis receſſit. Moxqꝫ
dyabolus quandā feminā quā aliquando viderat
ante eius oculos mētis reduxit eiuſqꝫ animū tāto
igne in ſpeciē illius accendit vt pene heremū vo-
luptate victus deſerere deliberaret. Sꝫ ſubito di-
uina gr̄a ad ſe reuerſus. cōtinuo ſe exuit et in ſpi-
nis et vepribus q̄ ibi aderāt ſe adeo volutauit: vt
toto corpe inde vulneratus exiret. et ꝑ cutis vulne
ra mentis vulnera edomaret. Uicit itaqꝫ peccatū

quia mutauit incendiū. Ab illo aūt tēpore nulla
poſtmodū temptatio in eius corpore pullulauit.
Crebreſcēte itaqꝫ eius fama cū abbas monaſterij
cuiuſdā obijſſet tota ipſius monaſterij cōgregatio
ad eū venit: et vt p̄eſſe eis deberet petijt. Qui diu
negando diſtulit ſuis illorūqꝫ fratrū moribꝰ ſe con
uenire nō poſſe p̄dixit. Sed tandē victus aſſenſū
dedit. Cumqꝫ regulā illic diſtrictius ſeruari p̄cipe-
ret ſemetipſos rep̄hendebāt: ꝙ ipm̄ ſibi p̄eſſe po-
poſcerāt quoꝝ ſcꝫ fortitudo. normā eius rectitudis
offendebat. Cūqꝫ ſibi cū eo aſpicerēt illicita non li
cere: et graue eſſe ſedule aſſueta relinquere vene-
num vino miſcuerūt et ſibi recumbēti obtulerunt.
Sed bn̄dictus ſignū crucis edidit: et quaſi iactu la
pidis vas illud vitreū fregit. Intelligēs igitur quia
potū mortis habuerat qd̄ portare nō potuit ſignū
vite ilico ſurrexit et placido vultu dixit. Miſerea-
tur veſtri op̄s deus fratres. Nunquid nō dixi vo-
bis quia veſtris ac meis moribus nō conuenirem?
Tunc ad locū dilecte ſolitudinis redijt vbi crebre-
ſcentibus ſignis claruit et multis ad eū venienti-
bus duodecim monaſteria cōſtruxit. In vno autē
illoꝝ quidā monachus erat qui ad orōnem diu ſta
re nō poterat: ſed orātibus alijs mox foris exibat.
et aliqua terrena et trāſitoria agebat. Qd̄ cum ab
bas illius monaſterij beato bn̄dicto narraſſet iuit
illuc. et vidit ꝙ illū monachū qui manere in orōne
nō poterat: quidā niger puerulus ꝑ veſtimēti fim
briam foras trahebat. Dixitqꝫ abbati monaſterij.
et mauro monacho. Nunqd nō aſpicitis quis eſt q̄
eū trahit? Cumqꝫ reſpōdiſſent nō ait. Oremus vt
vos etiam videatis. Orantibus illis maurus vidit
ſed abbas videre nō potuit. Die igitur alia expleta
oratione vir dei monachū foris repꝫit quē ꝓ ſui ce-
citate virga ꝑcuſſit: et ex tunc īmobilis in oratiōe
ꝑmanſit. Sicqꝫ antiquus hoſtis dn̄ari nō auſus eſt
in eius cogitatione ac ſi ipſe ꝑcuſſus fuiſſet ex ver-
bere. Ex his monaſterijs tria ſurſum in rupibus
montis erāt que deorſū cū magno labore aquas
hauriebāt. Cumqꝫ fratres illi virū dei ſepe roga-
rent vt monaſteria ſua mutaret quadā nocte cum
quodā puero montem aſcēdit: vbi diuinitus orās
tres petrās in eodē loco pro ſigno poſuit. Cumqꝫ
de mane domum redijſſet: et fratres pro eadem
cauſa ad eum veniſſent dixit. Ite et illam rupem
in qua tres petras poſitas inueneritis: in medio
cauate valet enim dn̄s inde vobis aquā ꝓducere
Qui euntes etiam illū rupem ſudantē inueniētes
concauū locū illum fecerūt. et mox aqua repletū
viderūt. Que vſqꝫ nunc tam ſufficiēter emanat vt

ab illo montis cacumine vſqꝫ ad inferiora deſcen-
dat. Quadam vice dum circa monaſteriū viri dei
quidam cū falcaſtro vepres abſcideret ferrum de
manubrio ꝓſiliens in quendā lacū profundū ceci
dit. Cumqꝫ de hoc ille nimis anguſtiaretur: vir dei
manubriū in lacū poſuit: et mox ferrū vſqꝫ ad ſuū
manubriū enatauit. ¶ Placidus puer et mona
chus ad hauriendū aquā egrediēs in flumen ceci-
dit. et mox ipm vnda rapuit et bene in vni⁹ ſagit-
te curſum a terra introrſus traxit. Vir autē dei in
cella cōſiſtens hoc in ſpū ſtatim nouit. Et maurū
vocans qd de puero acciderit indicauit: ac vt ad
ipm eripiendū pergeret imꝑauit. Accepta benedi
ctione cōcitus maurus ꝑrexit: et per terrā ſe ire exi
ſtimans ſuꝑ aquas vſqꝫ ad puerū venit eumqꝫ per
capillos tenens de aqua extraxit. Qui ad virū dei
veniens retulit quid acciderat. Sed ipſe hoc non
ſuis meritis ſed eius obedientie deputauit. Preſ-
biter quidā florētius noīe viro dei inuidens ad tā
tam deuenit maliciā vt panē veneno infectū viro
dei tanqꝫ pro bñdictione trāſmitteret. Quē ſanct⁹
gratāter accepit: et coruo qui de manibus eius pa
nem accipe ꝯſueuerat ipm ꝓiecit dicēs. In nomie
ihesu xpi tolle hunc panē: et eum in tali loco vbi a
nullo homīe ſumi valeat ꝓijce. Tunc coruus aperto
ore expanſis alis: circa eundē panē cepit diſcurre
re atqꝫ crocitare ac ſi aperte diceret et obedire ſe
velle: et tamen iuſſa implere nō poſſe. Cui ſanct⁹
iterū atqꝫ iterū ꝑcipiebat dicēs. Leua leua eū ſecu-
rus. atqꝫ ipm vt dixi ꝓijce. Qui tandē eum tollens
poſt tres dies rediit: et de manu eius annonā quā
cōſueuerat accepit. Videns aūt florētius qꝫ corp⁹
mgrī necare nō potuit: ſe ad extinguēdas diſcipu
lorū animas accēdit: ita vt ſeptē nudas puellas in
ortu monaſterij ludere et cātare faceret. vt ſic mo-
nachos ad libidinē inflāmaret. Qd ſanctus vir de
cella ꝓſpiciēs lapſū diſcipulis ꝑtimeſcens: inui-
die locū dedit et quibuſdā ſecū aſſumptis fratrib⁹
ipſe habitationē mutauit. Sed florentius cū in ſo-
lario conſiſtēs eū receſſiſſe cōſpiceret et gauderet
repente ſolariū cecidit: et ipm protinus extinxit.
Tunc maurus poſt virū dei currēs ait. Reuertere
qꝛ qui te ꝑſequebat̄ extinctus eſt. Qd ille audiens
vehemēter ingemuit: vel qꝛ inimicus occubuit vel
qꝛ de inimici morte diſcipulus exultauit. Qua de re
factū eſt vt eidē penitentiā indiceret. qꝫ mandans
talia gaudere de inimici morte ꝑſumpſiſſet. Ipſe
aūt ad alia migrās: locū non hoſtem mutauit. Nā
ad montē caſſinū venit: ⁊ templū apollinis qd ibi
ſitū erat: in ſancti iohānis baptiſte oratoriū fabri-
cauit et circūadiacentē populū ab ydolatria cōuer-
tit. Sed hoc antiquus hoſtis grauiter ferēs corpo
ralibus eius oculis teterrimus apparebat et in eū
ore oculiſqꝫ flāmantib⁹ viſibiliter ſeuiebat atqꝫ di
cebat. Bñdicte benedicte. Sed cū ille nichil ſibi re
ſponderet dicebat. Maledicte maledicte nō bene
dicte: qd me ꝑſequeris? Quadā die lapidē quēdā
in terra iacentē fratres in edificium leuare vole-
bant: ſed nequaqꝫ valebant. Cumqꝫ virorū multi-
tudo adeſſet. et ab eis leuari nō poſſet: adueniens
vir dei benedictionē dedit et tunc maxima celeri-
tate leuatus eſt. Ex quo perpēderūt qꝫ dyabolus
illi inſidebat qui eū moueri nō permittebat. Cūqꝫ
fratres parietē paulo altius edificarēt antiquus
hoſtis viro dei apparuit: et qꝛ ad laborātes fratres
pergeret indicauit. Qui ꝓtinus eis nūciū miſit di
cēs. Fratres caute vos agite: qꝛ ad vos ſpūs mali-
gnus venit. Vix aūt nuncius verba compleuit: et
ecce parietē antiqu⁹ hoſtis euertit: et quēdā puer
monachū ruina ꝯtriuit. Sꝫ vir dei puerū mortuū
et laceratū in ſacco ad ſe adduci fecit et oratiōe ſua
ipm reſuſcitās operi ꝑdicto reſtituit. ¶ Lay-
cus quidā honeſte vite ſingulis annis ad viſitan-
dum virū dei ieiunus venire cōſueuerat. Quadā
igit̄ die dum illuc iret: ſe illi alter viator adiunxit.
qui ſumēdos in itinere cibos portabat. Cumqꝫ iā
tardior hora excreuiſſet dixit. Veni frater ſumam⁹
cibū ne laſſemur in via. Quo reſpōdēte qꝫ nullate
nus cibum in via guſtaret: ad horam ille ſubticuit.
Poſtmodū ad hoc ipm inuitauit ſed ille cōſentire
noluit. Deniqꝫ cū hora iam ꝑteriſſet. et eos longū
fatigaſſet iter: pratū et fontē et quecūqꝫ corpus ad
reficiendū delectare poterāt inuenerūt. Tūc via-
tor hoc ei oſtendens rogauit vt paululū guſtaret.
et ibidē quieſceret. Cum igit̄ verba auribus et lo-
ca oculis blandirent̄ eidem cōſenſit. Cumqꝫ ad be
nedictū veniſſet. dixit ei vir dei. Ecce frater mali-
gnus hoſtis ſemel tibi ꝑſuadere nō potuit. ſecūdo
nō valuit: ſed tercio ſuperauit. Tūc ille pedib⁹ eius
aduolutus ſe deliquiſſe ingemuit. ¶ Totila rex go-
thorū experiri volēs vtrū vir dei ꝓphetie ſpiritū
haberet: cuidā ſuo ſpatario veſtimēta regalia tri-
buit: eumqꝫ cū omni apparatu regio ad monaſte-
rium deſtinauit. Quē ille venientē cōſpiciēs dixit.
Pone fili pone hoc quod portas non eſt tuū. Qui
ꝓtinus in terrā cecidit. et quia tanto viro illudere
ꝑſumpſiſſet expauit. ¶ Clericus quidā qui a dya-
bolo vexabat̄ ad virū dei vt ſanaret̄ adductus eſt.
Cumqꝫ ab eo dyabolū expuliſſet ait. Vade et dece
tero carnes nō comedas nec ad ſacros ordines ac

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

cedas. Quacūqȝ aūt die ad ſacros ordines accede
re pſumpſeris iuri dyaboli mācipaberis. Cū vero
hoc aliquo tpe cuſtodiſſet: ſȝ minores ſuos ſibi pre
poni in ſacris ordinib⁹ cerneret: vba viri dei qua-
ſi ex lōgo tpe oblitus poſtpoſuit: itaqȝ ad ſacrū or-
dinē acceſſit. Quē mox is q̄ eū reliquerat dyabo-
lus tenuit: eūqȝ vexare quouſqȝ aīam eius excute-
ret non ceſſauit. E ¶ Vir quidā duos flaſcones
vini ꝑ quendā puerū ad eū miſit. Sed ille vnū in
via abſcōdit: ⁊ aliū detulit. Vir aūt dei cū gratiaꝝ
actiōe accepit vinū: et deſcēdentē puerū āmonuit
dicens. Fili vide ne de illo flaſcone quē abſcōdiſti
bibas: ſȝ inclina illū caute et inuenies quid intus
habeat. Qui cōfuſus valde ab eo exiuit. Et reuer-
ſus volēs adhuc ꝓbare qđ audierat. cū flaſconem
inclinaſſet: protinus de eo ſerpens egreſſus eſt.
Quadā vice dū vir dei in ſero cenaret monachus
quidā filius defenſoris ei aſſiſtens: et lucernā te-
nens ꝑ ſpiritū ſupbie intra ſe cogitare cepit. Quis
eſt hic cui ego manducāti aſſiſto: lucernā teneo ſer
uiciū impendo? Quis ſum ego: vt iſti ſeruiā? Cui
ſtatim vir dei ait. Signa cor tuū frater: ſigna cor
tuū. Quid eſt qđ loqueris? Uocatiſqȝ fratribus lu
cernā iuſſit de manib⁹ eius tolli ipm vero iuſſit ad
monaſteriū recedere: et quietū ſedere ¶ Gothorū
quidā zalla noīe pfidie fuit arriane qui totile regis
tpibus contra catholice eccleſie religioſos viros ar
dore īmaniſſime crudelitatis exarſit. ita vt quiſqs
ei clericus monachuſue ante faciē veniſſet ab eius
manibus viuus nullomodo exiret. Quadā vero
die auaricie ſue eſtu ſucenſus in rapina rerū inhi-
ans: dum quendā ruſticū crudelibus tormētis af-
fligeret: eūqȝ per ſupplicia diuerſa laniaret. vict⁹
penis ruſticus ſeſe et res ſuas bñdicto dei famulo
cōmendaſſe ꝓfeſſus eſt. Et dū hoc a torquēte cre-
ditur: ſuſpēſa interim crudelitate ad vitā interim
reparat. Tunc idē zalla ceſſauit ruſticū tormentis
affligere: ſed eius brachia loris fortib⁹ aſtringens
ante equū cepit impellere. vt qs eſſet ille bñdictus
qui eius res ſuſcepat demonſtraret. Queȝ ligatis
brachijs ruſtic⁹ antecedēs duxit ad ſancti viri mo
naſteriū: eumqȝ ante ingreſſum cellule ſolū ſeden-
tem repit et legentē. Eideȝ aūt ſubſequēti et ſeuiē-
ti zalle ruſticus dixit. Ecce iſte eſt de quo dixeram
benedictus pater. Quē dum feruido ſpū cum per-
uerſe mētis inſania fuiſſet intuitus eo errore quo
cōſueuerat acturū ſe exiſtimās magnis cepit voci-
bus clamare dicēs. Surge ſurge: et res iſti⁹ ruſti-
ci redde quas accepiſti. Ad cuius vocē vir dei ꝓti-
nus oculos leuauit: et a lectione ceſſauit eūqȝ intui
tus mox et ruſticum qui ligatus tenebat attendit.
Ad cui⁹ brachia dū oculos defflexiſſet miromodo
tanta celeritate ceperūt alligata brachia lora diſ-
ſoluere. vt diſſolui tam cōcite nulla hominū feſtina
tione potuiſſet. Cumqȝ qui ligatus venerat cepiſſȝ
ſubito aſtare ſolutus ad tāte poteſtatis vim treme
factus zalla ad terrā corruit. ⁊ ceruicē crudelitatis
rigide ad eius veſtigia inclinās orōnibus ſe illius
cōmendauit. Vir aūt ſanctus a lectiōe minime ſur
rexit: ſed vocatis fratribus eū introrſus tolli. vt be
nedictionē acciperet pcepit. Quē ad ſe reductū vt a
tāta crudelitatis inſania quieſcere deberet admo
nuit. Qui refect⁹ recedēs nichil vlterius repetere
a ruſtico pſumpſit quē vir dei nō tangendo ſed re-
ſpiciendo ſoluerat. Quodā tēpore in campanie re
gione fames incubuerat magna q̄ omnes alimen
torum indigētia coanguſtabat: iamqȝ in benedicti
monaſterio triticū deerat: panes vero pene omēs
cōſumpti fuerāt: vt nō plus q̄ quinqȝ ad refectiōis
horā fratrib⁹ inuenire potuiſſent. Cūqȝ eos vene
rabilis pater ꝯtriſtatos cerneret: eoꝝ puſillanimi
tatem ſtuduit modeſtia increpatione corrigere. et
rurſum ꝓmiſſione ſubleuare dicēs. Quare de pa-
nis inopia veſter anim⁹ cōtriſtatur? Hodie quidē
minus eſt. ſȝ craſtina abūdāter habebitis: Sequē-
ti aūt die ducenti farine modij ante fores celle in
ſaccis inuenti ſunt: quos ops deus quibus deferē
tibus trāſmiſiſſet. nunc vſqȝ manet incognitū. Qđ
cū fratres cernerent. dño gratias referētes didice
runt iam de abundantia nec in egeſtate dubitare
¶ Legit quoqȝ q̄ quidā habebat filiū morbo ele-
phantino corruptū: ita vt iam pilis cadētibus cu-
tis intumeſceret: atqȝ increſcēteȝ ſaniem occultare
nō poſſet q̄ ad virū dei ab eodē patre eius miſſus
ſaluti priſtine ſub omni celeritate reſtitutus eſt. et
de hoc imenſas gratias dño obtulerūt: et poſtmo-
dū dictus puer in bonis opibus perſeuerās in dño
feliciter obdormiuit ¶ Cum quoſdam ex fratribus
ad quendā locū mitteret: vt ibidē monaſteriū con
ſtruerēt: cōſtituta die ſe ad eos venturum dixit. et
qualiter cōſtrui deberet īdicare. Nocte vero eadeȝ
qua ꝓmiſſus illuceſcebat dies: monacho quē illic
ꝑpoſuerat. atqȝ eius ꝑpoſito in ſomnis apparuit. et
loca ſingula vbi queqȝ edificari debuiſſent ſubtili
ter deſignauit. Cum aūt viſioni fidē non darēt: et
adhuc ipm expectarēt: tandē ad eum reuerſi dixe-
runt. Expectauim⁹ pater vt venires ſicut ꝓmiſe-
ras nec veniſti. Cui ille. Quare fratres iſta dicitis?
Nūquid nō vobis apparui et loca ſingula deſigna
ui? Ite et ſicut ꝑ viſionē vidiſtis omnia ordinate.

F Non longe ab eius monaſterio due ſancti moniales femine ex nobili genere erāt que linguā non reſtringebāt: ſed eū qui eis p̄erat incautis ſermonib⁹ ſepe ad iracūdiā ꝓuocabāt. Qui cū hoc viro dei retuliſſet. Mādauit eis dicēs. Reſtringi-te linguā veſtram: alioquin excōmunicabo vos. Quā excōmunicatōis ſentenciā non ꝓferādo in-tulit: ſed intentando: Ille aūt nichil mutate intra paucos dies defuncte ſunt: et in eccl̄ia ſepulte Ubi dū miſſe celebrarent: et dyaconus ex more diceret qui non cōmunicat exeat foras: nutrix earum que pro eis ſemper oblationē offerebat: eas de ſepul-cris ſuis progredi et exire eccleſiam videbat. Cun-qȝ ſancto benedicto nunciatum eſſet ille manu ſua oblationē dedit dicens. Ite et hanc oblationem pro eis offerte et vlterius excōmunicate non erūt Quod cum factū fuiſſet et dyaconus ex more cla-maret ab eccleſia decetero exire viſe non ſunt.

Monachus quidam cū ad viſitādos parētes exiſ-ſet ſine bn̄dictione: et ea die qua ad eos ꝑuenit de functus fuiſſet: et ſepultū ſemel et bis terra reiecis-ſet parētes eius ad eū venerūt: et vt ei ſuā benedi-ctionē impēderet rogauerūt. Qui corpus dn̄i acci-piēs ait. Ite et hoc ſup pectus eius ponite eūqȝ ſic ſepulture tradite. Qd̄ cum factū fuiſſet ſepultū cor-pus terra retinuit. nec vltra ꝓiecit. Quidam mo-nachus in monaſterio manere non volēs viro dei tantū inſtitit donec ip̄m iratus abire ꝑmiſit. Qui mox vt de monaſterio exijt aperto ore draconē in itinere inuenit. Quē cū deuorare vellet clamauit dicēs. Currite currite q: draco iſte vult me deuora-re. Currentes aūt fratres draconem minime inue-nerūt: ſed trementē ⁊ palpitantē monachū ad mo-naſteriū reduxerūt. Qui ſtatim ꝓmiſit ſe nunꝗ̄ de monaſterio receſſurū. Quodā tp̄e dum totā illam ꝓuinciā fames valida occuparet et vir dei omnia que inuenire potuerat egētibus tradidiſſet. ita ꝙ nichil ī monaſterio p̄ter modicū olei ī vaſe vitreo remāſiſſet: iuſſit cellerario: vt illud modicū olei cui-dam egenti daret. Ille vero imꝑantē audiuit. ſed implere cōtempſit. eo ꝙ nichil olei fratribus rema-nebat. Quod vt vir dei compꝑit vas vitreū cū oleo per feneſtram ꝓijci iuſſit ne qd̄ in monaſterio per inobedientiā remaneret. Proiectū itaqȝ vas cum ſup ingētia ſaxa cecidiſſet nec vas fractū. nec oleū eſt effuſum. Qd̄ ille leuari iuſſit. et dare integrum poſtulāti. Monachū aūt illū de inobediētia et dif-fidentia increpās ſe in orationē dedit: et continuo quoddā magnū doliū qd̄ ibi erat: oleo plenū fuit. qd̄ adeo excreuit. vt ꝑ pauimētū effluere videret.

G Quadā vice ad viſitandū ſororē ſuam deſcen-derat. Cum aūt ad menſam ſederet rogauit eum vt ſecū illa nocte maneret. Cui cū ille nullatenus acq̄ſceret illa caput in manib⁹ dn̄m rogatura in-clinauit. Cumqȝ caput leuaſſet tanta coruſcationis et tonitrui virtus: tantaqȝ inūdatio pluuia erupit. vt nec quidē pedem mouere poſſet: cū tamē ante ſerenitas mira eſſet. Illa eni q: lacrimarū fluuios fudit: ſerenitatē aeris ad pluuiā cōuertit et traxit. Cui vir dei cōtriſtatus ait. Parcat tibi op̄s deus ſoror. Quid eſt qd̄ feciſti? Cui illa. Rogaui te et au-dire noluiſti. rogaui dn̄m et exaudiuit me. Modo ergo egredere ſi potes.. Sicqȝ factū eſt vt totā illā noctē ꝑuigiles ducerent: atqȝ ꝑ ſacra eloquia ſe ſe vicaria relatione ſaciarēt. Tunc ecce poſt triduū cū ille ad monaſteriū rediſſet: eleuatis oculis ani-mam ſororis ſue in ſpecie colūbe celi ſecreta pene-trantē aſpexit. Qui mox corp⁹ eius ad monaſteriū iuſſit deferri: et in monumēto qd̄ ſibi p̄parauerat collocari. Quadā nocte dū per feneſtrā cōſpiceret et dn̄m exoraret: vidit fuſam lucē deſup cunctas te-nebras noctis effugaſſe: Subito aūt omīs mūdus velut ſub vno ſolis radio collect⁹ ante oculos ei⁹ adductus eſt ibiqȝ animā germani ep̄i capuani ad celū deferri vidēs: manifeſte poſtea compꝑit: ꝙ ea-dem hora a corpore migrauit.

H Eodē anno quo de hac vita erat exiturus obitus ſui diē fratri-bus denūciauit. Ante ſextū vero diē ſui exitus ſi-bi apiri ſepulcrū iubet. Qui mox febribus corept⁹ cum ꝑ ſingulos dies languor ingraueſceret. ſexto die in oratoriū portari ſe fecit: ibiqȝ exitū ſuū dn̄ici corporis et ſanguinis ꝑceptiōe muniuit atqȝ inter diſcipulorū manus imbecilla mēbra ſuſtentās ere-ctis in celū manib⁹ ſtetit: et vltimū ſp̄m inter ver-ba orōnis efflauit. Ipſa aūt die qua vir dei migra-uit ad xp̄m duobus fratrib⁹: vni in cella morāti: al-teri longe poſito: reuelatio eadē mōſtrata eſt. Ui-derūt nanqȝ viā lucidā: palijs ſtratā: ac innumeris coruſcantē lāpadibus: a cella beati benedicti ver-ſus orientē ad celū tendentē. Cui venerando ha-bitu vir deſup clarus aſſiſtens: cuius eſſet via quā cernerent inquiſiuit. Qui cū neſciri ſe dicerent ait. Hec eſt via qua dilectus vir dei bn̄dictus celū aſcē-dit. Sepultus vero eſt in oratorio ſancti iohannis baptiſte: qd̄ deſtructa ara appollinis ip̄e ꝯſtruxit Floruit circa annos dn̄i. dxviij. tp̄e iuſtini ſenioris

## De ſancto patricio xlix A

Patricius qui cepit circa annos dn̄i. cclxxx. dum ſcotorū regi de xp̄i paſſione p̄dicaret. ſtans ante eū: et appodians ſe ſup ferulam

# De ſancto Patricio



quā manu tenebat. et caſu pedi regi ſuppoſuerat
cū aculeo pedē pforauit. Rex vero credēs ſanctū
epm ex induſtria hoc facere. et ſe aliter fidem xpi
nō poſſe ſuſcipe: niſi ſimilia p xpo patereť. pacien
ter ſuſtinuit. Sctūs hoc tandē intelligens obſtu-
puit: et pcibus regē ſanauit: ac toti puincie obti-
nuit ꝙ nullū venenoſū animal ibidē poſſit viuere
Qđ non ſolū obtinuit immo etiam ligna et coria
illius regionis contraria vt dicitur ſunt veneno.
Quidā vir ouē vicini ſui furatus fuerat et comede
rat. Et cū vir ſanctus ſepius hortareť ſatiſfacere
furē quicunq; ille eſſet. et nullus cōpareret dū to-
tus ppľs ad eccleſiā cōueniſſet: in virtute ihesu xpi
precepit. vt in cuius ventrē ouis intraſſet coram
oībus balatū daret. Quod factū eſt. Et egit reus
penitēciā. et alij a furtis ſibi cauebant. Erat ei cō
ſuetudo oēs cruces quas videbat deuote venerari
Sed ante quandā crucē magnam et pulchrā in-
uiſā ptetijt. A ſuis aūt ſocijs ammonitus cur illā
nō viderit. et nō inclinauerit dū precibus a dño re
quireret cuius eſſet: audiuit vocē de ſub terra. Nō
vidiſti: quia ego hic ſepultus ſum pagan⁹ et ſigno
crucis indignus. Unde fecit crucē illā abinde tolli.
B Cum beatus patricius p hyberniā pdicaret
et fructū ibi p modicū faceret. rogauit dñm vt ali-
quod ſignū oſtenderet per quod vel territi penite
rent. Juſſu igitur dñi in quodam loco circulum ma
gnū cum baculo deſignauit. et ecce terra intra cir-
culū ſe apuit: et puteus maximus et pfundiſſimus
ibi apparuit. Reuelatūq; eſt beato patricio ꝙ ibi
quidā purgatorij locus eſſet in quē quiſquis vellet
deſcēdere alia ſibi penitēcia nō reſtaret. nec aliud
pro peccatis purgatoriū ſentiret: plerīq; aūt inde
non redirēt: et qui redirent eos a mane vſq; in ſe-
quens mane ibidē morā facere oporteret. Multi
igiť ingrediebanť qui decetero nō reuertebātur.
Poſt longū igiť tēpus mortuo patricio vir quidā
nobilis noīe nicolaus q̄ peccata multa cōmiſerat.
cum eū delictorū ſuorū peniteret et purgatoriū ſan
cti patricij ſuſtinere vellet cū antea quindecim die
bus vt oēs faciebant ſe ieiunijs maceraſſet. apto
hoſtio cū claui q̄ in quadā abbacia ſeruabať in pre
dictū puteū deſcēdit. et quoddā hoſtium a latere
ipſius inuenit. Jn quod ingrediens cū quoddā ibi
oratoriū repiſſet: quidā monachi albis induti orato
rium intrauerūt. et officiū facientes nicolao dixe-
runt. vt cōſtans eſſet: q: multa dyaboli tēptamen
ta eū pcurrere oporteret. Cū ille perq̄reret qđ ad
iutoriū contra hoc habere poſſet dixerūt. Cum te
penis affligi ſenſeris protin⁹ exclama et dic. Jhū
xpe fili dei viui miſerere michi peccatori. Receden
tibus igiť predictis viris cōtinuo aſſunt demones
et vt reuertatur et ſibi obediat primo blandis pro
miſſionibus perſuadēt aſſerentes ꝙ eū cuſtodient
et ad ppria incolumē perducent. Sed cum eis ille
nullatenus obedire vellet. primus diuerſarū fera
rū terribiles audiuit voces pariter et mugitus ac
ſi omīa elemēta concuterenť. Ad quod cū ille ter
rore horribili palpitaret: ihesu xpe filij dei viui mi
ſerere michi peccatori prin⁹ exclamauit: et ſtatim
omīs ferarū illarū tumultus terribilis conquieuit.
Proceſſit et vltra ad aliū locū: et ibidem adeſt de-
monum multitudo dicentiū ſibi. Putas ꝙ manus
nr̄as euaſeris: Nequaꝙ. Sed nūc potius incipies
affligi et torqueri. Et ecce quidā maxim⁹ ignis et
terribilis ibidē apparuit. Dixerūtq; ei demones.
Niſi nobis cōſenſeris in ignē te iactabim⁹ cōburē-
dū. Qđ cum ille rēnueret ipſum acceperūt et in il-
lum ignē terribilē piecerunt. Ubi dum cruciareť
protinus exclamauit ihesu xpe ⁊c. Statimq; ille
ignis extinctus eſt. Ad aliū deniq; pcedens locū
vidit quoſdā viros in igne viuos cremari. ⁊ lamīs
ferreis candētibus a demonib⁹ vſq; ad viſcera fla
gellari. alioſq; ventres habētes deorſū. terrā pre
dolore mordere: et clamare. Parce parce. Quos
tunc demones grauius flagellabāt. Alioſq; vidit
quorū mēbra ſerpētes vorabāt: et bufones ignitis
aculeis eorū viſcera extrahebāt. Qui cū eis aſſenti
re nollet in eundē ignē et penas piciť. et eiſdem
laminis et penis flagellať. Sed cū ille exclamaſſet

ihesu xp̄e ꝛc. A pena p̄dicta ꝓtinus liberat⁹ eſt. Deinde ꝓcedit ad quēdā locū vbi hoīes ſatagine frigebantur. vbi rota maxima erat vncinis ferreis ignitis plena in quib⁹ ꝑ diuerſa membra hoīes erāt ſuſpenſi. Que tā velociter voluebat̄: ꝙ globū igneū emittebat. Poſt hoc vidit maximā domum habentē foueas metallis bulliētib⁹ plenas in quibus alij vnū pedē: alij duos habebāt. alij ibi erāt vſq̄ ad genua: alij vſq̄ ad ventrē. alij vſq̄ ad pectus: alij vſq̄ ad collū. alij vſq̄ ad oculos. Sz hec oīa ꝑcurrēs. nomē dei inuocabat. Proceſſit iterū et quendā latiſſimū puteum intuet̄ de quo fumus horribilis: et fetor intollerabilis exibat. indeq̄ homines vt ferruz candētes ī modū fauillaꝝ exibāt ſed demones eos reimpingebāt. Dixerūtq̄ ei demones. Locus ille quē conſpicis eſt infern⁹ in quo dn̄s noſter beelzebub habitat. In ipſz igit̄ puteū te iactabim⁹ ſi nobis aſſentire recuſas. Poſtq̄ aūt illuc iactatus fueris nullū inde remediū euadendi obtinebis. Quos dū ille audire contemneret ipm̄ arripiētes in p̄dictū puteū iactauerūt. Qui tam vehemēti dolore abſorpt⁹ eſt. vt fere oblitus fuerit nomen dn̄i inuocare. Sed dū ille ad ſe rediens ihū xp̄e ꝛc. exclamaſſet corde: q2 voce non poterat ꝓtinus inde illeſus exiuit. et oīs demonū multitudo tanq̄ victa euanuit. Procedēs ad locū aliū vidit quendā pontē ſuꝑ quem eū tranſire oportebat: qui quidē erat ſtrictiſſim⁹. et inſtar glaciei politus et lubric⁹: ſub quo fluui⁹ ingēs ſulphureus et igneus fluebat. Suꝑ quē duz trāſire ſe poſſe oīno deſperaret: tandē recordatus verbi qđ euz de tot malis eripuit cōfidenter acceſſit: et vnū pedē ſuꝑ pontē ponens ihesu xp̄e ꝛc. dicere cepit. Validus aūt clamor adeo eum terruit. vt ſubſiſtere vix valeret. Sed p̄dictū verbū ꝓtulit et ſecurus māſit. Deinde aliū pedē poſuit. et eadem verba iterauit Ad quēlibet etiā paſſum eadē verba ꝓtulit. et ſic ſecurus trāſiuit. Cū ergo trāſiſſet ī quoddā pratū amenīſſimū deuenit vbi diuerſoꝝ floꝝ mira ſuauitas redolebat. Et ecce duo ſpecioſi iuuenes ei apparuerūt. qui ipm̄ vſq̄ ad quandā ciuitatē ſpecioſiſſimam ex auro et gēmis mirabiliter rutilantē ꝑduxerūt. De cui⁹ porta odor mirabilis emanabat qui illū adeo recreauit ꝙ nullū dolorē vel fetorem ſenſiſſe videbat̄. Dixerūtq̄ ei ꝙ illa ciuitas paradiſus eſſet. In quē cū nicolaus intrare vellet dixerunt ei p̄dicti iuuenes. ꝙ primo ad ſuos rediret et ꝑ loca per q̄ venerat eū redire oporteret demones tn̄ eum nō lederēt: ſed eo viſo territi fugerēt. et ꝙ poſt. xxx. dies ī pace quieſceret. et tūc illā ciuitatez ciuis ꝑpetuus introiret. Tūc nicolaus inde aſcendēs ſupra puteū ſe reſtitutū inuenit et oīa omnibus q̄ ſibi cōtigerāt narrans. poſt. xxx. dies in dn̄o feliciter requieuit.

## De annunciatione dn̄ica l. A



Annunciatio dn̄ica dicit̄: q2 tali die ab angelo aduētus filij dei in carnē fuit annūciat⁹. Congruuz eñ fuit. vt incarnationē filij dei p̄cederet angelica annunciatio triplici rōne. Primo rōne ordinis cōnotādi. vt ſcz ordo reparatiōis reſponderet ordini p̄uaricatiōis. Unde ſicut dyabolus tēptauit mulierē vt eā ꝑtraheret ad dubitationē: et ꝑ dubitationē ad cōſenſuz: et ꝑ cōſenſum ad lapſuz. ſic angelus nūciauit virgini. vt nunciando excitaret ad fidē. et per fidē ad cōſenſuz. et ꝑ cōſenſum ad cōcipiendū dei filiū. Secūdo ratione miniſterij angelici: quia eñ angelus eſt dei miniſter et ſeru⁹: et beata virgo electa erat vt eſſet dei mater et congruū eſt miniſtrū dn̄e famulari: conueniens fuit vt beate virgini annūciatio per angelū fieret. Tercio ratione lapſus angelici reparādi: quia eñ incarnatio nō tantum faciebat ad reparationē humani lapſus: ſz etiā ad raparationē ruine āgelice. ideo angeli nō debuerūt excludi. Unde ſicut ſexus mulieris nō excludit̄ a cognitione miſterij incarnationis et reſurrectionis. ſic etiā nec angelicus nuncius immo deus vtrūq̄ angelo mediante nunciat mulieri. ſcz incarnationē virgini marie. et reſurrectionem marie magdalene. Cum ergo virgo beata a tercio anno etatis ſue: vſq̄ ad quartūdecimū

annũ in templo cũ alijs virginibus extitiſſet. ⁊ vo
tum de ſeruãda caſtitate emiſiſſet. niſi deus aliter
diſponeret. cũ ioſeph deſponſauit dño reuelante
et ioſeph virga frondẽte. ſicut ĩ hiſtoria de natiui
tate beate virginis plenꝰ cõtinet: et in bethleem
vñ oriundꝰ erat: neceſſaria nuptijs ꝓuiſurus iuit
Ipſa vero in nazareth in domũ parentum redijt.
Nazareth interꝑtatur flos. Unde dicit berñ ꝙ flos
naſci voluit de flore. in flore. et floris tpe. Ibi igit
angelus ei apparuit. et ipam ſalutauit dicẽs. Aue
gratia plena: dñs tecũ benedicta tu in mulieribus
Berñ. Inuitat nos ad marie ſalutationẽ gabrielis
exẽplũ iohãnis tripudiũ: et reſalutationis lucrum
Sed hic primo videndũ eſt quare dñs matrẽ ſuam
voluit deſponſari. Sup hoc aſſignat berñ. tres ra
tiones dicẽs. Neceſſario deſponſata eſt maria io-
ſeph quoniã ꝑ hoc miſteriũ a demonibus abſcõdit
et a ſponſo virginitas cõprobat: et virginis tam
verecundie ꝙ fame prouidet. Quarta ratio eſt vt
ab omni gradu mulieris opprobriũ tolleret. ſcꝫ a
cõiugatis: virginibꝰ: et viduis. Unde ipa virgo in
hoc triplici ſtatu fuit. Quĩta vt viri miniſterio vte
retur. Sexta vt matrimonij bonũ cõprobaret. Se
ptima vt ꝑ viruꝫ genealogie ſeries texeret. Dixit
ergo angelus. Aue grã plena. Berñ. In ventre
gratia deitatis. in corde grã caritatis. in ore grã
affabilitatis. in manibꝰ grã miſcdie et largitatis.
Idẽ. Uere plena quia de plenitudine eiꝰ capiunt
vniuerſi. Captiui redẽptionẽ eger curationẽ. tri-
ſtes cõſolationẽ peccatores veniã. iuſti gratiã an-
geli letitiam. deniq̃ tota trinitas gloriã. filius ho-
minis humane carnis ſubſtantiã. Dominus tecũ
Dñs pater tecũ qui genuit quẽ cõcipis: et dominꝰ
ſpũſſanctus de quo cõcipis: et dominus filius quẽ
carne tua induis: ſic dicit berñ. ¶ Benedicta tu in
mulieribus. ideſt ſup omẽs mulieres: quia ſcꝫ eris
mater et v̓go: ⁊ mater dei. Triplici maledicto mu
lieres ſubiecte erãt. ſcꝫ maledicto opprobrij: male
dicto pcti: maledicto ſupplicij Maledicto oppro
brij quo ad nõ cõcipiẽtes. Unde dixit rachel ab
ſtulit deꝰ opprobriũ meũ. Maledicto peccati quo
ad cõcipiẽtes. Unde pſal. Ecce eñi in iniquitatibꝰ
cõceptus ſuꝫ. Maledicto ſupplicij quo ad parturi
entes. Unde in geneſi. In dolore paries ⁊c. Sola
aũt virgo maria benedicta eſt inter omnes mulie
res: cuius virginitati fecũditas addit. et fecũditati
in cõceptu ſanctitas. et ſanctitati in partu iocũdi-
tas ¶ Dicit ergo gratia plena ſicut dicit berñ. pro
pter quatuor ꝙ fulſerũt in eius mente: que fuerũt
deuotio. hũilitatis: reuerẽtia pudoris magnitudo

credulitatis. martiriũ cordis. B ¶ Dicit dñs te
cum ꝓpter alia quatuor que ibi fulſerunt de celo
ſicut idẽ dicit que ſuut marie ſanctificatio. angeli-
ca ſalutacio ſpũſſancti ſuꝑuencio: filij dei incarna-
cio. ¶ Dicit etiam bñdicta tu in mulieribꝰ ꝓpter
alia quatuor ꝙ ſicut idem dicit fulſerũt in eius car
ne q: fuit virginitatis primiceria ſine corruptione
fecunda ſine grauedine grauida. et ſine dolore pu
erpera. ¶ Que cũ audiſſet turbata eſt in ſermone
angeli et cogitabat qualis eſſet iſta ſalutacio. Hic
apparet laus virginis in auditu in effectu et cogi
tatu. In auditu laudat modeſtia qa audit et tacet.
In affectu verecũdia. Unde turbata eſt. In cogi-
tatu prudẽtia q: cogitauit qualis eẽt iſta ſalutatio
Turbata eſt aũt de angeli ſermone: nõ de eius vi-
ſione: quoniam beata virgo angelos ſepe viderat
ſed nunꝙ talia loquẽtes audierat. Petrꝰ rauen̄.
Uenerat inquit angelus blandus in ſpecie: ſed in
ſermone terribilis. Unde ꝙ leuiter letificauit vi-
ſus nimiũ turbauit auditꝰ. Berñ. Qđ turbata eſt
fuit verecũdie virginalis. ꝙ non ꝯturbata. forti-
tudis: ꝙ tacuit et cogitauit prudẽtie et diſcretiõis
Et tunc angelus confortans eam dixit. Ne timeas
maria ĩueniſti gratiã apud dñm Berñ. Quam gra
tiam. Dei et hominũ pacem mortis deſtructionem
vite reparationem. Ecce cõcipies et paries filium
et vocabis nomẽ eius iheſum ideſt ſaluatorẽ quia
ſaluum faciet populũ ſuũ a peccatis eius. Hic erit
magnꝰ. et filius altiſſimi vocabitur. Berñ. Hoc eſt
ille qui eſt magnus deus. futurus eſt magnus. ſcꝫ
magnus homo. magnus doctor. magnus ꝓpheta
Dixit aũt maria ad angelum Quomõ fiet ſtud quo
niam virum non cognoſco: ideſt me propono non
cogniturã. Et ita fuit virgo mẽte carne propoſito
Sed ecce maria interrogat. et qui interrogat du-
bitat. Cur ergo ſolus zacharias plagã taciturnita
tis incurrit. Super hoc petrus rauen̄. aſſignat
quatuor rationes dicẽs. Ille pectoꝝ cognitor nõ
verba ſed corda preuidit. Non quid dixerint ſed
quid ſenſerint iudicauit. Erat eñi interrogantiũ
cauſa diſſimilis ſpẽs diuerſa. Hec cõtra naturam
credidit ille dubitauit ꝓ natura. Hec ĩtegre ordi-
nẽ querit ille ꝙ deꝰ vult fieri nõ poſſe ꝑſcribit. Ille
impellẽtibꝰ exẽplis nõ accedit ad fidẽ hec ſine exẽ
plo ꝑcurrit ad fidem. Hec mirat de partu virginis
ille de cõceptu diſputat ꝯiugali. Nõ ergo dubitat
de facto ſed modũ querit ⁊ ordinẽ. Nam cum tri-
plex ſit modus cõcipiẽdi naturalis ſpũalis et mira
bilis quo iſtoꝝ cõcipiat ſciſcitat. Et reſpõdens an-
gelꝰ dixit ei. Spũſſanctus ſuꝑueniet ĩte ꝙ ipm tuũ.

conceptū efficiet. Unde et dicit̄ de ſpūſancto con-
ceptus et hoc ꝓpter quatuoꝛ rōnes ¶ Primo
ꝓpter oſtenſionē eximie caritatis. vt ſcꝫ oſtendat̄
ꝙ ex ineffabili dei caritate verbū dei caro factū eſt
Johānis. iij. Sic de⁹ dilexit mūdū ꝛc. Et hec ratio
eſt magiſtri ſentētiarū. Scdo ꝓpter oſtenſionem
gratie abſqꝫ meritis: vt ꝑ hoc qđ dicit̄ cōceptus de
ſpūſancto. oſtendat̄ ꝙ ſit ex ſola gratia quā nulla
hominū ꝑceſſerunt merita. Et hec eſt ratio augu-
ſtini. Tercio ꝓpter virtutē opatiōis: quia ſcꝫ ope
ratione et virtute ſpūſſancti conceptus eſt. Et hec
eſt ratio ambroſij. Quarto ꝓpter motiuū conce-
ptionis. Et hec eſt ratio hugonis de ſancto victo-
re Motiuū vt ait ad cōceptionē naturalē eſt amoꝛ
viri in mulierē. ꝛ amoꝛ mulieris in virū. Sic in vir
gine inqͣt quia in eius coꝛde amoꝛ ſpūſſancti ſingu
lariter ardebat. ideo in eius carne amoꝛ ſpūſſācti
mirabilia faciebat. Et virtus altiſſimi obūbꝛabit
tibi. Hoc ſcdm glo. ſic exponit̄. Umbꝛa a lumine ꝛ
coꝛpoꝛe obiecto ſolet foꝛmari. et virgo ſicut purus
homo. plenitudinē diuinitatis cape nequibat. Sꝫ
virtus altiſſimi obūbꝛauit. dū in ea incoꝛpoꝛea lux
diuinitatis coꝛp⁹ ſuſcepit hūanitatis. vt ſic poſſet
deū pati. Hanc expoſitionē videt̄ tangere bern̄.
qui ſic ait. Quia de⁹ ſpūs eſt: nos vero vmbꝛa coꝛ
poꝛis ſui: tempauit ſe nobis vt ꝑ obiectum viuifice
carnis videam⁹ verbū ī carne: ſolē in nube: lumē
in teſta: cereū in laterna. Scdm bern̄. ſic exponit̄.
Quaſi dicat. Jllū modū quo de ſpūſancto cōcipies
dei virtus xp̄s in ſuo ſecretiſſimo cōſilio obumbrā-
do occultabit. vt ſibi tantū notum habeat̄ et tibi.
Ac ſi dicat. quid a me queris: qđ in te mox expie-
ris? Scies ſcies: et feliciter ſcies: ſed illo doctoꝛe
quo autoꝛe. Ego nūciare miſſus ſum virginalem
conceptū non creare. Uel obūbꝛabit. ideſt te a vi-
ciorum eſtu refrigerabit. Et ecce elizabeth cogna
ta tua ꝛc. Ecce dicit: vt oſtendat hoc eſſe magnum
nouū vicinū. Quatuoꝛ de cauſis cōcept⁹ elizabeth
marie nunciat̄ ſcdm bern̄. ¶ Prima aſt cumu
lus leticie. Scda ꝑfectio ſciētie. tercia ꝑfectio do-
ctrine. quarta obſequiū miſcdie. Dicit enī ſic hiero
nimus. Sterilis cognate cōceptus marie nunciat̄.
vt dū miraculū miraculo addit̄. gaudio gaudiū cu
mulet̄. Uel ideo quia ꝑfecto decebat vt verbum
mox diuulgandū vbiqꝫ ſciret pꝛius virgo ꝑ angelū
quā audiret ab homine. ne mater dei a cōſilijs fi-
lij videret̄ amota: ſi eoꝝ que in terris tam pꝛope
gerunt̄ remanſiſſet ignara. Uel ideo poti⁹. vt dū
tunc ſaluatoꝛis: nunc ꝑcurſoꝛis edocet̄ aduentus.
rerū tēpus et oꝛdinē tenēs. ipa poſtmodū ſcripto-
ribus atqꝫ ꝑdicatoꝛib⁹ referet veritatē. Uel ideo
vt audiēs cognatā vetulā et grauidā. cogitet iuuē
cula de obſequio. vt ſic paruulo ꝓphete detur lo-
cus obſequēdi dn̄o. et mirabilius miraculū fiat de
miraculo. Jtē bern̄. Da virgo reſpōſuꝫ feſtinā-ter.
o dn̄a reſponde verbū et ſuſcipe verbū. ꝓfer tuuꝫ
et ſuſcipe diuinū. mitte tranſitoꝛiuꝫ et amplectere
ſempiternū. ſurge. curre. api. Surge ꝑ fideꝫ. curre
per deuotionē. aperi per confeſſionē. Tunc maria
expanſis manibus et oculis ad celū eleuatis ait.
Ecce ancilla dn̄i fiat michi ſcdm verbū tuū. Bern̄.
Alijs in oꝛe. alijs in aure. alijs in manu verbum
dei factū fuiſſe memoꝛat̄. Marie aūt factū eſt in
aure per angelicaꝫ ſalutationē. in coꝛde ꝑ fidē. in
oꝛe ꝑ confeſſionē: in manu ꝑ cōtrectationē. in ven
tre ꝑ incarnationē. in gremio ꝑ ſuſtentationeꝫ. in
bꝛachijs ꝑ oblationē. Fiat michi ſcdm verbū tuuꝫ
Bern̄. Nolo vt fiat michi aut declamatoꝛie ꝑdicatū
aut figuraliter ſignificatū: aut ymaginatoꝛie ſom
niatuꝫ. ſed ſilēter inſpiratū. ꝑſonaliter incarnatū
coꝛpoꝛaliter inuiſceratum. Statimqꝫ filius dei in
vtero illius cōceptus eſt. perfect⁹ deus. perfectus
homo. et in ipa pꝛima die cōceptiōis tante ſapien-
tie ac potētie extitit. quante in triceſimo anno fuit
¶ Tunc ſurgens maria abijt in montana ad eliza
beth. Et cū eam ſalutaſſet. iohānes in ei⁹ vtero ex
ultauit. glo. Quia lingua nō poterat: animo exul-
tante ſalutat. ꝛ ſue ꝑcurſionis officiū inchoat. Fuit
aūt in ei⁹ obſequio tribus mēſib⁹: donec iohānes
naſceret̄. quē manibus ſuis de terra leuauit. ſicut
in libꝛo iuſtoꝝ legitur ¶ Jn hac die vt dicitur per
multa tēpoꝛum curricula deus multa operatus eſt
Que quidā egregijs verſib⁹ ſic declarauit. Salue
feſta dies. q̄ vulnera noſtra coerces. Angelus eſt
miſſus. eſt paſſus in cruce xp̄s. Eſt adam factus et
eodē tēpoꝛe lapſus. Ob meritū decime cadit abel
fratris ab enſe. Offert melchiſedech. yſaac ſuppo-
nit̄ aris. Eſt decolat⁹ xp̄i baptiſta beūs. Eſt petr⁹
ereptus. iacobus ſub herode ꝑemptus. Coꝛpoꝛa
ſanctoꝛū cuꝫ xp̄o multa reſurgunt. Latro dulce tn̄
per xp̄ꝫ ſuſcipit amē. ¶ Miles quidā diues ac
nobilis ſeculo abꝛenūciauit. et oꝛdinē ciſtercienſiū
introiuit. Et qꝛ litteras neſciebat erubeſcētes mo
nachi taꝫ nobilē perſonā inter laycos deputari de
derūt ei magiſtrū. ſi foꝛte modicū addiſcere poſſet
et ſub hac occaſione inter monachos permaneret
Sed cū diu cū magiſtro fuiſſet ꝛ nihil omnino pꝛe
ter hec duo vocabula: aue maria. diſcere potuiſſet
hec tā auide retinuit vt quocunqꝫ deambularet.
quicqd ageret. ea inceſſanter nominaret. Tandeꝫ

moꝛitur et in cimiterio cū alijs fratribus ſepelitur Et ecce ſuꝑ eiꝰ tumulū ſpecioſū excreſcit liliū. et q̄dlibet foliū: aue maria. litteris aureis habebat inſcriptū. Currētes omnes ad tam grādē ſpectaculū. terrā de tumulo effuderunt. et radicem lilij de oꝛe defuncti ꝓcedere repererunt. Intellexerunt ergo cum quāta deuotione illa duo verba dixerat quē dn̄s tanti honoꝛe ꝓdigij illuſtrauit ¶ Quidā miles quoddā in via caſtrū habebat et oēs tranſeuntes ſine miſeratiōe aliqua ſpoliabat. virginē tamē matrem dei quotidie ſalutabat: nec ꝓ aliquo īpedimēto emergēti ab ip̄a ſalutatione aliqua die ceſſare volebat. Accidit autē vt quidē vir religioſus et ſanctus inde trāſitū faceret. et ip̄m predictꝰ miles cōtinuo expoliari iuberet. Uir aūt ſanctus rogauit ꝑdones: vt ip̄m ad dn̄m ſuū deducant: q̄a ad ip̄m habet ſecreta q̄ pꝛoferat. Adductus aūt rogauit militem. vt omnes de familia ſua et caſtro cōgregari faceret. vt eis verbum dn̄i predicaret. Cum aūt cōgregati fuiſſent. ille ait. Nequaq̄ hic eſtis omnes: ſed aliq̄s adhuc deeſt. Cui cū omnes ſe ibidē eſſe aſſererēt aiebat. Diligenter ꝑquirite. et aliquē inuenietis abeſſe. Tunc vnus exclamās dixit: quoniā ſolus camerarius illuc non veniſſet. Ille aūt dixit. Uere ipſe eſt q̄ ſolus deeſt. Pro eo igit̄ cito mittit̄: et in mediū deducit̄. Cū autē virū dei vidiſſet reuolutis terribiliter oculis. caput inſtar inſani agitabat. nec ꝓpius accedere audebat Uir aūt ſanctus dixit ei. Adiuro te ꝑ nomē dn̄i noſtri ihū xp̄i: vt quis ſis nobis ediſſeras. et ob quā cauſā huc veneris palam pandas. Cui ille rn̄dit: Heu adiuratus ꝓdere cogoꝛ inuitus. Ego em̄ nō ſū homo ſed demon: q̄ formā hoīs accepi. et. xiiij. annis cū hoc milite ſic ꝑmāſi. Nā noſter pꝛinceps me huc miſit. vt diē qua hic ſue marie ſalutationē nō diceret. diligētius obſeruarē: vt in eū poteſtate accepta ip̄m cōtinuo ſtrangularē. et ſic in malis operibus vitā finiens noſter eſſet. Quacūq̄ em̄ die illā ſalutationē dicebat. in eū poteſtatē habere nō poterā. Ecce aūt de die in diē diligētius obſeruauit. et nullā diem quin eam ſalutauerit ꝑtermiſit. Hec miles audiēs vehementer obſtupuit et ad pedes viri dei ſe ꝓijciēs veniā poſtulauit. ⁊ in meliꝰ deinceps vitā mutauit. Uir autē ſanctus dixit demoni. Pꝛecipio tibi demon in nomine dn̄i noſtri ihesu xp̄i: vt hinc abſcedas: ⁊ talem hactenus locū poſſideas vbi nulli glorioſā dei genitricē inuocāti nocere pꝛeſumas. Hec vbi iuſſa dedit. demō abſcedens euanuit. Et miles virū ſanctū cū reuerentia et gratiarū actione liberū abire ꝑmiſit.

¶ De Paſſione domini li. A



Paſſio xp̄i fuit ex doloꝛe amara: ex illuſione deſpecta: et ex vtilitate multiplici fructuoſa Doloꝛ aūt cauſabatur ex quinq̄. Primo ex eo q̄ ipſa paſſio fuit ignominioſa: et hoc ꝓpter ignominioſū locū: quia in caluaria vbi malefactores puniebātur. Propter ignominioſū ſuppliciū quia moꝛte turpiſſima cōdemnatus eſt. Crux em̄ ſuppliciū erat latronū. Et licet crux tūc eſſet multe ignominie: nunc eſt immenſe glorie. Unde augꝰ. Crux que erat ſuppliciū latronū nunc tranſit ad frontes imperatoꝛū. Si tantū honoꝛē deus contulit ſupplicio ſuo. quid conferet ſeruo ſuo? Propter ignominioſum conſoꝛciū: quia cū ſceleratis deputatus eſt. ideſt cū latronibus qui pꝛimo erant ſcelerati: ſed poſtea vnus conuerſus eſt: ſ. diſmas qui erat a dextris. ſicut dicit̄ in euangelio nicodemi. et alius dānatus: ſ. geſmas qui erat a ſiniſtris. Uni ergo dedit regnū: alteri ſuppliciū. Ambꝛo. Autoꝛ pietatis in cruce pendēs: in ſingulis negocijs pietatis officia diuidebat. ꝑſecutionē apoſtolis. pacē diſcipulis. coꝛpus iudeis. crucifixoꝛibꝰ veſtimēta patri ſpūm: virgini paranimphū. latroni ꝑadiſum peccatoꝛibus infernū: crucē xp̄ianis penitētibus cōmendabat. Ecce teſtamentū quod fecit xp̄s in moꝛte pendens in cruce. Scd̄o ex eo q̄ fuit iniuſta quia peccatū nō fecit: ⁊ nō eſt inuētus dolus in oꝛe eius: et ideo q̄ venit indigne pena dolenda venit. De tribus em̄ iniuſte ꝓcipue eum accuſabant. vi. quia tributū reddi ꝓhibebat: quia ſe regē dicebat

et quia ſe filiũ dei faciebat. Cõtra has tres accuſa
tiões dicimus in paraſceue in perſona ſaluatoris
tres excuſatiões. Popule meus q̃d feci tibi ꝛc. vbi
exprobꝛat xp̃s tria beneficia eis collata. ſcꝫ libera
tionẽ ab egypto. regimẽ in deſerto. plantationeꝫ
vinee in loco optimo quaſi dicat xp̃s. Accuſas me
de redditione tributi: potius gr̃as agere deberes
q: liberaui te a tributo. Accuſas me q: dixi me re
gem potius deberes gratias agere quia regaliter
paui te in deſerto. Accuſas me quia me filium dei
dixi: potius deberes gratias agere: q: te in vineã
meã elegi: et in loco optimo plãtaui. Tercio ex eo
ꝙ fuit ab amicis: tolerabilioꝛ enĩꝫ eſſet doloꝛ ſi pa
tereť ab his qui aliqua de cauſa deberẽt eſſe eius
inimici: vel ab his q̃ eſſent alieni vel extranei: vel
ab his quibus aliqua incõmoda intuliſſet. Sed tñ
patitur ab amicis ideſt ab his qui deberẽt eſſe ſui
amici. Item a ꝓximis ideſt ab his de quoꝝ ſtirpe
natus eſt. De his duobus diciť in pſal. Amici mei
ꝛ ꝓximi mei. Job. xxx. Noti mei quaſi alieni receſ
ſerunt a me. Itẽ ab his q̃bus multa bona cõtule-
rat. Johãnis. viij. Multa bona operatus ſum eis.
Ber. O bone ihũ ꝙ dulciter cũ hoĩbus cõuerſatus
es ꝙ magna et abũdantiſſima eis largitus es: ꝙ
dura et aſpa ꝓ eis paſſus es: dura verba: durioꝛa
verbera: duriſſima crucis toꝛmẽta. ¶ Quarto rõne
teneritudinis coꝛpis. Unde ĩ figura dauid diciť de
eo. ij. reg. penul. Ipſe eſt quaſi tenerrimus ligni
vermiculus. Ber. O iudei lapides eſtis lapidẽ ꝑ-
cutitis molliorẽ de quo reſonat tinnitus pietatis.
et ebulit oleũ caritatis. Itẽ hiero. Tradit⁹ eſt ihe
ſus militibus verberãdus et illud ſacratiſſimũ coꝛ
pus pectuſqꝫ dei capax flagella ſecuerũt. Quinto
ex eo ꝙ fuit vniuerſalis quia per oẽs ptes et omẽs
ſenſus. Primo eñ fuit hic doloꝛ in oculis quia la-
crimatus eſt: ſicut diciť hebꝛe. v. Ber. Aſcendit in
altũ vt longius audireť: foꝛtiter clamabat: vt nul-
lus excuſareť. clamoꝛi lacrimas addidit: vt homo
computareť. Alias etiam his lacrimas fudit: ſcꝫ in
reſurrectione lazari: et ſup iheruſalẽ. Itaqꝫ prime
lacrime fuerũt amoꝛis. Unde et quidã cũ vidiſſent
eũ lacrimantẽ dixerũt. Ecce quomõ amabat eum.
Scđe fuerunt cõpaſſionis. Sed he tercie fuerunt
doloꝛis. ¶ Scđo fuit in auditu cũ ei ſcꝫ opprobꝛia
et blaſphemie irrogate ſunt. Xp̃s enim ſpecialiter
quatuoꝛ habuit in q̃bus opprobꝛia et blaſphemi-
as audiuit. Habuit eñ excellẽtiſſimã nobilitatem
q: quantũ ad diuinã naturã fuit eterni regis filius
et quantũ ad humanã de regia ſtirpe genit⁹. ita ꝙ
etiã inquantũ homo fuit rex regũ et dñs dominã-
tium. Habuit ineffabilẽ veritatẽ: quia ipſe eſt via
veritas et vita. Unde de ſe iterꝝ dicit. Sermo tu⁹
veritas eſt. Filius eñ eſt ſermo ſiue verbũ patris.
Habuit inſuperabilẽ poteſtatẽ quia oĩa per ip̃m
facta ſunt: et ſine ipſo factũ eſt nichil. Habuit inſup
ſingularẽ bonitatẽ: q̃a nemo bonus niſi ſolus de⁹
In his xp̃s audiuit opprobꝛia et blaſphemias: pri
mo quidẽ quo ad nobilitatẽ. Mathei. xiij. Nonne
hic eſt filius fabꝛi. Nõne mater eius diciť maria ꝛc.
Scđo quo ad poteſtatẽ. Mathei. xij. Hic nõ eijcit
demonia niſi ĩ beelzebub principe demonioꝝ. Itẽ
math. xxvij. Alios ſaluos fecit ſeip̃m non poteſt
ſaluũ facere. Ecce dicũt ip̃m impotentẽ cum tamẽ
adeo potẽs extitit: ꝙ pſecutoꝛes ſuos ſola voce ꝓ
ſtrauit. Nã cũ interrogaſſet quẽ queritis? et illi re
ſpõdiſſent iheſuꝫ nazarenũ. et ipſe dixiſſet ego ſuꝫ
cõtinuo ceciderũt in terrã. Aug⁹. Una vox turbaꝝ
odijs ferocẽ: armis terribilẽ: ſine vllo telo pcuſſit.
repulit: ſtrauit: virtute latẽtis diuinitatiſ. Quid iu
dicaturus faciet: q̃ iudicãdus hoc fecit. q̃d regnatu
rus poterit: q̃ moꝛiturus hoc potuit. Tercio quo
ad veritatẽ. Johãnis. viij. Tu de teip̃o teſtimoniũ
phibes: teſtimoniũ tuũ non eſt verũ. Ecce quia di-
cunt eũ mendacẽ: cũ tamen ipſe ſit via: veritas: et
vita. Hanc veritatem pilatus ſcire vel audire non
meruit: quia ip̃m ſecundũ veritatẽ non iudicauit.
Inchoauit quippe iudiciũ a veritate: ſed in verita
te nõ permãſit: ꝛ ideo de veritate q̃ſtionẽ meruit
inchoare: ſed nõ meruit ſolutionẽ audire. Alia ra
tio eſt ſcđm aug⁹. quare ſolutionẽ nõ audiuit: q̃a
cum illã queſtionẽ feciſſet ſubito venit illi in mentẽ
cõſuetudo iudeoꝝ qua ſolebat vnus dimitti in paſ
cha: et ideo ſtatim exijt: et ſolutionẽ non expecta-
uit. Tercia ratio eſt ſcđm Criſo. q: ſciebat ꝙ que-
ſtio tam difficilis indigebat multo tp̃e et multa diſ-
cuſſione. et ip̃e ad liberationem xp̃i ꝓperabat. et
ideo ſtatim exiuit: Legiť tamen in euangelio nico
demi. ꝙ cũ pilat⁹ iheſuꝫ interrogaſſet: q̃d eſt veri-
tas? Ihũs ei reſpõdit. Ueritas de celo eſt. Et pila
tus. In terris nõ eſt veritas? Dicit ei ihũs. Quo-
modo poteſt veritas eſſe in terris q̃ iudicať ab his
qui poteſtatẽ habẽt in terris. Quarto quo ad boni
tatẽ. Dicebãt eñ ipſum eſſe peccatoꝛem in coꝛde.
Johãnis. ix. Nos ſcimus q: hic homo pctõꝛ eſt. Se
ductoꝛẽ in ſermone. Luc. xiij. Cõmouit populũ do
cens ꝑ vniuerſam iudeã: incipiens a galilea vſqꝫ
huc. Legis preuaricatoꝛẽ in ope. Johãnis. ix. Nõ
ret: ꝓmittẽs me ſeculo abrenunciaturã. et deĩcete-
ro caſtã manſurã. Cumqꝫ hoc oraſſem et in nomĩe
beate virginis fiduciã recepiſſem fores iterũ eccle-
ſie adij: et ſine aliquo impedimẽto eccleſiã intraui
Cum aũt ſanctã crucẽ deuotiſſime adoraſſem qui-
dam michi tres nũmos tribuit de quibus tres pa-
nes emi. Audiuiqꝫ vocẽ dicentẽ michi. ſi iordanẽ
trãſieris ſalua eris. Iordanẽ igiẗ tranſiui. et in hoc
deſertũ veni vbi. xlvij. annis nullũ penitus hoĩẽ
vidẽs mãſi. Illi aũt tres panes quos mecũ detuli
inſtar lapidis ꝑ tẽpora durauerũt. et. xlvij. annis
michi ex his comedẽdo ſuffecerũt Ueſtimenta aũt
mea iam dudũ putrefacta ſunt. xvij. primis ãnis in
hoc deſerto a tẽptationibꝰ carnalibꝰ moleſtata fui
ſed nunc per dei gratiã omẽs vici. Ecce oĩa opera
mea tibi narraui: et rogo vt ꝓ me ad deum preces
fundas. Tũc ſenex ad terrã proſtratus in famula
ſua dñm benedixit. Cui illa. Obſecro te vt in die
dominice cene ad iordanẽ redeas et corpus domi-
nicum tecum feras. Ego aũt ibidem tibi occurram
et de manu tua corpus ſacrum ſuſcipiam. Nam a
die qua huc veni: cõmunionẽ dñi non accepi. Re-
diens igiẗ ſenex ad monaſteriũ euoluto anno dũ
dies cene appropinquaret tulit corpus dñicũ. et
vſqꝫ ad ripam iordani veniẽs ex alia ripa mulierẽ
ſtantẽ ꝓſpexit. Que ſupra aquas facto crucis ſi-
gnaculo iuit. et ad ſenẽ vſqꝫ ꝑuenit. Quã vidẽs ſe-
nex obſtupuit: et ad pedes eiꝰ hũiliter ſe ꝓſtrauit
Cui illa. Uide ne feceris cũ ſacramenta dñica pe-
nes te habeas. et ſacerdocij dignitate refulgeas.
Sed obſecro vt ſequẽti anno ad me pater redire
digneris. Tunc illa facto ſigno crucis ſuꝑ iordanis
aquas iuit. et heremi ſolitudinẽ petiuit. Senex ve
ro ad ſuũ monaſteriũ rediẽs. ſequẽti anno ad locũ
in quo primo ſecũ locutꝰ fuerat venit: et eam ibidẽ
expiraſſe repit. Qui lachrimari cepit et ipſam tãge
re nõ ꝓſumpſit. Dixitqꝫ intra ſe. Ego quidẽ corpu
ſculũ ſancte ſepelire volebã: ſed timeo ne hoc ſibi
diſpliceat. Hec eo cogitãte vidit iuxta caput ſuum
litteras in terra deſcriptas ita ꝯtinẽtes. Sepeli zo
zima marie corpuſculũ: redde terre puluerẽ ſuũ et
ora ꝓ me ad dñm: ad cuius preceptũ ſcḋa die apri-
lis: reliqui hoc ſeculũ. Tunc ſenex ꝓ certo cogno-
uit: ꝙ mox vt dñi ſacramẽta accepit et ad deſertũ
redijt. vitã finiuit. Illudqꝫ deſertũ qͦd zozimas per
xxx. dierũ ſpaciũ vix ambulauit: illa in vna horã ꝑ
currit: et ad deũ migrauit. Cumqꝫ ſenex terrã fode
ret ſed neqͥret. vidit leonẽ ad ſe venientẽ mãſuete.

dixitq̧ illi. Sācta hec mulier p̄cepit ſepeliri corp⁹ ſuū. et ego cū ſim ſenex fodere nō poſſum. nec etiā aptū habeo ferramētū. Tu ergo terrā fode vt poſſimus eius corpus ſanctiſſimū ſepelire. Tūc leo cepit fodere: et aptā foueā preparauit. Quo peracto leo vt agnus manſuetus abijt. et ſenex ad ſuū monaſteriū glorificans deū venit.

## De ſancto Ambroſio. lv. A



Ambroſius dicit̄ de ambra: que eſt ſpecies valde redolens et p̄cioſa. Ipſe em̄ eccleſie valde p̄cioſus extitit. et in dictis et in factis ſuis valde redoluit. Uel dicit̄ ambroſius ab ābra. et ſyos qd̓ eſt de⁹ quaſi ambra dei. Deus nāq̧ per eū quaſi p ambrā vbiq̧ redolet. Fuit em̄ et eſt bonus odor xp̄i i omni loco vel dicit̄ ab ambor quod eſt pater luminis. ⁊ ſyor qd̓ eſt paruulus. q: pater in multoꝝ filiorū ſpūali generatiōe: luminoſus in ſacre ſcripture expoſitiōe. et puulus in ſua hūili cōuerſatione. Uel ſicut dicit̄ in gloſario. ambroſius odor vl̓ ſapor xp̄i celeſtis: ambroſia eſca angeloꝝ. Ambroſiū celeſte mellis fauū. Fuit ei celeſtis odor p odoriferā famā. ſapor p ꝯtēplationē internā: celeſte mellis fauū per dulcē ſcripturaꝝ expoſitionē eſca angelica p glorioſaꝝ fruitionē. Eius vitā ſcripſit paulinus nolanus ep̄s ad auguſtinū. B

Ambroſius filius ambroſij prefecti rome cū in cunabulis in atrio p̄torij eſſet poſitus et dormiret. examen apum ſubito veniens faciem eius et os ita compleuit: vt quaſi in alueoluꝫ ſuum intrarent pariter et exirent. Que poſtea euolantes in tantam aeris altitudinem ſubleuate ſunt vt humanis oculis minime viderentur. Quo peracto territ⁹ pater ait. Si vixerit infantulus iſte aliquid magni erit. Poſtea cū adoleuiſſet et videret matrē et ſororem ſacrā virginē. manus ſacerdotibus oſculari: ipſe ludens ſorori dexterā offerebat. aſſerens ⁊ ſibi id ab ea fieri oportere. Illa vero vt adoleſcētē et neſcientē qd̓ diceret reſpuebat Rome igit̄ litteris eruditus cū cauſas p̄torij ſplendide peroraret. a valentiniano imperatore ad regendū liguriā emiliāq̧ ꝓuincias direct⁹ eſt. Cūq̧ mediolanū veniſſet. et ibidē ep̄s tunc deeſſet. cōuenit populus vt ſibi de ep̄o ꝓuideret. Sed cū inter arrianos et catholicos de eligendo ep̄o ſeditio nō modica oriret̄: illuc ambroſius cauſa ſedande ſeditionis perexit: et ſtatim vox infantis inſonuit dicens. Ambroſiū ep̄m. Cui⁹ voci omēs vnanimes cōſenſerunt ambroſiū ep̄m acclamātes. Quo ille cognito: vt eos a ſe terrorib⁹ remoueret. eccleſiaꝫ exiēs tribunal cōſcendit. et contra ꝯſuetudinē ſuā tormenta pſonis adhiberi iuſſit. Qd̓ cum faceret. ppl̓s nichilomin⁹ acclamabat. Peccatū tuum ſup nos. tūc ille turbat⁹ domū redijt et philozophiā ꝓfiteri voluit. Qd̓ vt ne faceret reuocatus eſt. Publicas mulieres publice ad ſe īgredi fecit. vt his viſis ab ei⁹ electiōe populū reuocaret. Sed cū nec ſic ꝓficeret. ſed ſemp ppl̓m: peccatū tuū ſup nos acclamare videret fugā media nocte petijt. Cūq̧ ticinū pgere ſe putaret. mane ad portū ciuitatis mediolanenſis q̄ romana dicit̄ inuenit̄ Qui inuentus cū cuſtodiret̄ a populo: miſſa eſt relatio ad clementiſſimū imꝑatorē valētinianū. Qui ſummo gaudio accepit q̧ iudices a ſe directi ad ſacerdotiū peterētur. Letabat̄ em̄ probus p̄fectus: q̧ verbū ſuū fuerat in eo adimpletū. Dixerat em̄ cum proficiſcenti mādata donaret. Uade age nō vt iudex: ſed vt ep̄s Pendēte relatiōe iterꝫ abſcondit̄: ſed inuētus cum adhuc eſſet cathecuminus baptizat̄: ⁊ octauo die ī ep̄alem cathedrā ſublimat̄. Cū aūt poſt ānos quatuor romā iuiſſet et ſoror ſua ſacra virgo eius dexterā oſcularetur ſubridēs ait. Ecce vt dicebam tibi ſacerdotis manū oſcularis. C Cū autē in quādam ciuitatē pro quodā ep̄o ordinando iuiſſet. et ei⁹ electioni iuſtina imꝑatrix et alij heretici contradicerēt. volentes vt aliqs de ſua ſecta ordinaret̄. vna de arrianoꝝ virginib⁹ impudētior ceteris tribunal cōſcendit et beatū ambroſium p veſtimentū apprehendit volēs ip̄m ad partē mulierū trahere vt ab eis ceſus de eccleſia cum iniuria pelleretur. Cui ambroſius ait. Et ſi ego indignus ſum tanto

ſacerdotio: tibi tñ non conuenit in qualēcunqȝ ſa-
cerdotem manus inijcere. Vñ timere debuiſti iudi-
cium dei ne tibi aliquid cōtingat. Qđ dictū exitus
confirmauit. Nā die alio mortuā ad ſepulcrū vſqȝ
deduxit gratiā pro cōtumelia rependēs. Qđ factū
oēs perterruit. Poſt hoc mediolanū reuerſus in-
numeras inſidias a iuſtina imꝑatrice ꝑtulit. mune-
ribus et honorib⁹ aduerſus eū populos excitāte.
Cū ergo multi eū in exiliū pellere niterent̄ vnus
eoꝝ ceteris infelicior in tantū furorē excitatus eſt.
vt iuxta eccleſiā domū ſibi locaret ac in ea quadri-
gam paratā haberet qua ꝓcurāte iuſtina facilius
raptum ad exiliū deportaret. Sed dei iudicio ipſo
die quo eum rape arbitrabat̄ in eadē quadriga de
eadē domo in exiliū pulſus eſt. Cui tñ ambroſius
reddēs bona ꝓ malis ſumpt⁹ et neceſſaria miſtra-
uit. Cantus et officiū in eccleſia mediolanenſi pri-
mum celebrari inſtituit. Erant et tunc tēporis me-
diolani multi a demonibus obſeſſi. q̄ ſe torq̄ri ab
ambroſio magnis vocib⁹ clamabāt. Juſtina aūt ⁊
multi arrianoꝝ cum ſimul habitarēt. dicebāt am-
broſiuȝ pecunia homiēs cōparare qui ſe ab immū-
dis ſpiritib⁹ vexari mētirent̄. et ab ambroſio dice-
rent ſe torqueri. Tūc ſubito vnus ex illis arrianis
qui aſtabāt arreptus a demonio in mediū ꝓſilijt.
atqȝ clamare cepit. Vtinā ſic torquerent̄ vt torq̄or
qui non credūt ambroſio. At illi cōfuſi in piſcinam
dimerſum hominē necauerūt. Quidā hereticus a-
cerrimus diſputator. et durus et incōuertibilis ad
fidem cū audiret ambroſiū predicantē vidit ange-
luȝ ad aures eius loquentē verba que ꝑplo ꝑdica-
bat. Quo viſo fidē quā ꝑſequebat̄ cepit defendere
D ¶ Quidā aruſpex demones aduocabat et ipos
ad nocēdū ambroſio trāſmittebat. Sed reuerſi de-
mones renūciabant ꝙ nō ſolū ad ipm ſed nec etiā
ad fores domus ſue appropinquare valebāt. qm̄
ignis inſuperabilis oē illud edificiū cōmuniret. vt
etiā longe poſiti vrerent̄. Predictus vero aruſ-
pex cū a iudice ꝓpter quedā maleficia torqueret̄
clamabat amplius ab ambroſio ſe torqueri. Quē-
dā demoniacū mediolanū ingredientē demon di-
miſit egredientem inuaſit. Jnterrogatus de hoc
demon ait ambroſiū ſe timuiſſe. ¶ Alius quidā no-
cte eius cubiculū adijt. vt gladio ipm necaret. ꝓce
ac ꝑcio a iuſtina inductus. Sed cū dextera gladiū
eleuaſſet vt ipm ꝑcuteret. ꝯtinuo aruit manus ei⁹
¶ Cum viri theſſalonice ciuitatis imꝑatori aliq̄d
deliq̄ſſent et eis imꝑator ꝓcibus beati ambroſij in-
dulſiſſet clam agente curialiū malicia: per iuſſum
imꝑatoris neſciēte ābroſio plurimi ſunt occiſi. Qđ
vt ambroſius comꝑit. imꝑatori copiā intrādi eccle-
ſiam denegauit. Cui cū imꝑator diceret ꝙ dauid
adulteriū et homicidiū cōmiſiſſet rn̄dit. Qui ſecu-
tus es errantē ſequere corrigentē. Qđ cū audiſſet
clemētiſſimus imꝑator ita gratāter ſuſcepit ꝙ pu-
blicā penitentiā agere non negauit. Quidā a de-
monio arrept⁹ clamare cepit ab ābroſio ſe torq̄ri.
Cui ābroſius. Obmuteſce dyabole quia nō te tor-
quet ambroſius ſȝ tua inuidia: q2 illuc hoīes aſcen-
dere cōſpicis. vñ tu turpiter corruiſti: Nā ambroſi⁹
neſcit inflari. At ille ſtatim obmutuit ¶ E Qua-
dam vice cū beatus ambroſius ꝑ ciuitatē pergeret
caſu quidā lapſus eſt et in terra ꝓſtratus iacebat.
qđ videns alter ridere cepit. Cui ambroſi⁹. Et tu
qui ſtas vide ne cadas. Quo dicto ſtatim lapſuȝ ſuū
doluit qui riſerat alienū. ¶ Quadā etiā vice am-
broſius ad palaciū macedonij mgr̄i officioꝝ. vt ꝓ
quodā intercederet venit. Sed cū fores clauſas in-
ueniſſet: nec intrādi copiā habere potuiſſet ait. Et
tu quidē venies ad eccl'iam. ⁊ nō clauſis ianuis: ſȝ
apertis intrare nō valebis. Elapſo aliquo tp̄e metu-
ens inimicos macedonius ad eccl'iaȝ fugit. et patē-
tibus ianuis aditū reperire nō potuit. Fuit etiā tāte
abſtinentie ꝙ quotidie niſi in ſabbato ⁊ die dn̄ico
et feſtis precipuis ieiunabat. Tāte etiā largitatis
erat ꝙ oīa q̄ habere poterat eccl'ijs et paupibus
nil ſibi retinēs tribuebat. Tante cōpaſſionis vt cū
aliq̄s lapſuȝ ſuū ſibi confitebat̄ ſic amariſſime fle-
bat. ꝙ illū ſimiliter flere cōpellebat. Tāte humili-
tatis ac laboris vt libros quos dictabat ꝓpria ma-
nu ſcriberet niſi cū infirmitate corporis grauaret̄.
Tāte aūt pietatis ⁊ dulcedīs vt cū alicui⁹ ſancti ſa-
cerdotis vel ep̄i ſibi obitus nunciaret̄. ſic amariſſi-
me flebat. vt vix cōſolari valeret. Cuȝ aūt interro-
garet̄. cur viros ſanctos qui ad gloriā ꝓficiſcebā-
tur ſic fleret aiebat. Ne puteris me flere ꝙ receſſe-
rint: ſed q2 me ꝑceſſerint: et quia difficile inuenit̄ q̄
tam dignus eius officio habeat̄. Tāte etiā conſtā-
tie et fortitudinis. ꝙ imperatoris vel principū vi-
tia non palpabat: ſed eos voce libera cōſtātiſſime
arguebat. Cum quidā vir quoddā flagiciū perpe-
traſſet. et corā eo adduct⁹ fuiſſet. dixit ambroſius
Oportȝ illū tradi ſathane ī interitū carnis ne talia
deinceps audeat ꝑpetrare. Quē eodē momēto cū
adhuc ſermo eſſet in ore eius: immūdus ſpūs di-
ſcerpere cepit. Quadā vice vt aiunt cū beat⁹ am-
broſius romā ꝑgeret: ⁊ in quadā villa tuſcie apud
quēdaȝ hominē nimiū locupletē hoſpitat⁹ fuiſſet.
illū hoīeȝ ſuꝑ ſtatu ſuo ſollicite requiſiuit. Cui ille
reſpōdit. Status meus dn̄e ſemper felix extitit et

gloꝛioſus. Ecce em̄ diuitijs infinitis abundo: ſeruos et famulos q̄ plures habeo. copioſam filioꝝ et nepotū turbā poſſideo. et oīa ſemꝑ ad vota habui: nec vnq̄ michi aliqͥd aduerſum accidit. vel qđ cōtriſtaret euenit. Qđ audiēs ambroſius vehemēter obſtupuit. et his q̄ erant ſecū in comitatu dixit. Surgite et hinc q̄ totius fugiam⁹. qꝛ dn̄s non eſt in loco iſto. Feſtinate filij feſtinate nec in fugiendo morā facite: ne nos hic diuīa vlcio apphendat. et in pctis illoꝝ pariter nos īuoluat. Cū ergo fugerēt et aliquātulū ꝓceſſiſſent: ſubito ſe terra apuit. et hominē illū cū vniuerſis qui ad illū pertinebāt ita abſoꝛbuit: vt nullum inde veſtigiū remaneret. Qđ cernens ambroſius dixit. Ecce fratres q̄ miſericoꝛditer deus parcit. cū hic aduerſa tribuit: et q̄ ſeuere iraſcit̄: cū ſemꝑ ꝓſpera elargit̄. In eodē autē loco fouea quedā ꝓfundiſſima remanſiſſe dicitur: q̄ vſq̨ hodie ibi⁹ facti teſtimoniū pſeuerat

¶ Cum aūt ſanct⁹ ambroſius radicē oīm maloꝝ auariciā: magis ac magis in hoībus creſcere cerneret. et maxime in his q̄ erāt in poteſtatib⁹ ꝯſtituti apud quos oīa ꝑcio vēdebant̄: necnō et in his qui ſacris miſterijs deputati: vehemēter ingemuit: et ſe de huius ſeculi erūna liberari. inſtāti⁹ exoꝛauit. Qui cū ſe id obtinuiſſe gauderet: reuelauit fratribus q̄ vſq̨ ad reſurrectionē dn̄icam cum eis eſſet. Ante vero paucos dies q̄ lectulo detineret̄. cum quadrageſimūquartū pſalmū cū notoꝛio dictaret. ſubito ipſo vidēte notoꝛio in modū ſcuti breuis ignis caput eius opuit: atq̨ paulatim ꝑ os ei⁹ tanq̄ in domū habitatoꝛ īttrauit. Tunc facies eius tanq̄ nix effecta eſt: ſed poſtmodū ad ſuā ſpeciē reuerſa eſt. Ipſo igit̄ die ſcribēdi et dictādi finē fecit nec ipſū pſalmū explere potuit. Poſt igit̄ paucos dies infirmitate coꝛpis laboꝛare cepit. Tūc comes ytalie cū mediolani eſſet. nobiles ꝯuocauit dicēs. q̄ tāto viro recedēte ꝑiculū eſſet: ne ytalie interit⁹ immineret Rogauitq̨ vt ad viꝝ dei accederēt rogātes vt ſibi adhuc ſpaciū viuēdi vno anno a dn̄o impetraret. Qđ ille vt ab illis audiuit rn̄dit. Nō ita inter vos vixi vt me viuere pudeat: nec moꝛi timeo cū bonū dn̄m habeam⁹. Eo tp̄e quatuoꝛ eius dyaconi inuicem cōuenerūt tractātes inter ſe qs poſt ei⁹ obitū bonus eſſet ep̄s. Cū ergo a loco quo vir dei ambroſius iacebat longe eſſent. et ſimplicianū ita ſilēter noīaſſent vt vix inuicē ſe audirēt: ille ab eis longe poſitus tercio exclamauit. Senex ſed bonus. Qđ audiētes territi fuerūt et nō niſi illū poſt ei⁹ obitū elegerūt. In loco aūt ī quo iacebat vidit ihesū ad ſe venientē. et ſibi vultu alacri arridentē. Honoratus vero ep̄s vercellen̄. qui beati ābꝛoſij obitū expectabat cū ſe ſopoꝛi dediſſet. vocē tercio ſe clamātis audiuit. Surge qꝛ modo eſt receſſurus. Qui ꝯſurgēs mediolanū concitus venit et ei dn̄ici coꝛpoꝛis ſacrm̄ dedit. Moxq̨ ille man⁹ in modū crucis expādit: et vltimū ſpūm inter verba oꝛōis efflauit. Floꝛuit circa annos dn̄i. ccclxxxix. Cum aūt in paſche coꝛp⁹ eius ad ecclīam fuiſſet delatū. plurimi infantes baptizati cū viderunt. ita vt aliqui cū ſedentē in cathedra tribunali dicerēt. alij aſcēdentem digito ſuis parētibus demōſtrarent. nōnulli vero ſtellā ſuꝑ caput ei⁹ ſe videre narrarēt. Quidam pꝛſbiter cū in cōuiuio cū multis alijs eſſet. et ſancto ābꝛoſio detrahere cepiſſet cū cōtinuo plaga percuſſit et de cōuiuio ad lectū ductus vitā finiuit In vꝛbe cartaginēſi cū tres ep̄i ſimul cōuiuarēt et vnus eoꝝ beato ambꝛoſio detraxiſſet. relatū eſt qđ illi pꝛſbitero qui ſibi detraxerat accidiſſet. Qđ cū ille vilipēderet ſubito letale vulnus accepit. et extremū cōtinuo diē ꝯclauſit.

¶ Notandū q̄ btūs ambroſius ī multis cōmēdabilis fuiſſe videt̄ Primo in liberalitate qꝛ oīa q̄ habebat pauperū erant. Vn̄ refert de ſeipo q̄ īperatoꝛi petēti baſilicam ſic reſpōdit: et eſt in decreto ꝯuenioꝛ. xxiij. q. viij. Si a me peteret qđ meū eſt id eſt fundū meū argentū meū et hmōi meū: nō refragarer quanq̄ oīa q̄ mea ſunt pauperū ſint. Scđo in mūdicie puritate: fuit em̄ virgo. Unde refert hiro. eū dixiſſe. Virginitate nō ſolū efferimus ſed ſeruamus. Tercio in fidei firmitate. Vn̄ dixit cū īperatoꝛ peteret baſilicā: et eſt in eodē caplo. Prius eſt vt animā michi q̄ fidē auferat. Quarto in martirij auiditate. Vn̄ legit̄ in ep̄la ſua de baſilica non tradēda q̄ ꝑpoſitus valentiniani ambroſio mādauit dicēs. Tu contēnis valētinianū caput tibi tollo. Cui ambroſius Deus permittat tibi vt facias qđ minaris Atq̨ vtinā deus auertat eos ab eccleſia: et in me oīa tela ſua cōuertāt: et meo ſanguīe ſitim ſuā expleant. Quinto in oꝛōnis inſtātia. Vn̄ dicit̄ de eo et habet̄ in. xi. li. hyſtorie eccleſiaſtice. Ambꝛoſius aduerſū regine furoꝛē nō ſe manu defenſabat aut telo: ſꝫ ieiunijs et ꝯtinuatis vigilijs. ſub altari poſitus per obſecratiōes defenſoꝛē ſibi atq̨ eccleſie deū parabat. Sexto in lachꝛimaꝝ abūdantia. Habuit em̄ tria gn̄a lachꝛimaꝝ. ſcꝫ lachꝛimas ꝯpaſſionis ꝓ alioꝝ culpis. Vn̄ dicit paulin⁹ de eo in legēda. q̄ cū aliqͥs lapſū ſibi ꝯfitebat̄: ſic amariſſime flebat q̄ illū flere ſimiliter ꝯpellebat. Lachꝛimas deuotiōis ꝓ eternis deſiderijs Vn̄ ſupꝛa dictū eſt a paulino q̄ cū interrogaret̄ cur ſanctos q̄ moꝛe-

bantur ſic fleret rñdit. Ne me putetis flere q: receſſerint: ſed q: me ad gloriã pceſſerint. Lacrimas cõpaſſionis ꝓ alioꝝ iniurijs. Uñ ipſe dicit de ſe ⁊ eſt in decreto in ſupiori caplo. Aduerſus milites gothos: lacrime mee arma mea ſunt. Talia eñ munimenta ſunt ſacerdotis: aliter nec debeo nec poſſuꝫ reſiſtere.

¶ Septimo in forti cõſtantia cuius cõſtantia maxime in tribus apparet. Primo in defenſione catholice veritatis. Unde dicit in li. xi. ecclesiaſtice hyſtorie: ꝙ iuſtina mater valẽtiniani imperatoris arriane hereſeos alũna cõturbare cepit eccleſiarũ ſtatum cõminari ſacerdotibꝰ depulſiões et exilia: niſi arminẽſis cõcilij decreta reuocarẽt. Quo bello ecclie murũ ac turrim validiſſimã pulſabat ambroſiũ. In eius quoqꝫ pfatiõe ſic de eo cãtat. Tanta ambroſiũ virtute ſolidaſti cõſtantie. tãto munere celitus decoraſti. vt per eũ excluſa torquerent demonia: arrianorũ impietas ꝓpulſa tabeſceret: ac ſecularium principũ colla tuo iugo ſubacta redderentur humillima. Secundo intuitione eccleſiaſtice libertatis. Unde cum imperator auferre vellet quandã baſilicam oppoſuit ſe ambroſius contra imperatorem. ſicut ipſe teſtatur. et eſt in decreto. xxiij. q. viij. Conuenior ipſe a comitibꝰ vt per me baſilice fieret matura traditio. Dicentibus imperatorem iuſſiſſe iure ſuo tradi debere reſpondi. Si patrimoniũ petit inuadite: ſi corpus occurrã. Uultis in vincula rape: vultis in mortẽ. voluntatis eſt michi. Non ego me vallabo circumfuſione populoꝝ nec altaria tenebo vitã obſecrans ſed ꝓ altaribꝰ gratus imolabor. Mãdat tradere baſilicã. Urgemur itaqꝫ pceptis regalibꝰ: ſed cõfirmamur ſcripture ſermonibꝰ: q̄ reſpõdit. Tanq̄ vna ex inſipiẽtibus locuta es. Noli grauare te imperator. vt putes te in ea q̄ diuina ſunt impiale aliquod ius habere. Ad impatorẽ palacia ptinent. ad ſacerdotes eccleſie. Sanctus naboth vineã ſuo ꝓprio cruore defendit. Si ille vineam nõ tradidit ſuã nec nos tradẽmꝰ xpi eccleſiaꝫ. Tributũ ceſaris eſt nõ negetꝰ: eccleſia dei eſt. ceſari vtiqꝫ nõ donetꝰ. Si de me aliquid cõpelleretꝰ et poſceretꝰ aut fundꝰ aut domus: aut aurũ: aut argentũ: id qd̄ iuris mei eſſet libenter offerrẽ. Tẽplo dei nichil poſſum decerpere nec detrahere cũ illud cuſtodiendũ nõ tradendũ acceperim. Tercio in obiurgatione vicij. et omis iniquitatis. Unde legitꝰ in hiſtoria tripartita in quadã cronica: ꝙ cum apud theſſalonicã orta ſeditione quidã iudices fuiſſent a populo lapidati. theodoſius impator indignatus iuſſit oẽs interimi: nocẽtes ab innocẽtibus nõ ſecernens. vbi fere quinqꝫ milia hoim ſunt occiſa. Cum igitꝰ impator mediolanũ veniſſet et ecctiam intrare vellet occurrit ei ambroſius ad ianuã: eiqꝫ aditũ ꝓhibuit dicẽs Cur impator poſt cauſaꝫ tãti furoris: nõ agnoſcis molẽ tue pſumptionis? Sed forte recognitionem pecti prohibet poteſtas impij. Decet te vt vincat ratio poteſtatẽ. Princeps es o impator: ſed cõſeruorũ. Quibus ergo oculis aſpicies cõmunis dñi tẽplũ: quibus pedibus calcabis ſanctũ pauimentũ? Quomõ manus extendes de quibꝰ adhuc ſanguis ſtillat iniuſtus. qua pſumptiõe ore tuo poculũ ſanguinis eius pcipies. dũ furore tuoꝝ ſermonũ tantus iniuſte ſit ſanguis effuſus? Recede ergo recede ne ſcdo peccato priorẽ nequiciã augere cõtendas Suſcipe vinculũ quo te dñs nunc ligauit eſt eñ medicina maxima ſanitatis. His ſermonibus impator obediẽs gemẽs et flens ad regalia remeauit. Cũ ergo diu in fletu mãſiſſet rufinus mgr̄ militum cauſam tãte triſtitie requiſiuit. Cui ille. Tu inquit mea mala nõ ſentis. q: ſeruis et mẽdicantibꝰ apta ſunt tẽpla: michi vero ad ea ingreſſus non eſt. Et hec dicẽs ſingula verba ſingultibꝰ interrũpebat. Cui rufinꝰ. Curro ſi vis ad ambroſiũ vt tibi ſoluat vinculũ quo te ligauit. Et ille. Nõ poteris ſuadere ãbroſio: q: non verebitꝰ impialẽ poteſtatẽ. vt legẽ poſſit puaricari diuinã. Sed cuꝫ ille ꝓmitteret ꝙ eũ flecteret: cũ impator ire pcepit: et ipſe poſt paululũ eſt ſecutus. Mox aũt vt ambroſius rufinũ vidit ait. Impudenciã canũ imitarꝰ es. o rufine tante vicꝫ necis autor exñs. et nec pudorẽ ex frõte detergẽs nõ erubeſcis. ꝯtra maieſtatẽ latrare diuinã? Cumqꝫ rufinus pro impatore ſupplicaſſet et diceret eũ ſequi ſupno zelo accenſus ambroſius ait. Ego tibi pdico qm̃ ingredi eũ ſacra limia ꝓhibeo Si vero poteſtatẽ in tirãnidẽ mutauerit necẽ libẽter ſuſcipio. Qd̄ cũ rufinus impatori renũciaſſꝫ pergam inq̇t ad eũ vt iuſtas in facieꝫ cõtumelias recipiam. Cũ ergo veniſſet. et ſua ſolui vincula poſtulaſſet occurrẽs ambroſius et ingreſſuꝫ ꝓhibẽs ait. Quã penitẽtiã oſtẽdiſti poſt tantas iniq̇tates? Et ille. Tuũ eſt iponere meũ obtẽperare. Uerum cũ imperator allegaret: quia et dauid adulterium et homicidiũ cõmiſiſſet. ait ambroſius. Qui ſecutus es errantẽ ſequere penitentem. Quod ita gratanter impator ſuſcepit ꝙ publicam penitentiã agere non recuſauit. Cum igitur reconciliatus eccleſiaꝫ intraſſet et intra cancellos ſtaret. requirit ambroſius quid ibi expectaret. Cui cum diceret ſe perceptionem ſacroruꝫ miſteriorũ expectare ait ambroſius. O imperator interiora loca tantuꝫ ſacerdo-

tibusſunt collata. Egredere igitur. ⁊ hanc expe⸗
ctationē cū ceteris habe cōem. Purpura nāqꝫ im⸗
peratores facit: nō ſacerdotes. Cui impator pri⸗
nus obediuit. Cū ergo cōſtantinopolim reuerſus
extra cancellos ſtaret. mādauit eidē epūs vt intra
ret. Et ille ait. Uix diſcere potui: q̄ differētia ſit im
patoris ⁊ ſacerdotis. Uix em̄ veritatis inueni ma
giſtrū. Ambroſiū nāqꝫ ſolū noui vocari pontificē.
¶ Octauo in ſana doctrina. Eius nāqꝫ doctrina
habebat altā ꝓfunditatē. Hiero. de. xij doctoribꝰ
Ambroſiꝰ ſup ꝓfundoꝝ pinna raptꝰ. ⁊ aeris vo⸗
lucer q̄diu in ꝓfundū ingredit fructū de alto cape
videt. Firmā ſoliditatē. Hiero. ibidē. Eius oēs
ſentētie fidei ⁊ eccl'ie ⁊ oīm v̄tutū firme ſunt colū⸗
ne. Elegantē venuſtatē. Augꝰ. in li. de nuptijs et
cōtractibꝰ. Pelagiꝰ hereſiarcha ſic laudat ambro
ſium vt dicat. Beatꝰ ambroſius epūs. in cuiꝰ pre⸗
cipue libris romana lucet fides. q̄ ſcriptoꝝ inter
latinos flos quidā emicuit. Et ſubdit augꝰ. Cuiꝰ
fidē ⁊ puriſſimū in ſcripturis ſenſum. nec inimicꝰ
quidā auſus eſt rep̄hendere. Magnā auctoritatē.
q: antiqui doctores ſicut augꝰ. verba ſua pro ma⸗
gna auctoritate habebant. Unde refert augꝰ. ad
ianuariū. ꝙ cū mater eiꝰ mirata fuiſſet. cur medi⸗
olani ſabbato nō ieiunaret. ⁊ de hoc augꝰ. ambro
ſiū interrogaſſet. ait ambroſiꝰ. Cū venio romā. ie⸗
iuno ſabbato. Sic ⁊ tu. ad quā forte eccl'iam vene⸗
ris eiꝰ morē ſerua. ſi cuiq̄ nō inde vis ſcādalū eſſe
nec quenq̄ tibi. Et ſubdit Augꝰ. Ego de hac ſnīa
etiā atqꝫ etiā cogitās. ita ſemꝑ habui tanq̄ eā cele
ſti oraculo acceperim. Uita ⁊ paſſio tiburcij ⁊ va
leriani in paſſione ſancte cecilie continetur.

## De ſancto georgio. lvi

Georgius dr a geos qḋ eſt terra. ⁊ orge qḋ
eſt colere. quaſi colens terrā. id eſt. carnē
ſuā. Augꝰ. autē in li. de tri. dicit: ꝙ bona
terra eſt in altitudine montiū. tēperamēto colliū.
planicie campoꝝ. Prima enī eſt bona ad virētes
herbas. ſcḋa ad vineas. tercia ad fruges. Sic bea
tus georgiꝰ fuit altus deſpiciēdo inferiora. ⁊ ideo
habuit virorē puritatis. Tēperatꝰ ꝑ diſcretionē. ⁊
ideo habuit vinū interne iocūditatis. Planus ꝑ
humilitatē. ⁊ ideo ꝓtulit fruges bone opationis.
Uel georgiꝰ dicit a gerar qḋ eſt ſacrū. ⁊ gion qḋ
eſt luctatio. quaſi ſacer luctator. q: luctatꝰ eſt cum
dracone ⁊ carnifice. Uel georgius dicit a gero qḋ
eſt ꝑegrinꝰ. ⁊ gir p̄ciosus. ⁊ vs cōſiliator. Ipſe enī
fuit ꝑegrinꝰ in contēptu mundi. p̄cioſus in corona
martirij. ⁊ cōſiliator in p̄dicatione regni. Eius le
genda inter ſcripturas apocrifas in niceno cōcilio
cōnumeratur: ex eo q̄ eius martiriū certā relatio⸗
nem nō habet. Nam in kalendario bede dicit ꝙ
ſit paſſus in ꝑſida ciuitate dyaſpoli: q̄ prius lidda
vocabatur. ⁊ eſt iuxta iopen. Alibi dicitur ꝙ paſ⸗
ſus ſit ſub dyocleciano ⁊ maximiano imꝑatoribus
Alibi legitur ꝙ ſub dyocleciano imꝑatore pſaꝝ.
preſentibus. lxx. regibus imperij ſui. Hic dicitur
ꝙ ſub daciano preſide. imperātibus dyocleciano
⁊ maximiano. A



Georgius tribunꝰ genere capadox perue
nit quadā vice in ꝓuinciā libie. in ciuita⸗
tem q̄ dicit ſilena: iuxta quā ciuitatē erat
ſtagnū inſtar maris. in quo draco peſtifer latita⸗
bat. q̄ ſepe ppl'm cōtra ſe armatū in fugā cōuerte
rat. flatuqꝫ ſuo ad muros ciuitatis accedens. oēs
inficiebat. Quapropter cōpulſi ciues. duas oues
quotidie ſibi dabāt: vt eiꝰ furorē ſedarēt. alioqn
ſic muros ciuitatis inuadebat. ⁊ aerē inficiebat.
ꝙ plurimi interibāt. Cū ergo iam oues pene defi
cerēt maxime cū haꝝ copiam hr̄e nō poſſent. ini⸗
to conſilio ouem cū adiūcto hoīe tribuebāt. Cum
igit forte oīm filij ⁊ filie darētur. ⁊ fors neminem
exciperet. ⁊ iam pene oēs filij ⁊ filie ppl'i eſſent con
ſumpti. quadā vice filia regis vnica forte eſt dep̄⸗
henſa. ⁊ draconi adiudicata. Tunc rex cōtriſtatꝰ
ait. Tollite aurū ⁊ argentū ⁊ dimidiū regni mei.
et filiam meā michi dimittite ne taliter moriatur.
Cui ppl'us cū furore r̄ndit. Tu o rex hoc edictum
feciſti: ⁊ nūc oēs pueri nr̄i mortui ſunt: ⁊ tu vis fi
liam tuam ſaluare? Niſi in filia tua compleueris
qḋ in alijs ordinaſti: ſuccendemꝰ te ⁊ domū tuā.

Quod rex audiẽs: cepit filiam ſuam flere dicẽs.
Heu me filia mea dulciſſima: q̄d de te faciã: aut
q̄d dicã. qñ plus videbo nuptias tuas? Et cõuer-
ſus ad pplꝫm dixit:. Oro vt inducias octo dierũ
lugẽdi michi filiã tribuatis. Qd̄ cũ ppl's admiſiſ-
ſet. ⁊ in fine octo dierũ reuerſus ppl's eſt cũ furo
re dicẽs. Quare ꝑdis pplm tuũ ꝓpter filiã tuã.
En oẽs afflatu draconis morimur. Tũc rex vidẽs
ꝙ nõ poſſet filiã liberare: induit eã veſtibꝰ rega
libus. ⁊ amplexatꝰ eã cum lachrimis dixit. Heu
me filia mea dulciſſima: de te filios in regali gre-
mio nutrire credebã. ⁊ nũc vadis vt a dracone de
uoreris. Heu me filia mea dulciſſima ſperabã ad
tuas nuptias principes inuitare. palaciũ marga
ritis ornare. timpana ⁊ organa audire. ⁊ nũc va-
dis vt a dracone deuoreris. Et deoſculãs eã dimi
ſit eã dicẽs. Utinã filia mea ego ante te mortuus
eſſem: ꝙ̄ te ſic amiſiſſem. Tũc illa ꝓcidit ad pe-
des patris: petẽs ab eo benedictionẽ ſuã. Quã
cũ pr̄ cũ lachrimis bñdixiſſ3. ad lacũ ꝓceſſit. Quã
beatꝰ georgiꝰ caſu inde tranſiẽs vt plorantẽ vi-
dit: eã quid hr̄et interrogauit. Et illa. Bone iu-
uenis velociter equũ aſcẽde ⁊ fuge: ne mecũ pa-
riter moriaris. Cui georgiꝰ. Noli timere filia. ſ3
dic michi q̄d hic ꝓ̄ſtolaris oĩ plebe ſpectãte. Et il
la. Ut video bone iuuenis magnifici cordis es
tu. ſed cur mori mecũ deſideras. Fuge velociter.
Cui georgiꝰ. Hic ego nõ diſcedã: donec michi q̄d
habeas intimabis. Cũ ergo totũ ſibi expoſuiſſet:
ait georgiꝰ. Filia noli timere: q2 in xp̄i noĩe te iu
uabo. Et illa. Bone miles mecũ ne ꝑeas: ſ3 teipm̄
ſaluare feſtines. ſufficit eñ vt ſola pereã: nã me
liberare nõ poſſes: ⁊ mecũ perires. Dum hec lo-
querer̄: ecce draco veniẽs caput de lacu leuauit.
Tũc puella tremefacta dixit. Fuge bone dñe. fu-
ge velociter. Tũc georgiꝰ equũ aſcẽdens. ⁊ cruce
ſe muniẽs. draconẽ cõtra ſe aduenientẽ audacter
aggredit̄. ⁊ lanceã fortiter vibrãs. ⁊ ſe deo cõmẽ-
dans ipſu3 grauiter vulnerauit. ⁊ ad terrã deie-
cit. Dixitq3 puelle. Proijce zonã tuã in collũ dra-
conis: nichil dubitãs filia. Qd̄ cũ feciſſet: ſequeba
tur eã velut manſuetiſſimꝰ canis. Cũ ergo eũ in
ciuitatẽ duceret. ppl'i hoc vidẽtes ꝑ mõtes ⁊ col-
les fugere ceperũt: dicẽtes. Ue nobis q2 iam oẽs
peribimꝰ. Tũc beatꝰ georgius innuit eis dicẽs.
Nolite timere: ad hoc eñ me miſit dñs ad vos.
vt a penis vos liberarẽ draconis. Tantũmodo in
xp̄m credite. ⁊ vnuſquiſq3 veſtrũ baptizer̄: ⁊ dra-
conẽ iſtũ occidã. Tũc rex ⁊ oẽs ppl'i baptizati ſũt
Beatꝰ aũt georgiꝰ euaginato gladio draconẽ oc
cidit. ⁊ ipſum extra ciuitatẽ efferri ꝑcepit. Tunc
quatuor paria boum ipſum extra ciuitatẽ in ma
gnũ campũ foras duxerũt. Baptizati aũt ſunt in
illa die. xx. milia hominũ: exceptis paruul' ⁊ mu-
lieribꝰ. B Rex aũt in honore beate marie ⁊
beati georgij eccl'iã mire magnitudinis cõſtru-
xit. De cuiꝰ altari fons viuus emanat: cuiꝰ potꝰ
oẽs languidos ſanat. Rex vero infinitã pecuniã
beato georgio obtulit: quã ille recipe nolẽs: pau
peribus eã dari ꝑcepit. Tũc georgiꝰ regẽ de qua
tuor breuiter inſtruxit. ſc3 vt eccl'iarũ dei curã ha-
beret. ſacerdotes honoraret. diuinũ officiũ diligẽ
ter audiret. ⁊ ſemꝑ pauperũ memor eſſet. Et oſcu
lato rege inde receſſit. In aliq̄bus tñ libris legit̄
ꝙ dũ draco ad deuorandũ puellã ꝑgeret: georgiꝰ
ſe cruce muniuit: ⁊ draconẽ aggrediẽs interfecit.
Eo tp̄e impãtibꝰ diocleciano ⁊ maximiano:
ſub p̄ſide daciano tãta ꝑſecutio xp̄ianorũ fuit. vt
infra vnũ mẽſem. xvij. M. martirio coronarẽtur.
Unde inter tot tormentorũ genera m'lti xp̄ianorũ
deficiebãt. ⁊ idolis immolabãt. Qd̄ vidẽs ſanctꝰ
georgiꝰ tactus dolore cordis intrinſecꝰ: oĩa q̄ ha
bebat diſꝑ̄ſit. militarẽ habitũ abiecit. chriſtianorũ
hitũ induit. ⁊ in mediũ ꝓſiliẽs exclamauit. Oẽs
dij gentiũ demonia: dñs aũt celos fecit. Cui pre-
ſes iratꝰ dixit. Qua p̄ſumptione audes deos no
ſtros demonia appellare? Dic tñ vnde es tu aut
quo nomĩe vocaris? Cui georgiꝰ ait. Georgiꝰ vo-
cor. ex nobili capadocũ ꝓſapia ortus. Paleſtinã
chriſto fauente deuici: ſed oĩa deſerui: vt ſeruire
poſſem liberiꝰ deo celi. Cũ aũt preſes eũ ad ſe in
clinare nõ poſſet iuſſit eũ in eculeũ leuari. ⁊ mẽ-
bratim corpꝰ eius vngulis laniari. Appoſitis in
ſuꝑ ad latera facibꝰ. ꝑatẽtibꝰ viſcerũ rimis. ſale
plagas eius fricari iuſſit. Eadẽ nocte dñs cũ in-
genti lumine ei apparuit: ⁊ ipſu3 dulciter cõforta-
uit. Cuiꝰ melliflua viſione ⁊ allocutione ſic cõfor
tatꝰ eſt vt ꝓ nichilo duceret cruciatꝰ. Uidẽs daci-
anꝰ ꝙ cũ penis ſuꝑare nõ poſſ3: q̄ndã magũ accer
ſiuit. eiq3 dixit. Chriſtiani ſuis magicis artibꝰ tor-
mẽta ludificãt. ⁊ deorũ noſtrorũ ſacrificia paruipẽ-
dunt. Cui magus. Si artes eius ſuꝑare nequiue-
ro: capitis reus ero. Ipſe maleficijs ſuis inuectis.
et deorũ ſuorũ nominibus inuocatis: venenũ vino
immiſcuit. ⁊ ſancto georgio ſumẽdũ porrexit. Cõ-
tra qd̄ vir dei ſignũ crucis edidit: hauſtoq3 eo nl
leſionis ſenſit. Rurſum magus priore fortiꝰ vene
num immiſcuit. Qd̄ vir dei ſigno crucis edito. ſine
leſione aliqua totũ bibit. Quo viſo magus ſtatim
ad pedes eiꝰ cecidit: veniã lamẽtabil'r petijt. ⁊ ſ3

chriſtianū fieri poſtulauit. Quē mox iudex decol-
lari fecit. Sequēti die iuſſit georgiū poni in rota:
gladijs bis acutis vndiqꝫ circūſepta. Sed ſtatim
rota frāgit. ꝛ georgi⁹ illeſus penit⁹ inuenit. Tūc
irat⁹ iuſſit eū in ſartaginē plūbo liquefacto plenā
ꝓijci. Qui facto ſigno crucis in eā intrauit. ſed vir
tute dei cepit in ea quaſi in balneo refoueri. Qđ
vidēs dacian⁹ cogitauit eū emollire blandicijs:
quē minis ſupare nō poterat vl' tormētis. Dixitqꝫ
illi. Uides fili georgi quāte māſuetudinis ſunt dij
nr̄i: q te blaſphemū tam paciēter ſuſtinēt. parati
nichilomin⁹ ſi cōuerti volueris indulgere. Age er
go dilectiſſime fili qđ hortor: vt ſupſtitione relicta
dijs nr̄is ſacrifices: vt magnos ab ipſis ꝛ a nobis
cōſequaris honores. Cui georgi⁹ ſubridēs ait. Ut
q̄d a principio nō magis michi pſuaſiſti blandis
ſermonib⁹ ꝙ tormētis. Ecce parat⁹ ſum facere qđ
hortaris. Hac ꝓmiſſione dacian⁹ deluſus: let⁹ effi
cit. Juſſitqꝫ ſub voce p̄conis vt oēs ad ſe ꝯuenirēt.
et georgiū tādiu reluctātē: tandē credere ꝛ ſacrifi
care viderēt. Ornata igit tota ciuitate p̄ gaudio
cū georgius idoloꝝ tēplū ſacrificatur⁹ intraret: ꝛ
oēs ibidē gaudētes aſtarēt flexis genib⁹ dn̄m ex
orauit: vt tēplū cū idolis ſic oīno deſtrueret qua-
tenus ad ſui laudē ꝛ ppl'i cōuerſionē: nichil de eo
penit⁹ remaneret. Statimqꝫ ignis de celo deſcen-
dens: tēplū cū dijs ꝛ ſacerdotib⁹ cōcremauit. ter-
raqꝫ ſe apiēs oēs eoꝝ reliq̄as deglutiuit. ¶ Hic ex
clamat ambro. in p̄fatiōe dicēs. Georgi⁹ fideliſſi-
mus miles xp̄i. dū xp̄ianitatis ꝓfeſſio ſilēcio tege-
ret. ſol⁹ inter ꝗpicolas intrepid⁹ dei filiū eſt cōfeſ
ſus. Cui ꝛ tantā cōſtantiā grā diuina cōceſſit: vt ꝛ
tirānice ptātis p̄cepta contēneret. ꝛ innūerabiliū
nō formidaret tormēta penaꝝ. O felix ꝛ inclitus
dn̄i p̄liator: quē nō ſolū ꝗpalis regni blanda nō p
ſuaſit ꝓmiſſio: ſed pſecutore deluſo ſimulacroꝝ ei⁹
portēta in abyſſum deiecit. Hec ambro. Hoc audi-
ens dacian⁹ georgiū ad ſe adduci fecit: eiqꝫ dixit.
Que ſunt maleficia tua peſſime hoim: q tantū fa-
cin⁹ cōmiſiſti. Cui georgi⁹. Non credas me nō ſa
crificare: ſed mecū pge ꝛ iterū me immolare vide.
Cui ille. Jntelligo fraudē tuā: q: vis me facere ab
ſorberi: ſicut tēplū ꝛ deos meos abſorberi feciſti.
Cui georgius. Dic michi miſer: dij tui q ſe iuuare
nō potuerūt quō te iuuabūt. Jrat⁹ rex nimis: di-
xit alexādrie vxori ſue. Deficiēs moriar: q: ab hoc
hoīe me ſupatū cerno. Cui illa. Tirāne crudel' ꝛ
carnifex: nunq̄d nō dixi tibi ſepi⁹ ne xp̄ianis mo-
leſtus eſſes: q: de⁹ eoꝝ ꝓ ipſis pugnaret. ꝛ nunc
ſcias me velle fieri chriſtianā. Stupefact⁹ rex ait.
Heu ꝓch dolor: nunq̄d ꝛ tu ſeducta es. Fecitqꝫ eā
p capillos ſuſpēdi. ꝛ flagellis duriſſime cedi. Que
dū cederet: dixit georgio. Georgi lumē veritatis:
quo putas pueniā: nondū aqua baptiſmi renata.
Cui georgi⁹. Nichil heſites filia: q: ſanguinis tui
effuſio baptiſm⁹ tibi reputabit ꝛ corona. Tūc illa
orās ad dn̄m emiſit ſpiritū. Huic atteſtat ambro.
in p̄fatione dicēs. Ob hoc ꝛ gentiū regina ipſarū
crudeli a viro dictata ſnīa. nondū baptiſmi grām
cōſecuta. glioſe paſſionis meruit palmā. Un̄ nec
dubitare poſſum⁹ ꝙ roſea pfuſa ſanguinis vnda
reſeratas poli ianuas igredi meruit. regnūqꝫ poſ
ſidere celoꝝ. Hec ambro. ¶ Sequenti vero
die georgi⁹ talem accepit ſnīaꝫ: vt p totā ciuitatē
traheret. poſtmodū capite puniret. Orauit autē
ad dn̄m: vt q̄cunqꝫ ei⁹ imploraret auxiliū: petitio-
nis ſue conſeq̄retur effectū. Diuina aūt vox ad eū
venit: ꝙ ſic fieret vt orauit. Cōpleta orōne capitis
abſciſione martiriū conſummauit ſub dyocleciano
ꝛ maximiano: q ceperūt circa annū dn̄i. cclxxxvij.
¶ Dacianus aūt cū de loco in quo decollat⁹ eſt ad
palaciū rediret: ignis de celo cecidit: ꝛ ipm̄ cū mi-
niſtris ſuis cōſumpſit. ¶ Refert grego. turoneñ. ꝙ
cū quidā quaſdā reliq̄as ſancti georgij deferrēt. ꝛ
in quodā oratorio hoſpitati fuiſſent: mane nulla-
ten⁹ capſam mouere potuerūt: donec ibidē reliq̄-
arū particulā dimiſerūt. ¶ Legit in hiſtoria anti
ochena ꝙ cū xp̄iani ad obſedendū hieruſalē pge-
rēt quidā iuuenis ſpecioſiſſim⁹ cuidā ſacerdoti ap
paruit: qui ſanctū georgiū ducē xp̄ianoꝝ eſſe ſe di
cens. monuit vt ei⁹ reliquias ſecū in hieruſalē de
portarēt: ꝛ ipſe cū eis eſſet. Cū aūt hieruſalē obſe
diſſent. ꝛ ſaracenis reſiſtētib⁹ p ſcalas aſcēdere nō
auderēt. beat⁹ georgius armis albis indutus. et
cruce rubea inſignit⁹ apparuit: innuēs vt poſt ſe
ſecuri aſcenderēt ꝛ ciuitatem obtinerent. Qui ex
hoc animati ciuitatem ceperunt: ꝛ ſaracenos occi
derunt.

## De ſancto marco euāgeliſta. lviij. A

Marcus interp̄tatur ſublimis mādato. cer-
tus. declinat⁹. ꝛ amarus. Sublimis mā-
dato rōne pfectionis in vita. q: nō ſolum
ſeruauit mādata cōmunia ſed etiā ſublimia: ſicut
ſunt conſilia. Cert⁹ rōne certitudinis in doctrina
q: doctrinā euāgelij ſui certā tradidit. vtpote quā
a petro magiſtro ſuo didicit. Declinatus rōne ꝓ-
funde humilitatis. Nam propter nimiā humilita-
tem pollicem ſibi amputaſſe dicit: vt ſacerdotio re
probus haberetur. Amarus rōne acerbitatis pene.
q: vbiqꝫ p ciuitatē tract⁹ fuit ꝛ inter hec tormēta

ſpiritum tradidit. Uel marcus dicitur a marco qđ
eſt malleus maior qui quidem eodem ictu ferrū
domat. melodiā generat. incudē firmat. ſic marc⁹
vnica doctrina ſui euangelij domat hereticoꝝ ꝑ-
fidiā. dilatat laudē diuinā. cōfirmat eccl'iam B



Marcus euāgeliſta leuitic⁹ genere ꝛ ſacer
dos petri apl'i in baptiſmate filius. atq̧
in diuino ſermone diſcipulus cū ipo bea
to petro romā ꝓfect⁹ eſt. Cū aūt petr⁹ ibidē euā
geliū ꝑdicaret: rogauerūt fideles q̄ erāt rome be
atū marcū vt euāgeliū ad ꝑpetuā fideliū memo-
riā deberet ꝯſcribere. Qđ ille quidē vt ex ore ma
giſtri ſui beati petri audierat. fideli ſtilo conſcri-
pſit. Petr⁹ aūt illud diligēter examinās vbi omī
veritate plenū cōſpexit: recipiendū ab oīb⁹ fi-
delibus cōprobauit. Uidens aūt petr⁹ marcū con
ſtantē in fide: ipm aquilegiā deſtinauit. Ubi ver-
bum dei ꝑdicās: innūeras gentiū mlt'itudines ad
fidē xp̄i cōuertit: ac euāgeliū ſuū ſil'r ibidē cōſcri-
pſiſſe dicit̄: qđ quidē vſq̧ hodie in aquilegiēſi ec-
cleſia oſtenditur: ꝛ deuotiōe cōgrua reſeruatur.
Tandem beat⁹ marcus aq̄legiēſem ciuem ſcꝫ er-
magorā quē ad fidē xp̄i cōuertit: romā ad beatū
petrū adduxit: vt eū in aquilegie ep̄m cōſecraret
Suſcepto itaq̧ ermagoras pōtificat⁹ officio cum
aquilegienſem eccleſiā optime gubernaſſet. tan-
dem ab infidelib⁹ capit̄ ꝛ ibidē martirio coronat̄.
Marcus vero a beato petro alexandriā miſſus
eſt: ꝛ ibi prim⁹ verbū dei ꝑdicauit. In primo autē
introitu ſuo alexandriā vt ait philo. diſertiſſimus

iudeorū. maxima multitudo in fide ꝛ deuotione
ꝛ cōtinentie obſeruatione adunata eſt. Papias
quoq̧ hieropolitan⁹ ep̄s: valde ꝑclara ei⁹ ꝑconia
ꝑcipuo dilucidat ſtilo. Petr⁹ vero damiani ſic ait
de eo. Tantā eidē deus apud alexandriā grāz ꝓ
rogauit. vt oēs q̄ tunc ad fidei rudimēta cōflue-
rent: mox ꝑ cōtinentiam ac totius ſancte cōuerſa-
tionis inſtantiā tanq̄ ad monaſtice ꝑfectionis fa
ſtigiū ꝑuolarēt ad qđ nō ſolū miraculoꝝ ꝓdigijs
nō ſoluꝫ ꝑdicationis eloquijs ſed etiā eximijs ꝓ-
uocabat exēplis. Et infra. Factū eſt autē vt poſt
mortē ad italiam deinde ſit reuerſus: vt terra in
qua datum eſt ſibi euangeliū ſcribere ſacras me-
reatur ei⁹ reliquias poſſidere. Beata es o alex-
andria triūphali hoc ſanguine purpurata. felix ꝛ
tu italia corpis hui⁹ theſauro diues effecta. ¶
Tante autē humilitatis dicit̄ fuiſſe: vt pollicē ſi-
bi amputauerit ne ad ordinē ſacerdotij poſſꝫ hu
mano iudicio ꝓmoueri. Ueruntamē diſpoſitio dei
ꝛ autoritas ſācti petri ꝑualuit q̄ ipm alexandrie
ep̄m deſtinauit. Mox aūt vt alexandriā eſt ingreſ
ſus: ſubito calciamentū ei⁹ ruptū eſt atq̧ ſolutū:
qđ in ſpū intelligēs ait. Uere expeditū fecit dn̄s
iter meū nec me ſathanas impedire poterit quem
ab operibus mortuis dn̄s iam abſoluit. Uidēs autē
marc⁹ quendā vetera conſuentē eidē calciamēta
tradidit corrigendū. Qđ cū faceret ſiniſtrā manū
grauiter vulnerauit. ac fortiter exclamare cepit.
Unus deus. Quo audito vir dei ait. Uere ꝓſperū
fecit dn̄s iter meū. Factoq̧ luto ex ſputo manū ei⁹
vnxit. ꝛ cōtinuo ſanitatē recepit. Uidēs homo ille
tantā ei⁹ efficaciā in domū ſuam illum introduxit
ꝛ qs eſſet vel vnde ꝑcunctari cepit. At ille ſe dn̄i
iheſu xp̄i ſeruū cōfeſſus eſt. Cui ille ait. Uellē ego
videre eum. Et marcus. Ego eū tibi monſtrabo.
Incipienſq̧ marcus xp̄m ei euāgelizauit ꝛ ipſum
cū tota domo ſua baptizauit. Audiētes autē viri
ciuitatis illi⁹ quendā galileū qui deoꝝ ſacrificia
contēneret aduenīſſe: ei inſidias poſuerūt. Quod
ille cognoſcēs: hominē illū quē curauerat qui di-
cebatur anian⁹ ibidē ep̄m ordinauit. ꝛ ipſe penta
polim perrexit. Et cū ibidem duob⁹ annis ſteti ſſꝫ
iterū alexādriā rediit qui ꝛ iuxta mare in rupib⁹
eccleſiā cōſtruxerāt in loco qui dicit̄ bucculi. ꝛ fi-
deles ibidē multiplicatos inuenit. Pōtificēs aūt
temploꝝ eum cōprehēdere conabātur. Cū autem
in ſolennitate paſcali beatus marcus miſſaꝫ cele-
braret: cōuenerunt illuc oēs: ꝛ fune in collo eius
miſſo ipm ꝑ ciuitatē trahebāt dicētes. Trahamꝰ
bubalū ad locū bucculi. Carnes autē ei⁹ in terrā

fluebant. ⁊ ſanguine lapides rigebantur. Poſt hoc in carcere recluditur: ⁊ ibidem ab angelo cõfortat͛. Sꝫ ⁊ ipſe dñs ihesus xp̄s eū viſitauit. eūq̨ cõfortauit dicēs. Pax tibi marce euāgeliſta meꝰ. noli timere: qꝛ ego tecū ſum vt eruam te. Mane ergo facto funē iterū collo eiꝰ immittūt: ⁊ huc illucq̨ raptum eū ptrahūt exclamātes. Trahite bubalū ad loca bucculi. Ipſe aūt dū traheret͛ grãs agebat dicēs. In manꝰ tuas cõmendo ſpūm meū. Et hoc dicēs ſpūm exalauit ſub nerone: qui cepit circa annū dñi. lvij. Cū aūt pagani eū vellent comburere: ſubito aer turbat͛. grando exorit͛. tonitrua intonāt. fulguraq̨ coruſcāt. ita vt quilibet euadere niteret͛ ⁊ ſanctū corpꝰ ibidē intactū reliquerūt. Xp̄iani vero corpꝰ eius rapuerūt: ⁊ in eccl'ia cum omni reuerētia ſepelierūt. ¶ Fuit autē forma beati marci hmõi. Longo naſu. ſubducto ſupercilio. pulcris oculis. recaluaſter. prolixa barba. habitudinis optime. etatis medie. canis aſperſus. affectione cõtinēs. grã dei plenꝰ. Beatus autē ambro. de eo ſic ait. Cū beatꝰ marcꝰ innūeris coruſcaret miraculis: cõtigit vt ſutor cui calciamentū tradiderat corrigendū: ſiniſtrā ſibi in eiꝰ labore ꝑfūderet manum. Dicēs inflicto vulnere vnꝰ deus clamauit. Dei famulus audiēs letus affuit. lutū ex ſputo factū accepit: eiuſq̨ manū inunxit ſanãq̨ ilico reddidit: ⁊ labori tradidit. Illiꝰ nempe cuiꝰ p̄dicabat euangeliū ſil' imitat͛ miraculū. ceci videlicet a natiuitate illuminati a dño factū. Hec ambro. ¶ D Anno ab incarnatione dñi. cccc. lxviij. tpe leonis imperatoris. veneti corpꝰ ſancti marci de alexādria tranſtulerūt. vbi eccl'ia in honore ſancti marci mire pulcritudinis fabricata eſt. Quidā nanq̨ mercatores veneti qui alexandriā perrexerāt. duos p̄ſbiteros cuſtodes corpis ſancti marci p̄cibus ⁊ pmiſſionibus induxerūt: vt occulte corpus illud tolli pmitterēt: ⁊ venetias tranſportarēt. Verū cū corpus de tumulo leuaret͛: tantꝰ odor totā alexandriā ſic ꝑfudit: vt oēs vnde tanta ꝓdiret odoris ſuauitas mirarētur. ¶ Cū autē nauigarēt ⁊ qualr corpus ſancti marci deferrēt alijs nauibꝰ reuelaſſent. vnꝰ illoꝝ ait. Forſitā alicuiꝰ egiptij corpus vobis datum defertis. ⁊ ſancti marci corpus vos deferre putatis. Cõtinuo igit͛ nauis in qua erat corpꝰ ſancti marci ꝑ ſeipſam mira celeritate ſe vertit ⁊ in nauē in qua ille reſidebat inſurgēs: lateris partem fregit nõ priꝰ illā dimittēs: donec oēs ſe ibidem corpus eſſe beati marci credere acclamarēt. ¶ Cū quadā nocte naues curſu velociſſimo ducerētur. ⁊ naute tēpeſtate conquaſſati ⁊ tenebris obuoluti quo pgerent ignorarēt. ſanctus marcus cuidā monacho cuſtodi corpis ſui apparuit dicēs. Dic hõibus iſtis vt velociter vela deponāt qꝛ nõ longe a terra diſtāt. Quibꝰ depoſitis mane facto ſe iuxta quādā inſulā inuenerūt. Verū cū ꝑ littora diuerſa tranſirēt: ⁊ ſanctū theſaurū oībus occultarēt. venientes incole clamabāt. O q̄ꝫ beati eſtis q̄ ſancti marci corpꝰ portatis. Sinite vt ipm̄ ſuppliciter adoremꝰ. ¶ Quidā nauta adhuc oīno incredulꝰ a demone arripit͛: ⁊ tādiu vexat͛ donec ad corpꝰ ſancti adducꝰ ſe credere ꝯfitetur. Qui liberatus gloriā deo dedit. ⁊ beatū marcū in deuotione magna deinceps habuit. ¶ Quodā tpe dum corpus ſancti marci intra quandā columnā de lapidibꝰ marmoreis factā paucis conſcijs eſſet repoſitū vt ibi cautiꝰ ſeruaret͛: cõtigit vt teſtibꝰ illis ex hac luce ſublatis nemo vbi nam ſanctus eſſet theſaurus poſſet cognoſcere: nec aliq̄bus indicijs inuenire. Fit ex hoc planctus in clericis. deſolatio ingens in laicis. meror imminet vniuerſis. Formidabat ſiquidē plebs deuota: ne patronus tam inclitus furtiue fuiſſet ſublatꝰ. Idcoq̨ ieiunium ſolenne indicit͛. ꝓceſſio ſolennior ordinatur. Et ecce cunctis videtibꝰ ⁊ ſtupētibꝰ lapides a columna ꝓſiliūt: ⁊ archā vbi corpus eiꝰ latebat oībus euidenter oſtendunt. Mox deuotas laudes agūt creatori oīm: qui ſuū eis dignatꝰ eſt reuelare patronū. Sicq̨ dies illuſtrata tāti ꝓdigij glia ſingulis annis decurrētibꝰ poſteris fit feſtiua.

¶ Iuuenis quidā cancri morbo in mamilla vermibus corrodētibꝰ cruciatus: cepit beati marci ſuffragia mente implorare deuota: ⁊ ecce ſibi dormiēti quidā pegrino habitu inſignitꝰ apparuit. q̄ gradu cõcito aliquo pgere videbat͛: q̄ ab eo interrogatꝰ q̄s eſſet ⁊ quo tā velociter feſtinaret: marcum ſe eſſe aſſeruit q̄ tam velociter pgeret ⁊ cuidam naui ſe inuocāti piculo ſubueniret. extēſaq̨ manu īfirmū tetigit: q̄ mane euigilās penitꝰ ſe ſanatū ſenſit. Pꝰ modicū nauis illa portū venetiaꝝ intrauit. narrās ⁊ ſuū piculū ⁊ marci adiutoriū. Pro vtriuſq̨ igitur bñficio deo graꝝ actio exoluitur. ⁊ in ſancto ſuo marco deus mirabil' p̄dicat͛.

¶ Dum quidā mercatores veneti ſupra quandā nauem ſaracenoꝝ alexandriā pgerēt: ⁊ imminēs piculū euidētes viderēt: mox ſup ſcaphā aſcēdūt: ⁊ funē p̄cidunt. Statimq̨ nauis illa fluctuū inundatione perijt. ⁊ vniuerſos ſaracenos vnda forax inuoluit. Vnus aūt ex eis beatū marcū inuocās: votū quo potuit ſe aſtrinxit: q̄ ſi ſuū ſibi cõferret auxiliū ⁊ ſacrū baptiſma ſuſcipet. ⁊ ipſiꝰ limina

viſitaret. Mox ſibi vir ſplendidus quidam apparuit qui ereptū de fluctibꝰ in ſcapha cū ceteris collocauit. Ille aūt alexandriā veniēs. ſed liberatori ſuo ingratꝰ exiſtēs: nec ſancti marci feſtinat ad limina. nec nr̄e fidei ſuſcipit ſacramēta. Cui denuo marcus apparuit. ⁊ ipm̄ de ſua ingratitudine increpauit. Rediens igit̄ ad ſe venetias venit: ⁊ ibidem ſacro baptiſmatis fonte renatꝰ. ⁊ marcus appellatꝰ. ⁊ in xp̄m ꝑfecte credidit. ⁊ in bonis opibꝰ vitam finiuit. Vir quidā dū in ſūmitate campanilis ſancti marci de venetijs quoddā opus exerceret. ſubito cadit improuide mēbratim toto corpore laniatus. In ipſo tn̄ caſu ſuo ſancti marci nō immemor eiꝰ patrociniū implorauit. Qui cadēs ex inſperato cuidaꝫ ligno ꝓminēti ſubſiſtit. ⁊ dato fune illeſus euaſit. ⁊ ad opus priſtinū conſummandū deuotꝰ aſſurgit. Quidā cuiuſdā nobilis ꝓuincialis tpal̄r ſeruꝰ dum voto aſtrictꝰ corpus ſancti marci viſitare vellet: ſed a dn̄o ſuo licētiaꝫ obtinere non poſſet: tandē timorē carnalis dn̄i timori celeſtis poſtpoſuit. ⁊ in ſalutato dn̄o ad ſanctū viſitandū deuotus acceſſit. Qđ dn̄s egreferēs ipm̄ reuerſum exoculari mandauit. Fauēt quātocius crudeli dn̄o crudeliores ſatellites. ⁊ dei famulū ſanctū marcū inuocātem ad terrā proijciūt et acutos palos oculis effodiēdis apponūt. Sed nichil paloꝝ ꝓficiebāt conamine: qꝛ in ſe tabeſcebant ſubita fractione. Iubet igitur vt ſecuribꝰ crura frangāt̄ ⁊ pedes ꝑcidātur: ſꝫ indomabile ferrū ſecuriū ꝓtinꝰ molleſcit in plumbū. Iubet malleis ferreis os ⁊ dentes contūdi ſed ferrū ſue virtutis obliuiſcit̄. ⁊ dei potētia hebetat̄. Qđ dn̄s videns ⁊ ſtupēs veniā petijt: ⁊ cuꝫ ſeruo ſepulcrū ſancti marci deuotiōe ſedula viſitauit. Miles quidā in ꝓlio ſic vulneratꝰ in brachio vt manꝰ a brachio depēderet adeo vt ipam ꝑſcidendā medici ⁊ amici conſulerēt. Ille vero erubeſcēs fieri mancꝰ qui conſueuit hr̄i tam probus: manū in locū ſuū reſtitutū pannis ſiue medicamētis ligari fecit. Inuocauit igit̄ beati marci ſuffragia. ⁊ manꝰ continuo fuit ſanitati priſtine reſtituta. ſola tn̄ cicatrix remanſit: ⁊ in tanti miraculi teſtimoniū. ⁊ in talis bn̄ficij munimētū. Vir quidā de ciuitate mantue falſo ab inuidis accuſatꝰ: in carcerē eſt recluſus. Qui cū. xl. dies ꝑegiſſet ibidē ⁊ nimio afficeretur tedio: tandē triduano ieiunio ſe macerans beati marci patrocinium inuocauit. Qui ſibi apparēs: iubet vt de carcere ſecurus abſcedat. Ille vero dormitās pre tedio neglexit parere iuſſionibus ſancti. exiſtimās illuſionibꝰ ſe deludi. Deinde ſcđo ⁊ tandē tercio ſibi apparuit: ⁊ eadē ſilr̄ imperauit. Qui ad ſe rediēs: ⁊ hoſtiū aptū conſpiciēs: de carcere ſecurꝰ exijt. ⁊ inſtar ſtupe cōpedes mox confregit. Ibat igitur die media ꝑ mediū cuſtodū ceteroꝛūqꝫ omniū: ita qꝛ ipſe cūctos vidēs a nemine videret̄. Qui veniēs ad ſancti marci tumulum exoluit deuote debitū grāꝝ. Cū totam apuliā ſterilitas magna inuaderet. nec terrā illam benedictionis pluuia irrigaret. reuelatū eſt qꝛ tali plaga ꝑcuteret̄. eo qꝛ ibi ſancti marci feſtiuitas nō coleretur. Dum igitur ſanctū marcū inuocarēt ⁊ feſtum eius feſtiue ſe celebraturos ꝓmitterēt. ſterilitatē ab eis marcꝰ depulit. ⁊ inſuꝑ abundantiaꝫ miniſtrauit. dans eis ſalubrē aerē ⁊ pluuiā cōgruentē. Circa annū dn̄i. M. cc. xli. apud papiam in conuētu ordinis fratrū ꝑdicatoꝝ: fuit quidā frater religioſe ac ſancte vite nomīe iulianꝰ natione fauētinꝰ iuuenis corꝑe: ſed canus mēte. q̄ infirmitate vltima elaborās cū priorē domꝰ ſuꝑ ſtatu ſuo reqſiuiſſet: ⁊ ille mortē vicinā ſibi imminere diceret: ſtatim facie exhilaratꝰ ⁊ manibus ac toto corpore applaudēs clamare cepit. Date locū fr̄es qꝛ pre nimia leticie abundantia aīa iam ꝓſiliet extra corpus: ex eo qꝛ iam iocūdos rumores audiuī. Et eleuatis in celū manibꝰ dicere cepit. Educ de carcere animā meā ⁊c. Infelix ego homo: qs me liberabit đ corꝑe mortis huiꝰ? Inter hec ille leuī ſomno obdormiēs: vidit beatū marcū ad ſe veniſſe. ⁊ ſe iuxta eiꝰ lectū collocaſſe. et ecce vox ad euꝫ dicēs. Quid ibi agis o marce? Et ille. Ad morientem acceſſi iſtum: quia deo eius miniſterium eſt acceptum. Et iterū vox ad eum. Quare inter ceteros ſanctos ad eum maxime tu veniſti? Et ille. Quia in me ſpālem deuotionē habuit. ⁊ locuꝫ vbi corpus meū quieſcit deuotione ſedula viſitauit. ⁊ ideo veni eum in hora ſui mortis viſitare. Et ecce quidā albati totā domū impleuerūt. Quibꝰ ait marcꝰ. Quare huc veniſtis? Et illi. Vt iſtiꝰ aīam in conſpectu dn̄i pn̄temꝰ. Euigilās aūt ꝑdictꝰ frater: pro priore domꝰ a quo ego iſta audiui ꝯtinuo miſit: ⁊ oīa q̄ viderat ſibi recitās: cū multo gaudio in dn̄o feliciter obdormiuit.

## De ſancto marcellino papa lviii A

Marcellinus annis. ix. ⁊ menſibus. iiij. romanā eccl̄iam rexit. Hic iuſſu diocleciani ⁊ maximiani capitur. ⁊ ad ſacrificandū adducitur. Cū aūt nō aſſentiret. ⁊ ex hoc diuerſorum tormētoꝝ genera ſuſtinere deberet. metu paſſionis duo grana incenſi in ſacrificio poſuit. Tūc magna adeſt infideliū leticia: ſed fideles ingens

# De ſanctis marcellino et vitali.



ducens et ſoluens. ipſm cum petro in domo arthemij reſtituit. et vt ſeptẽ diebus populũ confortarent. et poſtea ſe iudici preſentarent precepit. Cũ ergo predictus iudex eos in carcere nõ inueniſſet acceſitum arthemiũ et ſacrificare nolentẽ in terra cum vxore ſua obrui iuſſit. Qδ ſancti marcellinus et petrus audiẽtes illuc venerũt. et in illa cripta ſeptẽ diebus ſanctus marcellinus xpianis ſe protegentibus miſſaꝝ celebrauit. Dixerũtq; ſancti ad incredulos. Ecce arthemiũ potuiſſemus liberare et nos abſcõdere. ſed neutrũ voluimus facere. Tũc irati gentiles arthemiũ gladio necauerũt. matrẽ vero cũ filia lapidibus obruerunt. marcellinũ aũt et petrũ ad ſiluam nigraꝫ que nunc cãdida ꝓpter coꝝ martiriũ vocaꝶ decollarũt. tẽpore diocleciani qui cepit anno dñi. cclxxxvij. Quorũ aĩas veſtibus ſplẽdidis et gẽmis indutas ab angelis in celũ deferri ſpiculator nomĩe dorotheus vidit. Unde et xpianus effectus poſtmodũ in pace quieuit.

## De ſanctis primo et feliciano. lxxv A



P Rimus quaſi ſummus ⁊ magnus. felicianꝰ quaſi felix anus. ideſt felix ſenex. Ille eniꝫ dicitꝰ ſummꝰ ſiue magnus dignitate ꝓpter martirij perpeſſionẽ. poteſtate ꝓpter miraculoꝝ opationẽ. ſanctitate ꝓpter vite perfectionẽ. felicitate ꝓpter glorioſam fruitionẽ. Iſte aũt dicitꝰ ſenex non tm̃ propter tpis antiquitatẽ. ſed etiã propter reuerẽtie dignitatẽ. propter ſapientie maturitatẽ. et propter morũ grauitatem.

P Rimus et felicianus apud dyoclecianum et maximianũ a tẽplorũ pontificibus accuſanꝶ. ꝙ niſi eos ſacrificare fecerint. nulla a dijs beneficia obtinere valebũt. Iuſſu igiꝶ impatorũ in carcere recludunꝶ. ſed ab angelo viſitantur et a vinculis quibꝰ erant ligati abſoluunꝶ. et liberi in carcere deambulãtes dñm clara voce collaudabant. Poſtmodũ iterũ impatoribus p̃ſentanꝶ. Qui cũ in fide firmi perſiſterent crudeliter laniati abinuicẽ ſeparanꝶ. Dicitq; preſes feliciano vt ſue ſenectuti cõſuleret et dijs ĩmolaret. Cui felicianus Ecce iam octoginta ãnos habeo et. xxx. anni ſunt exquo veritatẽ agnoui et elegi deo viuere qui me poteſt de tuis manibus liberare. Tũc iuſſit preſes eũ ligari. et clauos in manibus et pedibus affigi. eiq; dixit. Tamdiu ſic eris donec nobis cõſenſeris Qui dũ leto vultu pſiſteret. eũ ibidẽ torqueri iuſſit. et nichil penitꝰ miniſtrari. Poſt hoc ſanctũ primum adduci fecit. eiq; dixit. Ecce frater tuus imperatorũ decretis cõſenſit. et obhoc magnus in palacio veneraꝶ. Tu ergo ſimiliter age. Cui ille. Licet dyaboli filius ſis verum tñ in pte dixiſti. qa frater meus impatoris celeſtis decreto cõſenſit. Tunc iratus p̃ſes iuſſit facibus latera eius incẽdi. et plũbũ buliens in os eius infundi. cernẽte feliciano. vt ſic terreri poſſꝫ. Ipſe aũt plumbũ tanq̃ frigidã aquã ſuauiter bibit. Tunc p̃ſes iratus duos leones ad eos mitti p̃cepit. Qui ſtatiꝫ ad pedes coꝝ ſe ꝓiecerunt. et tanq̃ agni manſueti corã eis ſteterũt. Rurſus vrſas crudeles dimittit. et cũ leonibus manſueſcunt. Aderant ad hoc ſpectaculũ pluſq̃. xij. milia viroꝝ de quibus. d. viri in dño crediderũt. Preſes autẽ ſanctos fecit decollari. et coꝝ corpora canibꝰ et auibus ꝓijci. Sed tamẽ ab his illeſa a xpianis honorifice ſunt ſepulta. Paſſi ſunt aũt circa ãnos domini. cclxxxvij.

## De ſancto barnaba lxxvi A

B Arnabas interpretaꝶ filius veniẽtis vł filius cõſolatiõis. aut filius ꝓphete. aut filiꝰ cõcludens. Quatuor vicibus ponitur filius ꝓpter quatuor modos filiatiõis ipſius. Dicitur eniꝫ filius in ſcriptura rõne generatiõis. eruditionis. imitationis. et adoptiõis. Fuit eñ a xpo regenaratus p baptiſmũ. eruditus p euangeliũ. ipꝫ imitatꝰ per martiriũ. et ab ipſo adoptatus p celeſte p̃miũ Et hoc quantũ ad ſe. Quantum vero ad alios fuit aduenies conſolans. ꝓphetans. et cõcludens. Adueniens diſcurrẽdo. et p̃dicando vbiq;. qδ patet. quia fuit ſocius pauli. Cõſolans paupes et deſolatos. paupes. quibus elemoſinã detulit. deſolatos

# ¶ De ſancto Barnaba

quibus ex ꝑte apl'oꝝ epl'as deſtinauit. Prophetās. q; ꝓphecie ſpū claruit. Cōcludēs q; magnam multitudinē in fide cōcluſit ⁊ adunauit. ſicut patꝫ cum miſſus fuit in anthiochiā. De his quatuor act. xi. Erat vir. ideſt virilis quantū ad primū. bonus quantū ad ſcdm. plenus ſpūſancto quantū ad terciū. et fidelis quantū ad quartū. eius paſſionē cōpilauit iohānes q̄ et marcus eius cōſobrinꝰ. et maxime a viſione ipiꝰ iohānis vſqꝫ fere in finē. Quā beda de greco in latinū credit tranſtuliſſe. B



Barnabas leuites cyprus genere vnus de lxxij. diſcipulis dñi. ab hiſtoria actuū in multis extollit. et laudat. Fuit nanqꝫ optime informatus et ordinatus. et hoc quantū ad ſe. et quantum ad deū. et quantū ad proximū. Quantū ad ſe ordinatus extitit. ſcdm tres vires. ſcꝫ rōnalem cōcupiſcibilē et iraſcibilē. Habuit nanqꝫ rōnalem illuſtratā lumine cognitionis. Unde dicitur act. xiij. Erant aūt in eccl'ia q̄ eſt anthiochie ꝓphete et doctores in quibus barnabas et ſymon ⁊c. Scdo habuit cōcupiſcibilē purgatā a puluere mūdane affectiōis. Unde dicit act. iiij. ꝙ ioſeph qui cognominatus eſt barnabas. cū haberet agrū vēdidit illū et preciū attulit. et poſuit ad pedes apl'oꝝ. Ubi dicit glo. Deſtituendū ꝓbat qd tangere deuitat. et docet calcandū eſſe aurū qd ſubdit greſſibus apoſtoloꝝ. Tercio habuit iraſcibilē roboratā magnitudie ꝓbitatis. et hoc vel viriliter aggrediēdo ardua. vel ꝑſeuerāter agēdo fortia. vel conſtanter ſuſtinendo aduerſa. Uiriliter aggrediendo ardua ſicut patet in hoc ꝙ illam maximā ciuitatē anthiochiam ad cōuertendū accepit. ſicut patet etiā act. ix. quia cū poſt cōuerſionē paulus hieroſolimā veniſſet. et diſcipulis ſe iūgere vellet. et hoēs eū tanqꝫ lupū agni fugerēt. barnabas ipm audacter apphēdit. et ad apl'os duxit. Perſeuerāter opando fortia. quia corpus ſuū macerauit. et ieiunijs afflixit Uñ dicit act. xiij. de barnaba et qbuſdā alijs. Miniſtrātibꝰ aūt illis dño ⁊ ieiunātibus ⁊c. Cōſtāter ſufferēdo aduerſa. ſicut apoſtoli ꝑhibēt ei teſtimoniū dicētes. Cū cariſſimis nr̄is barnaba et paulo hominibus qui tradiderūt animas ſuas ꝓ nomine dñi noſtri iheſu xpi. Scdo fuit ordinatus quantū ad deū deferēdo dei auctoritati. maieſtati. et bonitati. Auctoritati qd patet ex hoc ꝙ officiū p̄dicationis ſibi nō vſurpauit. ſed hoc ex auctoritate dei accipe voluit. ſicut habet act. xiij. Dixit ſpūſanctꝰ Segregate michi barnabā et paulū in opꝰ ad qd aſſumpſi eos. Scdo dei maieſtati. Cū eñ ſicut habetur act. xiiij. maieſtatē diuinā ſibi quidā vellent attribuere: et ei tanqꝫ deo hoſtias immolare vocātes eū iouē tanqꝫ priorē. et paulū mercuriū tanqꝫ prudentē et eloquentē continuo barnabas et paulus cōſciſſis tunicis clamauerunt. Uiri qd facitis? Et nos mortales ſumꝰ ſimiles vobis hoīes annūciātes vobis ab his vanis dijs ꝯuerti ad deū viuū Tercio dei bonitati. Nam ſicut habet act. xv. cum bonitatē gratie dei qua gratis et nō ex lege ſumꝰ ſaluati. quidā ꝯuerſi de iudeis artare et diminuere vellēt. aſſerētes hoc ſine circumciſione nequaqꝫ ſufficere. paulus et barnabas ꝯtra eos viriliter reſtiterūt. et ſolaꝫ bonitatē gratie dei ſine lege ſufficere oñderunt. Inſup et queſtionē ad apl'os detulerunt ⁊ cōtra illoꝝ errorē apoſtoloꝝ epl'as impetrauerūt. ¶ Tercio fuit optime ordinatꝰ quātum ad proximū quia gregē ſuū pauit verbo exēplo et beneficio. Uerbo q; verbū dei ſolicite euāgelizauit. Ubi dicitur act. xv. Paulus ⁊ barnabas demorebant anthiochie docētes et euāgelizātes cum alijs pluribus verbū dñi. Hoc etiā patet per illā maximā multitudinē quā anthiochie cōuertit adeo vt ibi primo vocarent diſcipuli xpiani. Scdo exemplo. q; vita ſua fuit oībus ſpeculū ſanitatis. et exēplar religionis. Fuit eñ in omni ſuo ope virilis et ſtrēnuus oīm moꝝ bonitate cōſpicuus oī gratia ſpūſancti plenꝰ et oī virtute et fide preclarus. De his quatuor habet act. xv. Miſerūt barnabā anthiochiā. Et ſequit. Hortabat oēs ꝓpoſito cordis ꝑmanere in dño. quia erat vir bonꝰ plenus ſpūſancto et fide. Tercio beneficio et hoc du-

plicirer. Eſt eñi duplex beneficium ſiue elemoſina.
ſcȝ tpalis q̄ cōſiſtit in neceſſarioꝝ ſubminiſtratione
Primā habuit beat⁹ barnabas. qñ elemoſinā fra-
tribus q̄ erant in hieruſalē detulit. Nā ſicut dicitur
act. xi. cū facta eſſet fames maxia ſub claudio ſcđm
qđ ꝓpheraucrat agabus. diſcipuli ꝓut quiſq̄ ha-
bebat. ꝓpoſuerūt in miniſteriū mittere habitāti-
bus in iudea fratribus. Qđ et fecerūt mittētes ad
ſeniores p manus barnabe et pauli. Scđaȝ habuit
quia iohāni q̄ cognomiabaꝛ marcus offenſaȝ dimi
ſit. Cuȝ eñi p̄dictus diſcipulus barnabā et paulus
reliquiſſet. redeūti tamen et penitēti barnabas in
dulſit. et iterū in diſcipulū aſſumpſit. Paulus aūt
ipm iterū aſſumere ī diſcipulū rēnuit. et ideo iter
eos ſepatio facta fuit. Uterq̄ ei ex pia cauſa et in-
tentione fecit. Nā q̄ barnabas ipm aſſumpſit hoc
fecit ex dulcedine miſcđie. q̄ aūt paulus ipm aſſu-
mere noluit. hoc fecit ex feruoris rectitudie. Nam
ſicut ibidē dicit glo. act. xv. Quoniā in fronte faciei
ſe cōſtituēs nimis trepidus ſteterat. merito ipſum
paulus abiecit. ne illi⁹ quaſi cōtagione vires alioꝝ
corrūperētur. Illa aūt ſeparatio non eſt facta ex cō
motione viciȷ̄. ſed ex inſtinctu ſpūſſancti. vt ſcȝ ab
inuicē ſeparenꝛ et plurib⁹ p̄dicarent. ſicut et poſt-
modū factū eſt. ¶ D Nam cū eſſet barnabas in
yconio ciuitate p̄dicto iohāni eius cōſobrino vir q̄
dā ſplendidus in viſu apparuit dicēs. Johānes cō
ſtans eſto. qꝛ a modo nō iohānes ſȝ excelſus voca
beris. Qđ cū ille barnabe retuliſſet rñdit ei. Caue
diligenter ne cuiq̄ qđ vidiſti reueles. Nā et michi
ſimiliter dñs hac nocte apparuit dicēs. Conſtans
eſto barnaba. quia eterna p̄mia percipies. eo q̄ gē
tem tuā reliquiſti. et animā tuam pro meo nomīe
tradidiſti. Cū ergo paulus et barnabas diu in an-
tiochia predicaſſent. angelus quoq̄ dñi paulo ap-
puit dicens. Feſtina venire hieruſalē qꝛ quidā fra-
tres aduentū tuū preſtolanꝛ ibidē. Cū ergo bar-
nabas cyprū vellet pgere ꝛ parētes ſuos inuiſere
paulus aūt hieruſalē ꝓperare vellet. ſancto ſic iſti
gante ſpū ab inuicē diſceſſerunt. Uerū cum paulus
barnabe qđ ſibi dixerat angelus indicaſſet. reſpō-
dit barnabas. Fiat volūtas dñi. Nunc aūt cyprum
vado. et ibidē vitam finiēs. te amplius nō videbo
Et cū flens eius pedib⁹ ſe humiliter voluptaret cō
patiēs ei paulus dixit. Noli flere qꝛ ſic dñi eſt volū
tas. Nam ꝛ michi dñs in hac nocte apparuit dicēs
Ne prohibeas barnabā ire cyprum. quia multos
ibidē illuminabit ꝛ martiriū ꝯſummabit. Pergēs
igiꝛ barnabas cyprū cum iohāne euangeliū ſancti
mathei ſecū detulit. ꝛ ſuꝑ infirmos ponēs multos
dei virtute ſanauit. Cum aūt de cypro exiſſent in-
uenerunt elymā magū quē paulus lumine oculoꝝ
ad tp̄s priuauerat. Qui eis reſtitit ꝛ paulū intrare
ꝓhibuit. Die igiꝛ quadā vidit barnabas homines
et mulieres nudas currentes. et ſua feſta agentes
Unde indignatus tēplo maledixit et ſubito pars
eius corruēs multos oppſſit. Tandē ſalaminā de-
uenit. et ibidē cōtra eū p̄dictus magus ſeditionē
non modicā excitauit. Cōprehendentes igiꝛ iudei
barnabā multis affectū iniuriȷ̄s trahebāt. et iudici
ciuitatis puniendū tradere feſtinabāt. Comperto
aūt q̄ euſebius vir magnus et potens de genere
neronis illuc aduenisset. timuerūt iudei ne ipm de
manibus eoꝝ eriperet. et ſic liberū abire ꝑmitteret.
Ligantes igiꝛ funem in collo eius extra portā euȝ
traxerunt. et ibidē protinus cōbuſſerunt. Deniq̄
nec ſic ipſȷ̄ iudei ſaciati. oſſa eius ī quodā vaſe plū
beo recluſerūt. in mare eadē precipitare volētes
Johānes aūt diſcipl's eius cū duob⁹ aliȷ̄s de nocte
conſurgēs ea rapuit. et in quadā cripta occulte ſe-
pelliuit. Que ibidē vt ait ſigibert⁹ vſq̄ ad tēpora
zenonis imparoris. et gelaſȷ̄ pape. ꝛ vſq̄ ad annū
dñi. d. latuerūt. Sed tūc ipſo reuelāte repta fuerūt
Beatus aūt dorotheus ſic ait. Barnabas in roma
xp̄m primū p̄dicauit. ep̄s mediolanēſis factus.

## De ſctis vito et modeſto. lxxvii



Vitus dicitꝛ a vita. Diſtinguit aūt aug. in li.
de ciui. dei triplex genus vite. ſcȝ actuoſum
quod pertinet ad vitā actiuā. ocioſuȝ quod
pertinet ad ocium ſpūale vite contēplatiue. et ex

# De ſanctis vito et quirico.

vtroq; compoſitũ. Et iſtud triplex genus vite fuit in eo. vł vit⁹ quaſi virtus. ideſt virtuoſus. Modeſtus quaſi ſtãs in medio. hoc eſt in medio virtutis quãlibet eñ virtutẽ tanq̃ mediũ circunſtant duo vicia tanq̃ extrema. Nã extrema prudẽtie ſunt doloſitas et fatuitas. Extrema tẽperãtie deſideriorũ carnaliũ ĩpletio. et oĩmoda ſui afflictio. Extrema fortitudis puſillanimitas. et temeritas. Extrema iuſticie crudelitas et remiſſio. A

Vitus puer egregius et fidelis annoꝝ duodecim. in ſicilia martirium paſſus eſt. Hic a patre crebro verberaẗ. ex eo ꝙ ydola contẽnebat. nec ipa adorare volebat. Qđ audiẽs valerius ꝑfectus. puerũ accerſiuit. et ſacrificare nolẽtem. fuſtibus cedi iuſſit. Brachia autẽ verberãtiũ et manus ꝑfecti aruerũt. Clamauitq; ꝑfectus. Ve michi. quia manũ amiſi. Cui vitus. Accedãt dij tui et te ſanent ſi poſſunt. Cui ille. Nunq̇d et tu facere vales hoc? Cui vitus. In noĩe dei mei valeo. Statimq; pro eo orauit et ſanitatẽ ſibi obtinuit. Dixitq; prefectus patri. Corripe puerũ tuũ. ne male pereat. Tunc eũ in domũ ducens diuerſis muſicorũ generibus et puellarũ luſibus. aliarũq; deliciarũ generib⁹ immutare animũ pueri ſatagebat. Cum aũt eum in thalamũ incluſiſſet. mirabilis odoris fragrãtia inde exijt. q̃ patrẽ et totã familiã nimio odore ꝑfudit. Aſpiciẽſq; pater per hoſtiũ vidit. vij. angelos circa infantẽ ſtantes dixitq;: Dij venerũt in domũ meã. Statimq; cecatus eſt. Ad cuius clamorem. tota ciuitas lucana cõmota eſt. ita vt valerianus accurreret. et q̇d ſibi accidiſſet iterrogauit Cui ille. Deos vidi igneos et vultũ eoꝝ ferre non potui. Ad templũ igiẗ iouis deduciẗ. et ꝓ recuperatione luminis thaurũ cũ cornibus aureis pollicetur. Sed cũ nichil ꝓficeret filiũ pro ſanatiõe ſua rogauit. et lumen ſuis ꝑcibus recuperauit. Cũ aũt nec ſic crederet. ſed potius filium occidere cogitaret. angelus dñi modeſto pedagogo eius apparuit. et vt nauẽ cõſcendens puerũ ad aliã terrã deduceret impauit. Qđ cum feciſſet aquila eis ibidem cibum afferebat. Et multa ibidem mirabilia faciebãt. Interea filius dyocleciani impatoris a demone arripiẗ. et niſi vitus lucan⁹ veĩat ſe nunq̃ exire fateẗ. Vitus queriẗ et inuẽtus ad impatorẽ duciẗ. Cui dyoclacianus. Puer puerũ meũ ſanare vales Cui ille. Nõ ego ſed dñs. Statimq; ſup eũ manus ipoſuit. et ꝓtin⁹ ab eo demon aufugit. Et ait dyoclecian⁹. Puer cõſule tibi et dijs ſacrifica. ne mala morte intereas. Qđ cũ ille recuſaret. et in carcerẽ cũ modeſto miſſus fuiſſet. ſubito ferri moles q̃ eis erat impoſita cecidit. et carcer ĩmenſo lumine coruſcauit. Qđ cum impatori nunciatũ fuiſſet; eductus in clibanũ ardentẽ mittiẗ. ſed tñ illeſus egreditur. Tũc leo terribilis ad euz deuorandũ mittitur. ſed tamẽ ab eo fidei virtute placaẗ. Tandem ipſe cũ modeſto et creſcẽtia nutrice ſua que ſemꝑ eũ ſecuta fuerat in eculeũ ſuſpendi iubeẗ. Sed ſubito aer ꝑturbaẗ. terra cõcutiẗ. tonitrua mugiũt. ydolorum templa corruũt et multos occidũt. Imꝑator autem territus fugiens. pugnis ſe ꝑcutiebat dicens. Ve michi ꝙ ab vno puero vict⁹ ſum. Illi aũt ſab angelo cõtinuo ſoluti. iuxta quoddã flumẽ ſe inuenerũt et ibidẽ pauſantes ⁊ orãtes. aĩas dño reddiderũt Quorum corpora ab aquilis cuſtodita. florencia illuſtris matrona. ſancto vito reuelãte repit. et ea accipiens honorifice ſepeliuit. Paſſi ſunt autẽ ſub dyocleciano. qui cepit circa annos dñi. cclxxxvij.

## De ſanctis quirico et iulita. lxxvij



Quiricus querẽs arcũ. Vel a chiſil qđ eſt fortitudo et cus niger. vel a quiris qđ eſt haſta. vel a quiriles qđ diciẗ ſedile. Ipſe eñ fuit arcus. ideſt curuus in ſui humiliatione. fortis in tormẽtoꝝ paſſione. niger in ſui deſpectione. haſta in inimici debellatione. dei ſedile ex dei habitatione. Hec eñ in eo gratia ſuppleuit que etas negauit. Julita iuuans vita quia vita ſpirituali vixit et per hanc multis profuit. A

Quiricus fuit filius iulite illuſtriſſime matrone yconij. Que perſecutionẽ declinare volens in tharſũ ſicilie cũ puero ſuo quirico;

qui erat triū annorum venit. Sed tamē alexandro
preſidi preſentat᷑. in vlnis ſuis puerū geſtās. Qd
due famule ſue vidētes fugerūt. et eā ꝓtinus reli-
querūt. Preſes igit᷑ puerū in vlnis ſuis ſuſcepit. et
matrē ſacrificare nolentē. crudis neruis flagellari
precepit. Puer aūt matrē flagellari conſpiciēs. a
mare flebat. et lamētabiles voces dabat. At p̄ſes
puerū quiricū in vlnas et ſup genua ponens. cum
oſculis et alijs blādicijs demulcebat. Infans autē
ad matrē reſpiciēs p̄ſidis oſcula abhorrebat. et ca
put cū indignatione auertens. vultū eius vngulis
laniabat. et matri cōſonas voces dabat. Quaſi di
ceret. Et ego xp̄ianus ſuꝫ. Tandē diu reluctās pre
ſidem in ſcapulis momordit. Tunc p̄ſes indignat᷒
dolore cruciat᷒ pueꝝ ab alato ꝑ gradus p̄cipitauit
ita/ vt tribunali tenellū cerebrū adhereret. Julita
vero filiū ad regnuꝫ p̄ceſſiſſe videns. leta gratias
deo reddidit. Tūc iulita iuſſa eſt excoriari. et bul-
lienti pice ꝑfundi. et demū capite trūcari. In qua-
dam aūt legenda inuenit᷑ ꝙ quiricus tirannū blā-
dientem eque et minantē paruipendēs. xp̄ianuꝫ ſe
eſſe cōfitebat᷑. ſcđm quidē tēpus elinguis infantu
lus. ſed in eo loquebat᷑ ſpiritusſanctus. Quē cum
p̄ſes interrogaret quis eū docuiſſet ait. Tuā o pre
ſes miror inſipientiā. qui meā tantillā cernēs eta
tem. necdū tēporis circulo triennem. percūctaris
q̄s me docuerit diuinā ſapientiā. Qui cuꝫ cederet᷑
clamabat. Xp̄ianus ſuꝫ. Et quotiēs hoc clamabat
totiēs vires inter tormēta recipiebat. Preſes aūt
matrē cuꝫ puero membratim ſcindi fecit. et eorum
membra ne a xp̄ianis ſepelirent᷑ diſꝑgi mandauit
Sed tamē ab angelo ſunt collecta. et nocte a xp̄ia
nis ſepulta. Horꝫ corpora tp̄e cōſtantini magni cū
pax eſſet reddita eccleſie. ab vna de ancillis q̄ ad
huc ſupererat reuelant᷑. ⁊ in deuotione magna ab
omni populo habētur. Paſſi aūt ſunt circa annos
dn̄i. cccxx. ſub alexandro impatore.

## ¶ De ſancta marina lxxix A

MArina virgo vnica erat patri ſuo. Cuꝫ aūt
pater quoddā monaſteriū intraſſet muta-
uit habitū filie ſue. vt nō femina ſed ma-
ſculus videret᷑ rogauitqꝫ abbatē ⁊ fratres. vt filiū
ſuū vnicū reciperēt. Quib᷒ eius p̄cibus annuētib᷒
in monachū eſt recept᷒. et frater marinus ab oīb᷒
eſt appellatus. Cepit aūt valde religioſe viuere.
et valde obediēs eſſe. Cū autē eſſet vigintiſepteꝫ
annorū. et pater eius ſe morti appropinquare ſen
tiret filiā ſuā vocauit. et ip̄am in bono ꝓpoſito cō-
firmans p̄cepit. ne aliq̄n alicui reuelaret ꝙ mulier
eſſet. Ibat igit᷑ frequenter cū plauſtro et bobus et



ligna monaſterio deferebat. Conſueuerat autem
hoſpitari in domo cuiuſdā viri. cuius filia cum de
quodā milite cōcepiſſet. iterrogata marinū mona
chū ſe violaſſe aſſeruit. Interrogatus aūt marin᷒
cur tantū flagitiū ꝑpetraſſet. ſe peccaſſe fatetur. et
veniā precat᷑. Statim de monaſterio eiect᷒. ad ho
ſtiū monaſterij māſit. et tribus annis ibidē perma
nens. bucella panis ſuſtentabat᷑. Poſtmodū filius
ablactat᷑. abbati mittit᷑. ⁊ marino educādus tradit᷑
et ibidē cū eo ꝑ duos annos commoratur. Omnia
aūt cum maxima paciencia recipiebat. et in oībus
gr̄as deo referebat. Tandē eius humilitatis et pa
cientie fratres miſerti eū in monaſteriū recipiunt.
et queqꝫ officia viliora ſibi iniungūt. Ipſe aūt oīa
hilariter ſuſcipiebat. et cūcta paciēter et deuote a
gebat. Tandē in bonis opibus vitā ducēs migra-
uit ad dn̄m. Cum aūt corp᷒ eius lauarēt. et in vili
loco ſepelire diſponerent. reſpicientes mulierem
ipſaꝫ eſſe viderunt. Stupefacti ſunt omnes et per
territi ſe in dei famulam plurimum deliquiſſe fatē
tur. Currunt omnes ad tam grande ſpectaculum
et veniam poſtulant ignorātie et delicti. Corpus
igitur eius in eccleſia honorifice poſuerunt. Illa
autem que famulam dei infamauerat. a demone
arripitur. et ſcelus ſuum confitens. et ad ſepulcruꝫ
virginis veniens liberatur. ¶ Ad cuius tumulum
populi vndiqꝫ cōfluūt. et multa miracula ibi fiunt
Obijt aūt. xiiij. kal᷑. iulij.

## ¶ De natiuitate ſancti Johannis baptiſte lxxx

# De natiuitate ſancti iohannis bap.

IOhannes baptiſta multipliciter nomīatur.
Dicit̄ eñ ꝓpheta. amicus ſpōſi. lucerna. an-
gelus. vox. helyas. baptiſta ſaluatoris. ꝓco
iudicis. et precurſor regis. Jn ꝓpheta deſignatur
prerogatiua cognitionis. Jn amico ſpōſi preroga
tiua dilectiōis. Jn lucerna ardēti prerogatiua ſan
ctitatis. Jn angelo ꝑrogatiua virginitatis. Jn vo
ce prerogatiua humilitatis. Jn helia prerogatiua
feruoris. Jn baptiſta prerogatiua mirabilis hono
ris. Jn precone prerogatiua predicatiōis. Jn pre
curſore prerogatiua preparationis. A



NAtiuitas iohannis baptiſte ab archangelo
gabriele hoc modo nūciata fuit. Dauid eñ
rex ſicut habet̄ in hyſtoria ſcolaſtica. volēs
cultum dei ampliare. xxiiij. ſummos ſacerdotes in
ſtituit. quorū tamen vnus maior erat qui princeps
ſacerdotum dicebatur. Statuit aūt. xvi. viros de
eleazar et. viij. de ithamar. et ſcdm̄ ſortes dedit vni
cuiqꝫ hebdomodā vicis ſue Abias aūt octauā heb
domodaꝫ habuit. de cuius genere zacharias fuit.
Erant aūt zacharias et vxor eius ſenes. et abſqꝫ
liberis. Cum ergo zacharias templū dñi vt incen-
ſum poneret ingreſſus fuiſſet. et multitudo populi
deforis expectaret. apparuit ei gabriel archāge-
lus. Cum aūt zacharias in eius viſione timeret ait
angelus. Ne timeas zacharia. qm̄ exaudita eſt orō
tua. Propriū eſt eñ bonoꝝ angelorū ſcdm̄ ꝙ dicit
glo. ex ſua viſione territos benigna exhortatione
protinus cōſolari. Econtra mali angeli ſe in lucis
angelos transfigurantes. ſi quos ex ſui preſentia
territos ſenſerint ampliori eos horrore cōcutiunt.
Annunciat igit̄ gabriel zacharie ſe filiū habituruꝫ
cuius nomen iohānes eſſet. qui vinū et ſicerā non
biberet. et ante dñm in ſpū et virtute helie prece-
deret. Johānes vocat̄ helias rōne ſitus. quia ābo
in deſerto. rōne victus. qꝛ ambo victu parci. rōne
cultus. qꝛ ambo veſtitu inculti. rōne officij. qꝛ pre-
curſores. ſed ille precurſor iudicis. iſte ſaluatoris.
rōne zeli quia vtriuſqꝫ verbū quaſi facula ardebat
Zacharias aūt cōſiderans ſui ſenectutē. et vxoris
ſterilitatē dubitare cepit. et more iudeoꝝ ſignū ab
angelo reqſiuit. Angelus aūt ꝑ eo ꝙ verbis ſuis
non credidit ipſum taciturnitatis plaga percuſſit.
B Notandū autē ꝙ dubitatio conſueuit fieri et
excuſari. aliquādo ꝓpter ꝓmiſſorū magnitudinē
ſicut legit̄ de abrahā. Cū eñ dñs ſibi ꝓmiſiſſet ꝙ
ſemen ſuū terram chanaā poſſideret. dixit ad euꝫ
abraā. Dñe deus vnde ſcire poſſuꝫ ꝙ poſſeſſurus
ſuꝫ eā? Et reſpōdens dñs. Sume inqt tibi vaccam
triennē ꝛc. Aliquādo ꝓpter fragilitatis ꝓprie cō
ſiderationeꝫ. ſicut patet i gedeone q̄ ait. Obſecro
mi dñe in quo liberabo iſrl̄? Ecce familia mea infi-
ma eſt i manaſſe. et ego minim⁹ in domo pr̄is mei.
Et ex hoc ſignū petijt et accepit. Aliquādo ꝓpter
nature impoſſibilitatē. ſicut patet in ſara. Cuꝫ eñ
dixiſſet dñs. reuertens veniā ad te. ꝛ habebit ſara
filiū. riſit ſara poſt hoſtiū dicēs. Poſtq̄ conſenui et
dñs meus vetulus eſt ꝛc. Quid eſt ergo ꝙ ſolus za
charias ex eo ꝙ dubitauit plagā incurrit. cū ibi eēt
et magnitudo ꝓmiſſionis. et cōſideratio proprie
fragilitatis. qua talē filiū ſe habiturū indignū re-
putabat. et īpoſſibilitas naturalis? Hoc multipli-
ci de cauſa factū fuiſſe putat̄. Primo ſcdm̄ bedā qm̄
diſcredendo locutus eſt. et ideo ſilentio plectitur.
vt tacēdo credere diſcat. Scdo quoniā ideo mut⁹
effectus eſt. vt maius miraculum in natiuitate filij
appareret. Cū eñ in natiuitate iohānis patri lo-
quela reddit̄. miraculū miraculo cumulat̄. Tercio
quia cōgruū fuit vt vocē amitteret qm̄ vox naſce-
batur. et legi ſilentiū imponebat̄. Quarto quoniā
ipe a dño ſignū petijt. et ipam taciturnitatem in ſi
gnū accepit. Cū autē zacharias foras ad populuꝫ
exiſſet et euꝫ factū mutū videret. cognouerūt ipſo
innuente ꝙ viſionē vidiſſet in tēplo. Cōpleta aūt
ſeptimana officij ſui. abijt in domū ſuam. et conce-
pit elizabeth. ꝛ mēſibus. v. ſe occultauit quia ſicut
ibi dicit ābroſi⁹. partus ſui erubeſcebat etatē ne in
ſenectute vacaſſe libidini videret̄. et tamē gaude-
bat ſterilitatis carere opprobrio. qꝛ opprobriū eſt
mulieribus nō habere premiū nuptiaꝝ ꝓpter qđ

nuptie celebrant et carnalis coitus excuſat. Mēſe aūt ſexto beata maria q̄ iam dn̄m conceperat cōgratulans virgo fecūda ablate ſterilitati et cōpatiēs ſenectuti. venit ad elizabeth. Et cū eam ſalutaſſet beatus iohānes iā ſpūſancto repletꝰ ſenſit filiū dei venire ad ſe. et pre gaudio ī matris vtero exultauit et tripudiauit. et motu ſalutauit. quē voce non potuit. Exultauit eīn quaſi geſtiēs ſalutare et dn̄o ſuo aſſurgere. Manſit ergo virgo beata cū cognata ſua tribus mēſibus. miniſtrās ei. natūq; puerū ſuis ſanctis manibus de terra leuauit. vt habet in hiſtoria ſcolaſtica. et quaſi morē gerule officioſiſſime pegit. ❡ Hic dn̄i p̄curſor beatus nouē ſpecialiter et ſingulariter priuilegijs claruit. Nā idē angelus q̄ dn̄m annūciauit ipꝫ annūciauit. In vtero matris exultat. Mater dn̄i ip̄m a terra leuat. Linguam pr̄is reſerat. Baptiſmū primꝰ ordinat. Xpꝫ indice demōſtrat. Xp̄m manibꝰ ſuis baptiſat. Ip̄ꝫ pre oībus laudat xp̄s. In limbo poſitis xp̄m venturū prenūciat. Propter hec. ix. priuilegia vocat ab ip̄o dn̄o ꝓpheta. et pluſq̄ ꝓpheta. Criſo. etiā quare dicat pluſq̄ ꝓpheta ſic ait. Prophete eſt beneficiū ꝓphecie a deo accipe. nunquid ꝓphete eſt beneficiū baptiſmatis deo dare? Prophete eſt vt ip̄e de deo ꝓphetet. nūq̄d ꝓphete eſt vt deꝰ de illo ꝓphetet? Omnes ꝓphete ꝓphetauerunt de xp̄o de illis autē ꝓphetatū non eſt. Ipſe autē non ſolū ꝓphetauit de xp̄o. ſed etiā alie ꝓphete prophetauerunt de illo. Omēs portitores verbi fuerūt. iſte aūt ipſa vox. Quantū aūt vox proximior verbo non tamē verbum. tantū iohānes propinquior xp̄o nō tamē xp̄s. Scd̄m ambro. laus iohannis ex quinq; colligit vel cōprehēdit. ſcꝫ ex parētibus. ex miraculis. ex moribꝰ. ex munere. et ex p̄dicatiōe. Laus aūt parētuꝫ ſcd̄m eundē ambroſiū ex quinq; manifeſtatur. Ait ei ſic. Plena laudatio eſt q̄ genus in moribus. mores in equitate. officiū in ſacerdotio. factū in mandatis. iudiciū in iuſtificationibus cōprehēdit. Scd̄o ex miraculis. Quoꝝ quedā fuerūt ante eius ꝯceptionē in vtero ſcꝫ angelica anūciatio. nois impoſitio. et loquele pr̄is amiſſio. Quedam quantū ad eius ꝯceptionē in vtero. ſcꝫ ſupnaturalis ꝯceptio. eius ī vtero ſanctificatio. et ꝓphetalis doni repletio. Quedā quantū ad eius natiuitatē ex vtero. ſcꝫ vtriuſq; parētis ſpūs ꝓphetalis adeptio. q2 et mater nomē ſciuit. et pater canticuꝫ edidit. Loquele pr̄is reſeratio. et ſpūſſancti repletio. Vn̄ et zacharias pater eius repletus eſt ſpiritu ſancto ⁊c. Ambroſiꝰ. Reſpicite iohannē quāta vis ſit in eius vocabulo cuius nūcupatio reddidit muto vocē. patri prolē. populo ſacerdotē. Prius eīn erat tacēs lingua. ſterilis filio. priuatus officio At vbi iohānes naſcit. fit repēte pater ꝓpheta loquele vſuꝫ recipit. ꝓleꝫ a ſpūſancto ſuſcipit. ſacerdotē functio recognoſcit. Tercio ex moribus quia ſanctiſſime vite fuit. De cuiꝰ ſanctitate dicit Criſo. Cōuerſatio iohannis oīm vitā culpabilē faciabat apparere. Quēadmodū eīn ſi videres albā veſtē. dicis ſatis cādida veſtis. Si vo poſueris iuxta eaꝫ niuē incipit tibi ſordida appere et ſi vere ſordida non eſt. Sic quātum ad cōparationem iohannis. omnis homo videbatur immūdus. ❡ Cuius quidē ſanctitas triplex habuit teſtimoniū. Primo a ſupcoeleſtibus. ideſt ab ip̄a trinitate. Et primo a patre qui vocat eū angelū. Malachi. iij. Ecce ego mitto angelū meuꝫ ⁊c. Angelus aūt nomen eſt officij non nature. Et ideo dicit angelus ratione officij. exeo q2 omniū angeloꝝ officiū exercuiſſe videtur. Habuit ei officiū ſeraphin. Interpretatur eīn ſeraphin ardēs q2 illi nos ardētes faciunt. et in dei amore plus ardēt. Et de iohāne dicit in eccleſia. Surrexit helyas quaſi ignis ⁊c. Ip̄e ei vēit in ſpū et virtute helye. Scd̄o habuit officiū cherubin. Cherubin eīn interp̄tatur plenitudo ſcientie. Et iohānes dicit lucifer. Iob. xxxviij. exeo q2 fuit terminus noctis ignorātie. et iniciū lucis gr̄e. Tercio habuit officiū thronoꝝ quoꝝ officiū eſt iudicare. Et de iohāne dicit q2 arguebat herodē dicens. Nō licet tibi habere vxorē fratris tui. Quarto habuit officiū dominationū que docēt nos erga ſubditos dominiū gerere. Et iohānes erga ſubditos habebat in amore. erga reges ī timore. Quīto officiū principatuū qui docent nos ſupiores reuereri. Et iohānes de ſe dicebat. Qui de terra eſt de terra loquit. De xp̄o aūt. Qui de celo venit ſup omnes eſt. Itē. Cuiꝰ nō ſum dignus ſoluere corrigiā calciamenti eiꝰ. Sexto officiū poteſtatuū. p quas poteſtates aeree vel cōtrarie arcent q̄ nō potuerūt nocere ſibi iā ſanctificato. A nobis etiā arcebat cū ad baptiſmū penitētie nos diſponebat. Septimo officiū virtutū. p quas fiūt miracula. et beatus iohannes multa miracula in ſeip̄o oſtēdit. Magna eīn miracula mel ſilueſtre et locuſtas edere. pilos cameloꝝ induere et hmōi. Octauo officiū archangeloꝝ quādo reuelabat maiora. ſicut ea q̄ ſpectāt ad noſtrā redēptionē cuꝫ dicebat. Ecce agnus dei ⁊c. Nono officiū angelorū quādo annūciabat minora. ſicut ea que ſpectāt ad mores. vt illud. Penitentiā agite ⁊c. Itē. Neminē concuciatis ⁊c. Secūdo habuit teſtimoniū a filio. ſicut patet mathei. xi.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

# ❡ De natiuitate ſancti iohannis bap.

vbi cum xp̄s multipliciter et mirabiliter cōmēdat dicēs inter cetera. Inter natos mulierū nō ſurrexit maior iohāne baptiſta. Petrꝰ damiani. Ab illo verbo iohānis ſunt de prōpria ꝑconia. ꝑ qd̄ fundata eſt arida et mouenť ſydera. ⁊ ſunt cōdita elemēta. Tercio a ſpūſancto cū ꝑ patrē ſuū dixit. Tu puer ꝓpheta altiſſimi vocaberis ⁊c. Scd̄o a celeſtibus ideſt ab angelis. ſicut patꝫ luc. i. vbi eū angelus multipl'r cōmendabat oſtēdēs quāte ſit dignitatis quo ad deū cū dicit. Erit em̄ magnus coram dño. Quante ſanctitatis quo ad ſeipm̄ cum ſubdit Vinū et ſicerā non bibet. et ſpūſancto replebiť ex vtero matris. Quāte vtilitatis quo ad ꝓximū cuꝫ dicit. Et multos filioꝝ iſrael cōuertet ⁊c. Tercio a ſubceleſtibus ideſt ab hominibus. ſicut a patre ſuo et vicinis. cū dicebāt. Quis putas puer iſte erit ⁊c.

E ❡ Quarto cōprehēdiť laus iohānis ex munere. Habuit em̄ munus in ſtatu. in vtero. in egreſſu. ex vtero. in mūdi ꝓgreſſu. et in mūdi egreſſu. In vtero habuit triplex mirabile munus gratie. Primo gratiā qua in vtero ſanctificatus fuit. Vñ fuit ante ſanctus ꝙ̄ natus. Hiere. i. Priuſꝙ̄ te formarem in vtero noui te. ⁊ anteꝙ̄ exires de ventre ſanctificaui te. Scd̄o gratiā qua ꝓphetare meruit ſicut qñ in vtero mr̄is exultās deū ad eſſe cognouit. Vnde criſo. volēs oſtendere qual'r fuerit pluſꝙ̄ ꝓpheta dicit. Prophete eſt ꝑ merito cōuerſatiōis et fidei ꝓphetiā accipe. Nunqd ꝓphete fuit vt prius fieret ꝓpheta ꝙ̄ homo? Et quia conſuetudo erat vt ꝓphete inungerenť. tunc quādo beata virgo elizabeth ſalutauit xp̄s iohannē in vtero ī prophetā inunxit. ſcd̄m qd dicit criſo. in hec verba. Ideo xp̄s fecit mariā ſalutare elizabeth. vt ſermo procedēs de vtero mr̄is vbi habitabat dñs. et ꝑ aures elizabeth ingreſſus deſcēderet ad iohānem vt illic eum vngeret in ꝓphetā. Tercio gratiā qua ſuis meritis matri ꝓphetie ſpūm tradidit. Vñ criſo. volēs oſtēdere qual'r fuit pluſꝙ̄ ꝓpheta ait. Quis ꝓphetarū cuꝫ eſſet ꝓpheta. prophetā facere potuit? Helyas quidē vnxit heliſeū in ꝓphetā. nō tamē prophetandi gratiā contulit. Iſte aūt in vtero matris exiſtens. diuini introitus ſcientiā matri donauit et os illius ī verbo ꝯfeſſionis apuit vt cuius nō videbat perſonā. cognoſceret dignitatē dicens. Unde hoc michi vt mater domini mei veniat ad me? In egreſſu ex vtero habuit triplex munus gratie. qm̄ ortus eius fuit miraculoſus. ſanctus. et iocundus. Quia miraculoſus excludiť defectus impotentie: qꝛ ſanctus reatꝰ culpe. quia iocūdus lamentū miſerie. Celebratur aūt ortus eius ſiue natiuitas ſcd̄m mgr̄m guilhelmū altiſiodoreñ. triplici rōe. Primo rōne ſanctificationis in vtero. Scd̄o rōne dignitatis in officio. Ipſe em̄ tanꝙ̄ lucifer venit et eternū gaudiū nobis primus nunciauit. Tercio rōne iocūditatis in ortu ſuo. Dixerat ei angelus. Et mľti in natiuitate eius gaudebūt. Et ideo dignū eſt. vt et nos in natiuitate eius gaudeamus. In progreſſu habuit ſimiliter multiplex munꝰ. In hoc aūt patet eius excellentiſſima et diuerſa munera gratie. qm̄ habuit ꝑfectionē omniū ſanctoꝝ. Nā ꝓpheta fuit qñ dixit. Qui poſt me venturus eſt ⁊c. Pluſꝙ̄ propheta. quādo xp̄m digito demōſtrauit. Apľs quia a deo miſſus fuit. Apľs em̄ idem eſt quod miſſus. Vñ. Fuit homo miſſus a deo ⁊c. Martir qꝛ pro iuſticia mortē ſuſtinuit. Cōfeſſor qꝛ cōfeſſus eſt et nō negauit. Virgo. Vñ et ꝓpter ipſius virginitatem angelꝰ eſt appellatꝰ. Malachi. iij. Ecce ego mitto āgelū meū ⁊c. In egreſſu de mūdo habuit triplex munus. Quia efficiť martir inuictus. Tunc em̄ palmā martiriȷ̄ adeptꝰ eſt. Dirigiť nuncius precioſus Ipſe em̄ tunc illis qui erāt in limbo precioſum nūciū attulit. ſcꝫ de aduentu xp̄i et redēptione ipoꝝ. Et colliť exitus glorioſus. Eius em̄ exitus de omībus qui ad limbū deſcenderūt. ſpecialiter ab eccleſia ſolennizatur et glorioſe coliť ❡ F Quinto ex predicatione. Circa cuius predicationem angelus quatuor ponit cū dicit. et multos filioꝝ iſrael conuertet ad dñm deū ipſoꝝ. et ipſe precedet ⁊c. ſcꝫ fructū. ordinē. virtutē. et finē. ſicut patet in littera. Et notandū ꝙ p̄dicatio iohānis tripliciter fuit cōmendabilis. Ipſe nanqꝫ p̄dicauit feruēter. efficaciter. et prudenter. Feruenter cū dicebat. Genimina viperaꝝ ⁊c. Qui quidē feruor fuit inflāmatus caritate. qꝛ erat lucerna ardēs. Vñ dicit in ꝑſona ipſiꝰ hiere. Poſuit os meū quaſi gladiū acutū Informatus veritate: qꝛ erat lucerna lucēs. Vñ Io. v. Vos miſiſtis ad iohannē. et ille ꝑhibuit teſtimoniū veritati. Directus diſcrectione ſiue ſcientia. Vñ turbis et publicanis et militibus ſcd̄m vniuſcuiuſqꝫ exigētiam propriā legē dedit. Firmus conſtātia. Unde et tam conſtanter p̄dicauit ꝙ ex hoc vitam amiſit. Hec em̄ quatuor debet habere zelus ſcd̄m ꝙ dicit bern. Zelum tuū inflāmet caritas. informet veritas. regat ſciētia. et firmet cōſtantia. Scd̄o efficaciter. quoniā ad predicationē eius multi conuerſi ſunt. Predicauit em̄ verbo ꝑ aſſiduitatē doctrine. et exēplo per ſanctitatē vite. p̄dicauit et conuertit meritis et orationibus deuotis ❡ Tercio prudēter Cuius prudētia p̄dicationis in tribus fuit. Primo in eo ꝙ vſus fuit cōminationibꝰ. vt malos terreret

dicēs. Jam enī ſecuris ad radicē arboris poſita eſt. Scdō ꝓmiſſionibus vt bonos alliceret dicēs. Penitentiā agite. appropinquabit enī regnū celorū. Tercio moderatiōibus. vt mediocres paulatī ad perfectionē attraheret. Vñ turbis et publicanis ⁊ militibus leuia īponebat. vt poſt modū ad maiora ꝑducerent. turbis vt opibꝰ miſcōie inſiſterēt. publicanis. vt ſe ab alienoꝝ appetitu abſtinerēt. militibus vt neminē concuterēt. nulli calumniā facerent: et ſuis ſtipendijs contenti eſſent. ¶ E Et notandū ꝙ ſanctus iohannes euangeliſta hac die migrauit ad dñm. ſed eccl'ia ipſius feſtū in tercium diem poſt xp̄i natiuitatē celebrandū inſtituit. q̄a tunc eius eccl'ia dedicata fuit. Et ſolēnitas natiuitatis beati iohannis baptiſte in ſuo die remanſit. Nimirū q: hec dies ab angelo gaudio natiuitatis precurſoris autēticatus fuit. Nō aūt dogmatizādū eſt ꝙ euāgeliſta baptiſte ceſſerit. tanꝙ minor maiori. Non enī decēs eſt quis eoꝝ maior ſit diſputare. Qđ etiam quodā exemplo diuinitus eſt oſtēſuꝫ Erant enī vt legit᷑ duo doctores theologi quorum vnus iohannē baptiſtā. alter vero iohānē euāgeliſtam preferebat. Tandē ſuper hoc ſolēni diſputatione indicta quilibet valde ſolicitus erat auctoritates et efficaces rōnes inuenire. quibus ſuuꝫ iohannē poſſet preferre. Adueniente aūt diſputationis die. quilibet ſanctoꝝ emulatori ſuo apparuit. eiq; dixit. Bene concordes ſumus in celis. de nobis non diſputetis in terris. Tūc illi ſibi adinuicem et omni populo viſionē publicauerūt. et dñm benedixerunt. ¶ Paulus hiſtoriographus longobardorū romane eccl'ie dyaconus. et caſſinenſis monachus. cū deberet quadā vice cereū cōſecrare fauces eius rauce facte ſunt. cū prius vocalis eſſet Vt ergo vox ſibi reſtitueret᷑. hymnū. ſcꝫ vt queant laxis ⁊c. ad honorē beati iohānis cōpoſuit. Vbi in principio petit ſibi vocē reſtitui. ſicut ⁊ zacharie reſtituta fuit. ¶ Oſſa mortuoꝝ animaliū vndecunq; collecta in hac die ab aliquibus cōburuntur. Cuiꝰ duplex eſt cauſa vt ait iohānes beleth. Vna eſt ex antique inſtitutionis obſeruantia. Sunt enī quedam animalia q̄ dracones vocātur que in aere volant. in aquis natant. in terra ambulant. Quādoq; autē dum per aera ambularēt ad libidinē concitabantur. et in puteis et aquis fluuialibus ſperma iactabant. et inde ſequebatur letalis annus. Contra hoc ergo iſtud inuentū fuit remediū. vt de oſſibus animaliū rogus fieret. et ſic talia animalia fumus fugaret. Et quia iſtud maxime hoc tēpore fiebat. ideo iſtud adhuc ab aliquibus obſeruatur.

Alia cauſa eſt ad repreſentandū quia oſſa ſancti iohānis in ſebaſte ciuitate ab infidelibus cōbuſta fuerunt. Ferunt᷑ etiā facule ardētes q: iohānes fuit lucerna ardēs et lucēs. Et rota vertit᷑ quia ſol tūc in circulo deſcēdit ad ſignificandū ꝙ fama iohānis qui xp̄s putabat᷑ deſcendit. ſcdm ꝙ ipſe teſtimoniū ꝓhibuit dicēs. Me oportet minui. illū aūt creſcere. Hoc ſignificatū eſt ſcdm ꝙ dicit aug. Jn eorū ortibus. et in eorū mortibus. Jn eoꝝ ortibus q: circa natiuitatē iohānis dies incipiūt decreſcere. circa natiuitatē xp̄i creſcere. Juxta illud. Solſticium decimo xp̄m preit atq; iohannē. Jtē in eorū mortibus quia corpus xp̄i in cruce fuit exaltatū corpus iohannis capite minoratū. Refert paulus in hiſtoria longobardorū ꝙ rocharith rex longobardorū iuxta eccleſiā ſancti iohannis baptiſte cum multo ornatu ſepultus fuit. Quidā vero cupiditate illectus nocte ſepulcrum aperiens abſtulit vniuerſa. Cui beatus iohānes apparēs dixit. Cur auſus fuiſti tangere michi cōmiſſuꝫ. Eccleſiā meā de cetero ingredi nō valebis. Qđ vtiq; ſic euenit. Nam qūcunq; predictaꝫ eccleſiam intrare volebat quaſi a validiſſimo pugile guttur eius feriebatur et ſic ſubito retro ruebat.

## ¶ De ſanctis Geruaſio. et prothaſio. lxxxi.



G Eruaſius a gerar quod eſt ſacrum et vas. vl' a geua qđ eſt incolatꝰ et ſyor paruulus quaſi ſacer per vite meritū. vas per virtutum receptaculum. peregrinus per mundi ꝯtēptū

# De ſanctis geruaſio et prothaſio

paruulus per ſui deſpectū. ¶ Prothaſius a pro⸗
thos qḋ eſt primū. ⁊ ſios deus ſiue diuinus. vel a
ꝓcul ⁊ ſtaſis qḋ eſt poſitio: quaſi primꝰ ꝑ dignita
tem. diuinus ꝑ dilectionē. ꝓcul poſitus a mundi
affectione. Hoꝝ paſſionē ambroſiꝰ in libello ad
capud coꝝ poſito ſcriptam inuenit. A

Geruaſius ⁊ prothaſiꝰ gemini fratres: filij
fuerūt ſācti vitalis: ⁊ beate valerie. Qui
oīa ſua paupibꝰ erogātes: manebant cū
ſancto nazario: q apud ebrudunū oratoriū ꝯſtrue
bat: ⁊ ei celſus puer lapides porrigebat. Qḋ ve⸗
ro nazariꝰ iam celſum habuiſſe narratur forte per
anticipationē accipitur: cū longe poſt eū ſibi fuiſ⸗
ſe oblatū ex hiſtoria nazarij colligatur. Cū autē
oēs ad neronem imparorē ducerētur: ſequebatur
eos eiulans puer celſus. Quē cū vnus militū ala
pis cederet: ⁊ cedentem nazariꝰ increparet: irati
milites nazariū calcibꝰ ceciderūt: ⁊ ipm̄ cum alijs
in carcere recluſerūt. ⁊ poſtmodū in mare ꝑcipita
uerūt. Geruaſiū vero ⁊ ꝓthaſiū mediolanū duxe
runt. Nazariꝰ vero miraculoſe liberatꝰ mediola⸗
num venit. Eo tpe ſupueniēte comite aſtaſio qui
cōtra marchomanos ꝓficiſcebat ad bellū. deorū
cultores eidem occurrerūt. aſſerētes ꝙ dij ſibi re
ſpondere ꝯtēpnerēt: niſi prius geruaſiꝰ ⁊ ꝓtha⸗
ſius immolarēt. Continuo igit tenētur: ⁊ vt ſacri
ficent inuitātur. Cui cū geruaſiꝰ oīa idola ſurda ⁊
muta diceret. iratus tamdiu cum plumbatis cedi
iuſſit ꝙdiu ſpm̄ exalaret. Deinde ꝓthaſiū accer⸗
ſiri fecit: eiqꝫ dixit. Miſer vel tu viuere ſtude. et
noli cū fratre tuo mala morte perire. Cui protha
ſius. Quis es miſer? Ego qui te nō timeo. aut tu
qui me timere ꝓbaris? Cui aſtaſius. Ego te mi⸗
ſer homo quō timeo? Cui ꝓthaſiꝰ. In hoc timere
me ⁊ te ledi ꝓbaris: ſi nō ſacrificauero dijs tuis.
Si eñ te ledi a me nequaꝗ̄ timeres: nunꝗ̄ ad ſa
crificiū idoloꝝ me ipſe cōpelleres. Tūc cū comes
in eculeū ſuſpendi iuſſit. Cui ꝓthaſius. Non tibi
comes iraſcor: qm̄ cecos oculos tui cordis attēdo
quin potiꝰ tui miſereor: q2 neſcis q̇d facias. Age
igitur qḋ cepiſti: vt michi cū fratre meo occurrere
poſſit benignitas ſaluatoris. Tūc comes iuſſit cū
decollari. Philippus autē ſeruus xp̄i cū filio ſuo
corpa coꝝ rapuit: ⁊ occulte in domo ſua in archa
ſaxea ſepeliuit: ⁊ libellū coꝝ ortū. finem. ⁊ vitam
continentē ad coꝝ caput poſuit. Paſſi ſunt autē
ſub nerone q̄ cepit circa annū dn̄i. lvij. Hoꝝ corpa
mlt̄o tpe latuerūt: ſed tpe beati ambroſij hoc mō
reperta fuerūt. Ambroſio nanqꝫ ſanctoꝝ nabo⸗
ris ⁊ felicis in oratione poſito: ita vt nec vigilaret
aperte nec dormiret integre. appuruerūt ei duo
pulcerrimi iuuenes veſtibus candidis. ideſt. col⸗
lobio ⁊ pallio induti caligulis calciati: ſecū mani
bus extēſis orātes. Orauit igitur ambroſius vt ſi
eſt illuſio nō vltra appareat. ſi aūt veritas: de⸗
nuo reueletur. Sili eñ modo canente gallo: orā⸗
tes ſecum iuuenes apparuerūt. Tercia vero no⸗
cte defecto iam corpe ieiunijs: nō dormiēti ſed ſtu
pēti: cum tercia ſibi apparuere ꝑſona: que ſimilis
paulo apl̄o videbatur ſcḋm ꝙ in pictura ꝓſpexe
rat. Illis tacentibus apl̄us ſibi dixit. Iſti ſunt qui
nichil terrenū deſiderātes. monita mea ſecuti ſūt
Quoꝝ corpa in eo loco repies in quo ſtas. Duode
cim pedū altitudine terra coopertā archā inueni
es: ⁊ ad caput coꝝ libellū in quo ortus coꝝ conti
netur ⁊ finis. Conuocatis igitur vicinis epiſcopis
ipſe prior terrefoſſor acceſſit. ⁊ omnia ꝓut dixe⸗
rat ſibi paulus apl̄us: inuenit. Et licet iam. ccc.
anni ⁊ vltra fluxiſſent: ita tn̄ corpa coꝝ ſunt repta
ac ſi ipſa hora ibidem fuiſſent poſita. Inſup vero
odor ſuauiſſimꝰ ⁊ mirabilis inde fragrabat B

¶ Cecus aūt quidā tangēs feretrū illuminatꝰ eſt
Et multi alij meritis coꝝ curati ſunt. ¶ In horū
ſolennitate pax inter longobardos ⁊ romanū im⸗
periū reformata fuit. et ideo greḡ. papa. loquet
dn̄s pacē in plebē ſuā ⁊c. in introitu miſſe cantari
inſtituit. Unde ⁊ officia partim ſanctis cōueniūt.
partim euentibꝰ q̄ ipſis cōtigere diebus. Refert
augꝰ. in li. xx. de ciui. dei. ꝙ ipſo pn̄te ⁊ impatore
et multa turba. quidā cecus apud mediolanū ad
corpora martirū geruaſij ⁊ ꝓthaſij lumē recepit.
Utrū aūt ſit ꝑdictꝰ cecus an alius ignoratur. Idē
quoqꝫ refert ibidem: ꝙ quidā iuuenis in villa vi⸗
ctoriana q̄ ab ypporegio. xxx. miliaribꝰ diſtat. cū
in quodā flumine equū lauaret: cōtinuo diabolꝰ
eū vexauit: ⁊ in flumen tanꝗ̄ mortuū ꝓiecit. Cū
aūt veſpe in eccl̄ia beatoꝝ geruaſij ⁊ prothaſij q̄
ꝓpe erat cantarētur ille vocibꝰ illis quaſi ꝑcuſſus
cum grādi fremitu eccl̄iam intrans altare tenebat
inde ammoueri nō valens: tanꝗ̄ ſi ibidem alliga
tus fuiſſet. Et cū demon vt inde exiret adiuraret
ille ſe eius membra amputare cū exiret minabat.
Cū ergo adiuratꝰ exiret oculus eiꝰ in maxillā fu⸗
ſus tenui venula dependebat: ſed in locū ſuū ſicut
potuerūt oculū reuocauerūt. Et ecce intra paucos
dies meritis ſanctoꝝ geruaſij ⁊ ꝓthaſij plene ſa⸗
natus eſt. Ambroſiꝰ quoqꝫ in ꝑfatione ſic ait. Hi
ſunt qui vexillo celeſti ſignati: victricia apl̄i arma
ſumpſerāt: ⁊ a mūdanis nexibꝰ abſoluti: nequiſſi⸗
mi hoſtis vicioꝝ aciē ꝓſternētes liberi ⁊ expediti

chriſtum dn̄m ſunt ſecuti. O ꝙ̄ felix germanitas:
q̄ ſacris inherēdo eloquijs nullo potuit interpel-
lari cōtagio. O ꝙ̄ glioſa certaminis cauſa: vbi pa
riter coronātur quos vnꝰ vterus maternꝰ effudit.

## De ſanctis iohāneꝰ ⁊ paulo. lxxxij. A



IOhannes ⁊ paulus primicerij ⁊ ꝓpoſiti
ꝯſtancie filie ꝯſtātini auguſti fuerūt. Eo
aūt tpe cū gens cithica daciā ⁊ traciā oc-
cuparet. ⁊ gallicanꝰ dux romani exercitꝰ contra p̄
dictam gentem mitti deberet: conſtantiam filiam
conſtantini ꝓ mercede laboris ſibi in vxorē dari
petebat. Qḋ etiā romani principes inſtantiꝰ fieri
poſtulabāt. Pater aūt plurimū triſtabatur ſciēs
filiā ſuā poſtꝙ̄ a btā agnete ſanata fuerat in virgi
nitatis ꝓpoſito poſitam: faciliꝰ occidi poſſe ꝙ̄ ad
conſenſum inclinari. Uirgo tn̄ de deo ꝯfidēs pa-
tri ꝯſulit: vt eā ſibi ſpōdeat cū victor rediret. Ue-
runtn̄ duas filias ſuas quas ex vxore defuncta ſu
ſceperat: idē gallicanꝰ ſecū manere ꝑmitteret. vt
ꝑ eas mores ⁊ votū p̄ris ſcire poſſꝫ. Et ipſa duos
prepoſitos ſuos iohannē ⁊ paulū ſibi ꝯcederet in
ſpe quaſi maioris firmitatis: rogās deū vt ipſum
⁊ filias ꝯuerteret. Qḋ vbi oībus placuit. gallica
nus aſſumptis iohāne ⁊ paulo ⁊ copioſo exercitu
ꝓficiſcitur: ſꝫ tn̄ a cithicaꝝ gente eiꝰ exercitꝰ fran
gitur. ⁊ in vrbē traciaꝝ ab hoſtibꝰ obſidetur. Tūc
accedētes iohānes ⁊ paulꝰ eidē dixerūt. Fac vo-
tum deo celi: ⁊ eris victor melior ꝙ̄ fuiſti. Qḋ cū
feciſſet. iuuenis in humero ferēs crucē ſtatim ſibi
apparuit: eiqꝫ dixit. Sume gladiū tuū ⁊ ſequere

me. Quē ille accipiēs ꝑ media caſtra iuit ⁊ ad re
gem vſqꝫ deueniēs: illuqꝫ occidēs. ſolo timore vni
uerſum ppl'm ſubiugauit: ⁊ romanis tributarios
fecit. Duo quoqꝫ milites armati eidē apparētes.
cū hincinde ꝯfirmabāt. Factꝰ igit̄ xp̄ianꝰ romā re
dijt: ⁊ cū multo honore ſuſceptꝰ rogauit auguſtū
vt ſibi indulgeret ſi filiā minime deſpōſaret. eo ꝙ̄
de cetero xp̄o ꝯtinēter viuere ꝓponeret. Qḋ cum
auguſto plurimū placuiſſet: ⁊ due filie gallicani a
ꝯſtācia v̄gine ad xp̄m cōuerſe eſſent: ipſe gallicanꝰ
ducatui ceſſit: ⁊ oīa paupibꝰ tribuēs: xp̄o cū alijs
ſeruis dei in pauptate ſeruiuit. Multa aūt mira
cula faciebat. ita vt ſolo viſu demones de obſeſſis
corpibꝰ effugaret. Huiꝰ ſacre opīonis fama in to-
to terrarū orbe intantū excreuit: vt ab oriente et
occidēte veniētes: viderēt virū ex patricio conſu
le. lauātes pedes paupeꝝ. ponentē menſā. aquā
manibꝰ effundentē. languētibꝰ ſolliciꝫ miniſtrā-
tem. ⁊ cetera ſancte ſeruitutis officia exhibentē.
Conſtātino igit̄ defūcto: conſtātiꝰ ꝯſtātini magni
filiꝰ arriana hereſi depͣuatꝰ imperiū tenuit. Ue
rū cū ꝯſtāciꝰ frater ꝯſtātini duos filios ſcꝫ gallum
⁊ iulianū reliqſſet: ꝯſtanciꝰ imparor dictū gallum
ceſarem fecit. ⁊ cōtra iudeam rebellantem miſit.
Quē tn̄ poſtmodū interfecit. Julianꝰ vero timēs
ne exēplo fratris a ꝯſtācio ꝑimeretur. monaſteriū
ingreſſuſ eſt. Ubi magnā religionē ſimulās lector
ordinatꝰ eſt. Qui per maleficiū demonē conſuluit
reſponſuꝫ accipiēs ꝙ̄ ad imperiū ſublimandꝰ eſſet
Poſt aliqḋ tēpus vrgētibus aliqbus negocijs cō
ſtantius iulianū ceſarē fecit: ⁊ ipm̄ in galliā deſti-
nauit. Qui oīa ſtrēnue agebat. Mortuo aūt con-
ſtācio. ⁊ iuliano apoſtata in imperiū a conſtācio
ſublimato. iuſſit iulianꝰ vt gallicanus aut dijs im
molaret aut abſcederet. Tāto eīn viro n̄ audebat
necem inferre. Jlle igitur alexandriā ꝑrexit. ⁊ ab
infidelibꝰ ꝑ cor trāſfixꝰ martirij corona ꝑcepit. At
iulianꝰ captus cupiditate ſacrilega. auariciā ſuā
euāgelij teſtimonio colorabat. Nam facultates a
xp̄ianis auferēs dicebat. Xp̄s veſter dicit in euā-
gelio. Qui nō renūciauerit oībus q̄ poſſidet non
pōt meus eſſe diſcipulus. Audiēs igit̄ ꝙ̄ iohānes
⁊ paulꝰ ex opibus quas virgo ꝯſtācia reliquerat
xp̄ianos paupes ſuſtētabant: mādauit eiſdē ꝙ̄ ſi
cut ꝯſtātino ita quoqꝫ ⁊ ſibi adherere deberēt At
illi dixerūt. Dū glioſi imparores ꝯſtātinꝰ ⁊ filius
eius ꝯſtanciꝰ ſe eſſe ſeruos xp̄i gloriabantur: nos
famlabamur eiſdē. Tu vo q̄r religionē plenā vir
tutibꝰ reliqſti. a te oīo receſſimꝰ: ⁊ tibi obedire cō
tempnimꝰ. Quibꝰ iulianꝰ mādauit. Ego in eccl'ia

clericatũ obtinui. ⁊ ſi voluiſſem ad primũ eccleſie
ſtatũ pueniſſem. Sed conſiderãs vanũ eſſe iner-
ciam ſectari ⁊ ociũ. milicie animũ dedi. dijſq; ſacri
ficãs eoꝝ ſuffragijs imperiũ obtinui. Vñ vos in
aula regia nutriti. nõ debetis lateri meo deeſſe.
vt primos vos in palacio meo habeã. Qđ ſi a vo-
bis ↄtẽpt⁹ fuero: agã vt neceſſe eſt vt ↄtẽpni nõ
poſſim. Qui rñdentes dixerũt. Deũ tibi ꝑponẽtes
minas tuas nequaq̃ timem⁹ ne regis eterni im-
micitias incurram⁹. Ad hoc iulianus. Si infra .x.
dies vltro ad me venire ↄtẽpſeritis. coacti poſt-
modũ facietis q̃ ſpõte facere nõ curatis. Cui ſan
cti rñderunt. Jam .x. dies ꝑteriſſe eſtima. et hodie
facito q̃ tũc te facturũ eſſe minaris. Quib⁹ iulia-
nus. Putatis q: martires vos faciãt xpiani. Niſi
michi conſenſeritis puniã vos. nõ vt martires ſed
vt publicos hoſtes. Tũc iohãnes ⁊ paulus per to
tos .x. dies elemoſinis inſiſtẽtes: oĩa ſua pauperi
bus erogabãt. Decimo aũt die miſſus eſt ad eos
therentian⁹ qui dixit eis. Dñs noſter iulian⁹ ſta-
tiunculũ aureũ iouis ad vos miſit: vt eidẽ thura
incendatis: alioquin ambo ſimul peribitis. Cui
ſancti dixerũt. Si tuus dñs eſt iulian⁹ habeto pa
cem cũ illo. nobis alius dñs non eſt: niſi dñs ihe-
ſus xp̃s. Tunc iuſſit eos occulte decollari: ⁊ in fo-
uea intra domũ ſepeliri. famã faciẽs q̃ in exiliuꝫ
eſſent miſſi. B Poſt hoc fili⁹ therentiani a de
mone arripit̃: ⁊ intra domũ clamare cepit q̃ a de
mone vrerent̃. Qđ videns therẽtian⁹ ſcelus cõfite
tur: ⁊ xpian⁹ efficit̃. paſſio ſanctoꝝ ab eo conſcri-
bitur: ⁊ eius filius liberatur. Paſſi ſunt aũt circa
annũ dñi. cclxiiij. Refert greg. in omelia euan-
gelij. ſi q̃s vult venire poſt me. q̃ quedã matro-
na dũ eccl'iam iſtoꝝ martirũ frequẽt⁹ viſitaret ⁊
die quadaꝫ inde rediret: duos ſtantes monachos
ſub ꝑegrino habitu īuenit quos ꝑegrinos credẽs
elemoſinã ſibi dari ꝑcepit. Sed poſtq̃ diſpẽſator
eis ad largiendũ elemoſinã appropiquaſſet. aſti
terũt ei vicini⁹ ⁊ dixerũt. Tu nos mõ viſitas: nos
te in die iudicij req̃rem⁹ ⁊ quicquid poterim⁹ tibi
ꝑſtabim⁹. Quo dicto ab oculis eius ablati ſunt.
Ambroſi⁹ de his martirib⁹ in ꝑfatione ſic dicit
Beati martires iohãnes ⁊ paulus veraciter im-
pleuerũt qđ dauitica voce dicit̃. Ecce q̃ bonũ ⁊ q̃
iocundũ habitare frẽs in vnũ. Naſcẽdi lege con-
ſortes. fidei ſocietate cõiuncti. paſſionis equalita
te conſiſtes. in vno ſemꝑ dño glorioſi.

## De ſancto leone papa lxxxiij A



Leo papa vt in miraculis beate marie vir
ginis legit̃. in eccl'ia ſancte marie maio-
ris in die reſurrectionis miſſam celebra-
bat: ⁊ dũ fideles ꝑ ordinẽ cõmunicaret. ⁊ quedaꝫ
matrona manũ ei⁹ oſculata fuiſſet. ex hoc in eum
vehemẽs carnis tẽptatio inſurrexit. At vir dei in
ſemetipſum ſeuiſſim⁹ vltor inſurgit. ⁊ eadem die
manũ ſe ſcãdalizantẽ occulte penit⁹ amputauit. ⁊
a ſe reiecit. interea murmur oriebat̃ in ꝑplo. cur
ſumm⁹ pontifex diuina more ſolito nõ celebraret.
Tũc leo ad beatã virginẽ ſe cõuertit. ⁊ ei⁹ ꝓuidẽ
tie totalr̃ ſe cõmiſit. Tũc illa ↄtinuo ſibi aſtitit: et
manũ ſuam ſuis ſanctiſſimis manib⁹ illi reſtituit
et reformauit: iubẽs vt ꝓcederet: ⁊ filio ſuo ſacri
ficiũ immolaret. Leo igitur oĩ ꝑplo q̃d ſibi conti-
gerit ꝑdicauit. ⁊ manũ reſtitutã oĩbus euidenter
oſtẽdit. Hic calcedoñ. cõciliũ celebrauit. ſolas vir
gines ibidẽ velari inſtituit. Ibi etiã ſtatutũ fuit:
vt v̓go maria mater dei appellaret̃. Leo quoq;
tꝑe attila italiã deuaſtabat. Ideo ſanctus leo in
eccl'ia apl'oꝝ tribus diebus ⁊ tribus noctib⁹ ora-
tioni vacans. poſt hoc dixit ad ſuos. Qui vult me
ſeq̃ ſequat̃. Cũ igit̃ ad attilã propinquaſſet. ille vt
beatũ leonẽ vidit de equo deſcẽdit. eiuſq; genib⁹
ꝓuolut⁹ rogauit vt peteret q̃cq̃d vellet. Qui pe-
tijt vt ab italia diſcederet: ⁊ captiuos relaxaret.
Et dũ argueret̃ a ſuis q̃ triũphator orbis a ſacer
dote vict⁹ eſſet rñdit. Prouidi michi ⁊ vobis. Vi-
di eĩm a dextris ei⁹ fortiſſimũ militem. euaginato
gladio ſtãtẽ. michiq; dicẽtẽ. Niſi huic parueris cũ

omnibus tuis interibis. Cū beatus leo ep̄l'am ad fabianū ep̄m ꝯſtātinopolitanū aduerſus eutbiciū ⁊ neſtoriū ſcripſiſſet: ſup ſepulcrū beati petri ip̄am poſuit ⁊ ieiunijs ⁊ oratiōibꝰ inſiſtēs dixit. Quicq̄d in hac ep̄l'a vt hō erraui: tu cui eccleſie cura cōmiſſa eſt corrige ⁊ emēda. Et poſt dies .xl. orāti illi petrus apparuit dicēs. Legi ⁊ emēdaui. Accipiēſq; leo ep̄l'am inuenit eā manibꝰ ap̄l'i correctā ⁊ emēdatā. Alias etiā ſepulcro beati petri .xl. diebꝰ ieiunijs ⁊ orōnibꝰ vacās leo aſtitit. obſecrās vt ſuoꝝ ſibi pctōꝝ veniā impetraret. Cui petrus apparēs dixit. Dep̄catꝰ ſum ꝓ te dn̄m: ⁊ oīa pctā tua dimiſit. Solūmodo de manuū impoſitione debes inq̄ri. ideſt ſi bene ſiue aliter alicui manus impoſueris: exigeris. Obijt aūt circa annos domini .cccclx.

## De ſancto petro apoſtolo. lxxxiiij. A



Petrus trinomius extitit. Vocatus eſt eñ ſimon bariona. Simon interp̄tatur obediēs vel ponēs triſtitiā. bariona filiꝰ columbe. Bar lingua ſira filiꝰ. iona hebraice colūba Fuit eñ obediēs qn̄ xp̄s eū vocauit: q: ad vniꝰ iuſſionis vocē dn̄o obediuit. ponēs triſticiā qn̄ xp̄m negauit: q: egreſſus foras fleuit amare. filiꝰ colūbe q: deo ſimplici intētione ſeruiuit. Scd̄o vocatus eſt cephas q̄d interp̄taꝶ caput vel petra vel increpās ore. Caput rōne principatꝰ in p̄latione. petra rōne firmitatis in paſſione. increpans ore rōne ꝯſtātie in p̄dicatiōe. Tercio vocatꝰ eſt petrꝰ. q̄d interp̄taꝶ agnoſcēs ſiue diſcaltiās vl' diſſoluēs quia chriſti diuinitatem agnouit cum dixit: Tu es xp̄s filiꝰ dei viui. Et pedes affectuū ſuoꝝ ini ope mortuo: ⁊ terreno diſcalciauit cū dixit. Ecce nos reliquimꝰ oīa. Et vincula pctōꝝ a nobis diſſoluit. ⁊ hoc ꝑ claues quas a dn̄o accepit. Habuit aūt triplex cognomē. Dictꝰ eſt eñ ſimon iohāna. q̄d interp̄taꝶ dn̄i pulcritudo. Scd̄o ſimon iohānis q̄d interp̄taꝶ cui donatū ē. Tercio ſimon bariona: q̄d interp̄tatur filiꝰ colūbe. Per q̄d datur intelligi: ꝙ ipſe habuit pulcritudinē moꝝ. dona virtutū. habūdantiā lachrimaꝝ: q: colūba habet gemituꝫ pro cantu. Iſtud aūt nomē petrꝰ iheſus primo ſibi imponendū ꝓmiſit. cū dixit. iohānis .i. Tu vocaberis cephas. q̄d interp̄tatur petrus. Scd̄o ꝓmiſſum impoſuit ſicut dicitꝶ marci .iij. Et impoſuit ſimoni nomē petrꝰ. Tercio impoſitū cōfirmauit. cū dixit matbei .xvi. Et ego dico tibi q: tu es petrus. ⁊ ſup. ⁊c. Eius martiriū marcellus. linus papa. egeſippus. ⁊ leo papa conſcripſerunt.

Petrus ap̄l'us inter ceteros: ⁊ ſupra ceteros ap̄los maioris feruoris extitit. Nam ⁊ ſcire ꝓditorē voluit. q: vt dicit augꝰ. ſi eū ſciuiſſet: dētibꝰ diſcerpſiſſet. Et ob hoc dn̄s ꝓditorē ſuū noīare nolebat. q: vt ait Criſo. ſi ip̄m noīaſſet: petrꝰ ꝯtinuo ſurrexiſſet: ⁊ ip̄m ꝓtinꝰ trucidaſſet. Hic ſup mare ad dn̄m ambulauit. in dn̄i trāſfiguratione ⁊ puelle ſuſcitatiōe a dn̄o electus fuit. ſtaterē in ore piſcis inuenit. claues regni celoꝝ a dn̄o accepit. ⁊ paſcēdas oues a xp̄o ſuſcepit tria milia hoīm in penthecoſten ſua p̄dicatiōe cōuertit. ananie ⁊ ſaphire mortē p̄dixit. eneā paraliticū curauit. corneliū baptizauit. tabitam ſuſcitauit. vmbra ſui corpis infirmos ſanauit. ab herode incarceraꝶ. ſ; ab angelo liberaꝶ. Qualis aūt eiꝰ cibus vel indumentū fuerit: ipſe hoc in libro clemētis teſtaꝶ. Panis inq̄t ſolus eſt michi cū oliuis. et raro cū oleribꝰ in vſu eſt. Indumentū aūt hoc eſt michi q̄d vides tunica cū pallio. ⁊ hoc hn̄s michil aliud req̄ro. Ferꝶ ꝙ in ſinu ſꝑ ſudariū portabat. quo crebro fluētes lachrimas tergebat. q: qn̄ dulcis allocutionis ⁊ p̄ſētie dn̄i memor erat. p̄ nimia amoris dulcedine lachrimas ꝯtinere nō poterat. Qn̄ etiā culpā negationis ad memoriaꝫ reducebat: vberrimas lachrīas emittebat. Vn̄ adeo in ꝯſuetudīe habuit flere vt eiꝰ facies tota adulta lachrimis videreꝶ. ſicut dicit clemēs. Idem etiā dicit ꝙ audito in nocte gallicantu ad orōneꝫ ſurgere conſueuerat. ⁊ tūc ſilr' vt ōr ad fletū ꝓrumpe ꝯſueuit Refert quoq; clemēs ſcd̄m ꝙ in eccl'iaſtica hiſtoria inueniꝶ. ꝙ cū vxor petri ad paſſionē duceret.

# De ſancto Petro apoſtolo.

petrus ingenti gaudio exultauit. ac eam proprio
vocās noīe poſt eā clamauit. O ꝯiūx: memēto dn̄i
Quadā vice dū petrꝰ apl's duos de diſcipulis
ſuis miſiſſet ad p̄dicandū. dū .xx. dietas iuiſſent:
vnꝰ illoꝝ defunctꝰ eſt. alter vō ad petrū rediit: et
qd̄ acciderat nūciauit. Hic dr̄ fuiſſe btūs marcial'
vel ſcōs quoſdā maternꝰ. Alibi legit' ꝙ primꝰ fuit
btūs frōto ſociꝰ q̄ defunctꝰ eſt. ſecūdus fuit p̄ſbiter
georgiꝰ. Tūc petrꝰ ſuū baculū ſibi tradidit. p̄cipi-
ens vt ad ſociū ꝑgeret ⁊ eū ſup illū poneret. Qd̄
cū feciſſet ille q̄ iam ꝑ .xl. dies iacebat mortuꝰ ꝓti
nus ſurrexit viuꝰ. B Eo tp̄e erat in hierl'm q̄
dam magus noīe ſimon: q̄ ſe primā v̄tutē dicebat
⁊ ſibi credētes ꝑpetuos effici aſſerebat: ⁊ nulla ſi
bi impoſſibilia dicebat. Legit' etiā in libro clemē
tis ip̄m dixiſſe. Adorabor vt deꝰ publice. diuīs do
nabor honoribꝰ. ⁊ quicq̄d voluero facere potero.
Aliq̄n cū mr̄ mea rachel iuberet me exire ad cā-
pum vt meterē. ego falcē vidēs poſitā: p̄cepi falci
vt ꝑ ſe meteret: ⁊ meſſuit decuplo ampliꝰ ceteris.
Addidit quoq; ⁊ hoc ſcd̄m qd̄ dicit hiero. Ego ſū
ſermo dei. ego ſpecioſꝰ. ego paclitꝰ. ego oīpotēs.
ego om̄ia dei. Serpētes quoq; eneos faciebat ſe
mouere. ſtatuas eneas ⁊ lapideas ridere. ⁊ canes
cantare. Hic igit' vt linus ait volēs diſputare cum
petro: ⁊ oſ̄ndere ꝙ deꝰ eſſꝫ. ſtatuta die venit petrꝰ
ad locū certamis: ⁊ aſtātibꝰ petrus dixit. Pax vo
bis frēs q̄ veritatē amatis. Cui ſimō. Nos tua pa
ce opus nō habemꝰ. Si eīn pax ſit ⁊ ꝯcordia ad
inueniēdā veritatē nichil ꝓficere poterimꝰ. Hn̄t
eīn intra ſe pacē latrōes: ꝓpter qd̄ noli inuocare
pacē ſꝫ pugnā. Duobꝰ eīn inter ſe dimicātibꝰ tunc
erit pax cū alter fuerit ſupatꝰ. Et petrus. Cur ti-
mes audire pacē? Ex peccatis eīn bella naſcūtur. vbi
aūt pctīn nō fit pax eſt. In diſputatiōibꝰ veritas.
in opibꝰ iuſticia inuenit'. Et ſimon. Nichil dicis: ſꝫ
ego oſ̄ndam tibi deitatis mee potētiam: vt repēte
adores me. Ego ſum prima v̄tus: ⁊ poſſum vola-
re ꝑ aera. nouas arbores facere. lapides in panē
mutare. in igne ſine leſione durare. ⁊ oīa q̄ volo
poſſū facere. Cōtra hūc igit' ſimonē petrꝰ diſputa
bat. ⁊ oīa eiꝰ maleficia detegebat. Tūc ſimon vi-
dens q: petro non poſſet reſiſtere oēs libros ſue
magice artis ne forte magꝰ ꝓderet' in mare ꝓie-
cit. ⁊ romā vt ibi deꝰ hēatur ꝑrexit. Qd̄ vbi petrus
cōperit: ip̄m inſeq̄tur ⁊ romā vſq; ꝓficiſcit'. C
Quarto igit' anno claudij imparatoris petrꝰ ro-
mā applicuit. ⁊ ibi ānis .xxv. ſedit. ⁊ duos ep̄os li
nū ⁊ cletū ſibi coadiutores. vt ait iohānes beleth
vnū extra murū vrbis. aliū intra ordinauit. Pre-
dicationi aūt inſiſtens multos ad fidē ꝯuertebat
⁊ infirmos ꝙ plēs curabat. Sed ⁊ in p̄dicatione
ſua ſp̄ laudās ⁊ ꝑferēs caſtitatē quatuor ꝯcubīas
agrippe p̄fecti adeo ꝯuertit ꝙ ad p̄fectū redire vl
teriꝰ recuſarēt. Vn̄ iratꝰ p̄fectus aduerſus petrū
occaſionē q̄rebat. Poſt hoc appuit dn̄s petro di-
cens. Simon ⁊ nero cōtra te cogitāt: ſꝫ ne timeas:
q: tecū ſum vt eruā te ⁊ dabo tibi ſerui mei pauli
ſolaciū q̄ cras romā ingredit'. Sciēs igit' petrꝰ vt
ait linꝰ q: velox eſſet depoſitio tabernaculi ſui. in
ꝯuētu fratrū poſitꝰ: manū clemētis apphēdit. ⁊
eū in ep̄m ordinauit. ⁊ in cathedra loco ſui ſedere
coegit. Poſt hoc paulꝰ. ſicut dn̄s p̄dixerat. romā
venit: ⁊ cū petro xp̄m p̄dicare cepit. Simon autē
magus intīn a nerone amabat': ꝙ vite eiꝰ ⁊ ſalu-
tis ⁊ totiꝰ ciuitatis cuſtos ſine dubio putabatur.
Quadā aūt die ſicut dicit leo papa dū āte neronē
aſtaret eiꝰ effigies ſubito mutabat'. ⁊ modo ſenior
modo adoleſcētior videbat'. Qd̄ cū videret nero.
verū hūc eſſe dei filiū eſtimabat. Dixit itaq; ſimon
magꝰ neroni. ſicut idē leo refert. Ut ſcias optime
imparator me dei filiū eſſe. iube me decollari: ⁊ ter-
cia die reſurgā. Precepit igit' nero carnifici vt eū
decollari deberet. Qui cū putaret ſe decollare ſi-
monē: decollauit arietē. Simon aūt arte magica
illeſus euaſit. ⁊ arietis mēbra colligēs ea abſcon
dit. ⁊ tribus diebꝰ ſe occultauit. Sanguis aūt ari
etis ibidē cōgelatꝰ remāſit. Die aūt tercio oſ̄ndit
ſe neroni dicēs. Fac ſanguinē meū q̄ effuſus eſt ex
tergi q: ecce ego qui decollatꝰ fuerā: ſicut ꝓmiſi
die tercia reſurrexi. Quē nero vidēs obſtupuit. ⁊
ipſum verū dei filiū eſſe putauit. Hec leo. Aliq̄n
etiā cū in ꝯclaui cū nerone eſſet: demon in eiꝰ ſpe
cie foris pplo loq̄bat'. Deniq; romani in tanta ve
neratiōe eū habuerūt ꝙ eidē imaginē fecerunt et
hūc titulū ſupſcripſerūt. Simoni deo ſancto. D
Petrus aūt et paulꝰ vt leo teſtat' ad neronē in
troierūt. ⁊ om̄ia eiꝰ maleficia detegebāt. Addidit
quoq; petrꝰ ꝙ ſicut ī xp̄o ſunt due ſubſtātie ſcꝫ dei
⁊ hoīs: ſic ⁊ in iſto mago ſūt due ſubſtātie ſcꝫ hoīs
⁊ diaboli. Dixitq; ſimō. vt teſtat' ſcꝫ marcellꝰ ⁊ leo
Ne diutiꝰ hūc patiar inimicū: p̄cipiā angel' meis
vt vindicēt me de iſto. Cui petrus. Angelos tuos
nō timeo: ſꝫ ipſi me timēt. Nero dixit. Non times
ſimonē: q̄ diuinitatē ſuā rebꝰ affirmat? Cui petrꝰ.
Si diuinitas eſt in ipſo. dicat nūc michi q̄d cogito
vel q̄d facio: quā cogitationē meā prius auribus
tuis inſinuo: vt nō audeat mētiri. Nero dixit. Ac-
cede huc: ⁊ dic michi q̄d cogitas. Petrus aūt ac-
cedens ſecreto dixit. Iube michi panē ordeaceū

afferri: ꝛ occulte dari. Qui cū allatus fuiſſet. ꝛ pe
trus eū bñdixiſſet ꝛ ſub manica abſcōdiſſet dixit.
Dicat ſimō q̄ ſe deū fecit q̄d ſit cogitatū. q̄d dictū.
et q̄d factū? Rñdit ſimon. Petrꝰ magis dicat q̄d
cogitā ego. Dixitq; petrꝰ Quid cogitet ſimō me ſci
re docebo: dū qđ cogitauerit fecero. Tūc ſimō idi
gnatꝰ clamauit. Procedāt canes magni ꝛ deuo
rent eū. Et ſubito canes maximi apparuerūt ꝛ in
petrū impetū fecerūt. Ille vō panē bñdictū obtu
lit. ꝛ ſubito in fugā ꝯuertit. Tūc dixit ad neronē
petrꝰ. Ecce oñdi tibi me noſſe q̄d cōtra me cogita
uerat ſimon nō vbis ſꝫ factis. Naꝫ q̄ ꝓmiſerat cō
tra me āgelos vēturos exhibuit canes: vt oñdat
ſe diuinos angelos nō hēre ſꝫ caninos. Dixitq; ſi
mon. Audite petre ꝛ paule. Si hic vobis nichil
poſſum facere: veniemꝰ vbi oportet me vos iudica
re. Ego aūt vobis mō pco. Hec leo ¶ E Tunc
ſimon. vt ait egeſippus ꝛ linus. in ſupbiā elatꝰ. au
ſus eſt ſe iactare ꝙ poſſꝫ mortuos ſuſcitare. Et ac
cidit vt quidā iuuenis moreref. vocatis ergo pe
tro ꝛ ſimone. hāc oēs de volūtate ſimonis ſniam
firmauerūt vt ille occideref q̄ mortuū ſuſcitare nō
poſſet. Simon igif dū ſup mortuū ſuas incātatio
nes faceret: viſus eſt a circūſtantibꝰ caput agitare
defunctꝰ. Tūc oēs exclamātes petrū lapidare vo
lebāt. Petrꝰ aūt vix impetrato ſilētio dixit. Si vi
uit defunctus: ſurgat ꝛ ambulet ꝛ loquaf. alioq̄n
ſciatis fantaſma eſſe ꝙ caput mortui cōmouetur.
Sepef ſimon a lectulo: vt plene figmenta diaboli
denudētur. Sepaf igif ſimon a lectulo. ꝛ puer im
mobilis remāſit. Petrus aūt a longe ſtans: orōne
fcā exclamauit dicēs. Adoleſcēs in noīe iheſu xpi
nazareni crucifixi ſurge ꝛ ābula. ꝛ ſtatim viuꝰ ſur
rexit ꝛ āmbulauit. Cū aūt ppl's vellet ſimonē lapi
dare. ait petrꝰ. Satis eſt illi ad penā: ꝙ ſe in ſuis
artibꝰ agnoſcit ſupatū. Magr̄ aūt nr̄ nos docuit:
vt ꝓ malis bona reddamꝰ. Dixit aūt ſimon. Sci
tote vos petre ꝛ paule. nō vobis ꝯtinget qđ cupi
tis: vt martirio vos digner coronare. Qui dixerūt.
Adueniat nobis qđ cupimꝰ. tibi aūt nūq̄ bñ ſit. q2
q̄cunq; loq̄ris mētiris. Tūc ſimō. vt ait ſcūsꝰ mar
cellꝰ. iuit ad domū marcelli diſcipli eiꝰ. ligauitq;
maximū canē ad oſtiū domus eiꝰ dicēs. Nunc vi
debo ſi petrꝰ q̄ ad te venire ꝯſueuit ingredi pote
rit. Poſt paululū venit petrus: ꝛ fcō ſigno crucis
canē ſoluit. Canis aūt oībꝰ alijs blandꝰ ſolū ſimo
nē pſeq̄baf. Qui apphendēs eū ad terrā ſubtꝰ ſe
deiecit: ꝛ eū ſtrāgulare volebat. Accurrēs aūt pe
trus: cani clamauit ne ei noceret. Et canis quidē
corpꝰ eius nō leſit: ſꝫ veſtes adeo lacerauit. vt ille
nudus poſitus remaneret. Populꝰ aūt ꝛ maxime
pueri cū cane tamdiu poſt eū cucurrerūt: donec il
lū quaſi lupū de ciuitate fugarēt. Cuiꝰ opprobrij
pudorē nō ferēs p annū nuſq̄ ꝯparuit. Marcellꝰ
aūt hec miracl'a vidēs deiceps petro adheſit. Po
ſtea aūt ſimō rediēs iterū in neronis amicitiā eſt
receptꝰ. Simō igif vt refert leo ppl'm cōuocauit.
ꝛ ſe a galileis grauiter offenſū phibuit. ꝛ ido vrbē
quā tueri ſolebat ſe deſerere velle dixit. ꝛ diē ſta
tuere qua i celū deberet aſcēdere q2 nō dignabaf
in terris āplīꝰ habitare. Statuto igif die: turrim
excelſaꝫ. vl' ſcđm linū. capitoliū ꝯſcēdit. ꝛ inde ſe
deijciēs coronatꝰ lauro volare cepit. Dixit autē
paulus ad petrū: Meū eſt orare ꝛ tuū eſt impare
Dixitq; nero verax eſt hic hō. vos aūt ſeductores
eſtis. Petrus aūt dixit ad paulū. Paule: erige ca
put ꝛ vide. Cūq; eleuaſſet caput ꝛ vidiſſꝫ ſimonē
volantē dixit ad petrū. Petre quid ceſſas? perfice
qđ cepiſti iam em̄ vocat nos dñs. Tūc petrus ait.
Adiuro vos angeli ſathane qui eūꝫ in aere fertis
p dñm nr̄m iheſuꝫ xpm. vt ipm amplīꝰ nō feratis: ſꝫ
corruere dimittatis. Et ꝯtinuo dimiſſus corruit ꝛ
fractis ceruicibꝰ expirauit. Audiēs hec nero talē
virū ſe pdidiſſe doluit dixitq; apl'is. Suſpecto aīo
me feciſtis, ꝓpterea malo exēplo vos pdā. Hec leo
Deditq; eos in manꝰ paulini viri clariſſimi. ꝛ pau
linus tradidit eos i cuſtodia mamertini ſub cura
militū ꝓceſſi ꝛ martiniani. Quos milites petrus
ad fidē cōuertit. Vñ carcerē aperuerūt ꝛ eos libe
ros dimiſerūt. Quapropter paulinꝰ poſt paſſionē
aploꝝ ꝓceſſum ꝛ martinianū acceſſiuit: et cōpto
ꝙ xpiani eſſent iuſſu neronis capite ceſi ſunt. Ro
gabāt ergo fratres petrū vt inde diſcederet. et cū
diſcedere nollet: tandē victus ꝓcibꝰ abceſſit. Et cū
veniſſꝫ ad portā. vt leo ꝛ linus teſtanf. ad locū vbi
nūc dicif ſcā maria ad paſſus. vidit xpm ſibi occur
rentē ꝛ ait. Dñe quo vadis? qui rñdit. venio romā
iterū crucifigi. Cui petrꝰ. Dñe iterū crucifigeris?
Cui dñs. Etiā. Petrus vō ait. Ergo dñe reuertar
vt tecū crucifigar. His dictis dñs vidēte petro et
lacrimāte i celū aſcēdit. Qđ cū de paſſiōe ſua dcm̄
intelligeret redijt. Cūq; hoc fr̄ibus retuliſſet a mi
niſtris neronis capif. et pfecto agrippe pſentatur.
Fctāq; eſt eiꝰ facies ſicut ſol. vt ait linꝰ. Cui dixit
Tu ne es ille q̄ in plebibꝰ ꝛ muliercul' quas a tho
ro viroꝝ ſepas gl'iaris? Quē apl's increpās dice
bat ſe in cruce dñi gl'iari. Tūc petrꝰ tanq̄ alieni
gena iuſſus eſt crucifigi. paulꝰ vō q̄ ciuis erat ro
manꝰ iuſſus eſt capite truncari. ¶ F De hac ſnia
in ipſos ꝓlata dicit dyoniſiꝰ in epl'a ad timotheū

# De ſancto Petro apoſtolo.

de morte pauli in hec v̄ba. O frater mi timothee
ſi vidiſſes agones ↄſummationis ipſoꝝ defeciſſes
quidē p̄ triſticia ꝛ dolore. Quis nō fleret illa ho-
ra qn̄ p̄ceptū ſuic egreſſuꝫ in eos eſt: vt petrus ſcꝫ
crucifigeret. ꝛ paul⁹ decollaret: Uidiſſes tūc tur-
bas gentiliū ꝛ iudeoꝝ ꝑcutiētes eos. ꝛ expuētes
in facies eoꝝ. adueniēte aūt terribili tp̄e ↄſūma-
tionis ipſoꝝ cū ſepare͞tur ab inuicē. ligauerūt co-
lumnas mudi. nō vtiqꝫ abſqꝫ frm̄ gemitu ꝛ plāctu.
Tūc inq͞t paul⁹ petro. Pax tecū fundamētū eccle-
ſiaꝝ. ꝛ paſtor ouiū ꝛ agnoꝝ xp̄i. Petrus aūt ad
paulū ait. Uade ī pace p̄dicator bonoꝝ moꝝ. me
diator ꝛ dux ſalutis iuſtoꝝ. Cū aūt elōgaſſēt eos
ab inuicē ſecut⁹ ſū mgr̄m meū. nō eñ ī eodē vico
occiderūt eos. Hec dyoni. Petr⁹ aūt. vt leo ꝛ mar
cellus teſtatur. dū veniſſet ad crucē ait. Qm̄ deus
meus de celo ad terrā deſcēdit. recta cruce ſubli-
matus eſt. Me autē quē de terra ad celū vocare
dignat. crux mea caput meū in terra debet oſten-
dere. ꝛ pedes ad celū dirigere. Ego q̄ nō ſum di-
gnus ita in cruce eſſe vt dn̄s meus crucē meā gi-
rate. ꝛ capite demiſſo me crucifigite. Tūc illi cru-
cem verterunt ꝛ pedes ſurſum. manus aūt deor-
ſum fixerūt. Tūc ppl̄s furore replet⁹ volebat ne-
ronem ꝛ p̄fectum occidere. ꝛ ap̄lm liberare. Qui
eos rogauit ne paſſionē ſuam impedire deberēt.
Dñs aūt. vt ait egeſippus ꝛ linus. aperuit oc̄los
eoꝝ qui ibi flebāt: ꝛ viderūt angelos ſtātes cū co
ronis de floribus roſaꝝ ꝛ lilioꝝ. ꝛ petrū in cruce
ſtantē cū eis. ꝛ librū a xp̄o accipientē. ꝛ ea verba
que loquebat ibi legentē. Tūc petrus. vt teſtatur
idē egeſippus. de cruce dicere cepit. Te dn̄e imi-
tari optaui: ſed rectus crucifigi nō vſurpaui. Tu
ſp̄ erectus excelſus ꝛ altus. Nos primi hoīs filij:
q̄ caput ſuū dimerſit in terrā: cui⁹ lapſū ſignificat
ſpēs generatiōis hūane. ſic eñ naſcimur. vt ꝓni
in terrā videamur effūdi. Mutata quoqꝫ ↄditio
eſt vt hoc putet mūd⁹ dextrū q̄ ↄſtat eſſe ſiniſtrū
Tu dn̄e michi oīa es. totū qd̄ es tu michi totū. et
nihil aliud niſi tu ſolus. Gr̄as tibi ago ſpū toto
quo viuo. quo intelligo. quo interpello. Ubi due
alie rōnes tangūtur. quare erectus noluit cruci-
figi. Uideſqꝫ petr⁹ q̄ fideles gl'iam ſuā vidiſſent.
gr̄as agens ꝛ deo fideles cōmendans ſpm̄ emiſit.
Tūc marcell⁹ ꝛ apuleus frēs diſcipuli ei⁹: de cru
ce eū depoſuerūt. ꝛ diuerſis cōdientes aromati-
bus ſepelierūt. Iſidorus in libro de ortu ꝛ obitu
ſanctoꝝ ſic ait. Petrus poſt q̄ anthiocenā funda-
uit eccleſiā ſub claudio ceſare: contra ſimonē ma-
gum romā pergit. ibiqꝫ p̄dicans euangeliū. xxv.
annis eiuſdem vrbis pontificatū tenuit. Xxxvi.
aūt anno a paſſione dn̄i: a nerone deorſum vt ipſe
voluit crucifixus eſt. Hec yſod. In ipſa aūt die pe
trus ꝛ paulus dyon̄. apparuerūt. ſcd̄m q̄ ipſe ait
in p̄dicta ep̄la in hec v̄ba. Attēde miraculū. vide
ꝓdigiū frater mi timothee dici victimationis ip
ſoꝝ. Nam p̄ſto fui in tp̄e ſeparatiōis ipſoꝝ. Poſt
mortē aūt illoꝝ vidi eos inuicē manu ad manuꝫ
intrātes portas vrbis. ꝛ indutos veſte lumioſita
tis vel veſte luminis. ꝛ coronis claritatis ꝛ lucis
ornatos. Hec dyoniſi⁹. ¶ Nero aūt impuni-
tus nō extitit: ſed ꝓ hoc ſcelere ꝛ alijs que com-
miſit: manu ꝓpria ſe ꝑemit. Quoꝝ ſcelerū hic ali
qua breuiter inſeram⁹. Cū ſeneca mgr̄ ſuus. vt in
quadā hiſtoria lꝫ apocrifa legit. ↄdignē mercedē
laboris ſui ſpectaret. iuſſit nero ip̄m eligere: ſi c⁹
arboris ramo ſuſpendiū affectaret. dicēs q̄ hoc p̄
miū laboris ſui ab eo receptur⁹ eſſet. Cū aūt ſene
ca reqreret vn̄ hoc mortis ſuppliciū meruiſſꝫ. acu
tū gladiū ſup ei⁹ verticē crebro vibrari fecit. Sene
ca aūt nutu capitis minātē gladio cedebat. vehe-
menter timens ꝑiclitari mortis ꝑiculo. Cui nero
ait. Magr̄ vt qd̄ nutu capitis minanti gladio ce-
dis: Cui ſeneca rn̄dit. Ho ſum ꝛ ideo mortē vere
or. ꝛ inuit⁹ morior. Cui nero ait. Sic ego adhuc te
metuo: vt puer metuere cōſueui. Quare te viuen
te q̄ete nō potero viuere. Dixitqꝫ ſeneca. Si me
mori neceſſe eſt. ſaltē michi cōcede vt qd̄ voluero
eligā gen⁹ mortis. Cui nero. Feſtinus eligas tm̄
mori ne differas. Tūc ſeneca balneo in aqua factō
in vtroqꝫ brachio ſibi minui fecit. ꝛ ſic nimio ſan-
guinis fluxu ibidē vitā finiuit. ꝛ ſic quodā p̄ſagio
ſeneca nomē habuit quaſi ſe necās. q2 quodāmo-
do lꝫ coactus. manu ꝓpria ſe necauit. Hic ſeneca
duos frēs habuiſſe legit. Un⁹ fuit iuli⁹ gallio de-
clamator egregi⁹ q̄ manu ꝓpria ſe ꝑemit. ali⁹ me
la pater lucani poete. Qui lucanus iuſſu neronis
inciſione venaꝝ obiſſe legit. Rurſus nero nefaria
mentis veſania duct⁹. vt in eadē hiſtoria apocri-
fa repit. matrē occidi ꝛ ſcidi iuſſit vt videret qua
liter in ei⁹ vtero fouebat. Phiſici v̄o eū de matris
ↄditione arguētes dicebāt. Iura negāt. fas ꝓhi-
bet. vt filius matrē necet. q̄ ip̄m cū tāto dolore pe
perit. ꝛ cum tāto labore ꝛ ſolicitudine enutriuit.
Quibus nero. Faciatis me puero imp̄gnari ꝛ po
ſtea parere: vt quāt⁹ dolor mr̄i mee fuerit poſſim
ſcire. Hāc inſup volūtatē pariēdi cōceꝑat. eo q̄ vr-
bem trāſiens quēdā mulierē pariente vociferan-
tem audierat. Dicūt ei. Non eſt poſſibile qd̄ natu
re ↄtrariū eſt. nec eſt ſcibile qd̄ rōni nō eſt ↄſenta

neū. Dixit ergo eis nero. Niſi me feceritis impre-
gnari ⁊ parere oēs vos faciā crudeli morte interi-
re. Tūc illi eū impotionantes. ranā ſibi occulte ad
bibendū dederūt ⁊ eā artificio ſuo in ei⁹ vētre ex-
creſcere fecerūt. ⁊ ſubito vēter ei⁹ nature cōtraria
nō ſuſtinēs itumuit: ita vt nero ſe puero grauidū
eſtimaret. Faciebātqꝫ ſibi ſeruare dietā qualē nu-
triēde rane nouerāt cōuenire dicētes ꝙ ꝑpter cō-
ceptū talia eū obſeruare oporteret. Tandē nimio
dolore vexat⁹ medicis ait. Accelerate tp̄s part⁹.
qꝛ languore pariēdi vix anhelitū habeo reſpirādi
Tūc ipm̄ ad vomitū impotionauerūt. ⁊ ranā viſu
terribilē hūorib⁹ infectā ⁊ ſanguie edidit cruēta-
tam. Reſpiciensqꝫ nero partū ſuū ipm̄ obhorruit.
⁊ mirabaꝛ adeo mōſtruoſuꝫ. Dixerāt aūt ꝙ tā mō-
ſtruoſuꝫ ⁊ deformē fetū ꝑtulerit. ex eo ꝙ tp̄s par-
tus noluerit expectare. Et ait. Fui ne tal' de mīis
egreſſus latibul'. Et illi. Etiā. Precepit ergo vt fe-
tus ſuus alereꝛ: ⁊ teſtudini lapidū ſeruādus inclu-
dereꝛ. Hec aūt in cronicis nō legūtur: ſed apocrifa
ſunt. Deinde mirat⁹ qual' ⁊ quāta fuerit ſucceſſio
troye. romā ꝑ. vij. dies ⁊ noctes ſuccēdi fecit. Quā
ex altiſſima turri ꝓſpectans. letatusqꝫ flāme pul-
critudine. tergido habitu heliadā decātabat. Hic
ſicut hētur in cronicis: rhetib⁹ aureis piſcabaꝛ. cā-
tib⁹ intēdebat. ita vt oēs citharistas ⁊ tragedos
ſuparet. Virū in vxorē duxit. ipſe a viro vt vxor ac-
cept⁹ eſt. vt ait oroſi⁹. Romani vō ei⁹ veſaniā vlte-
ri⁹ nō ferētes: in eū impetū fecerūt. ⁊ vſqꝫ extra ci-
uitatē ꝑſecuti ſunt. Qui vidēs ꝙ euadere nō poſ-
ſet fuſtē dentiū morſib⁹ exacuit: ⁊ ſe ꝑ mediū palo
trāſfixit. ⁊ tali morte vitā finiuit. Alibi tñ̄ legiꝛ ꝙ
a lupis deuorat⁹ ſit. Redeūtes igiꝛ romani: ranā
in teſtudine latitātē inuenerūt: ⁊ ipam extra ciui-
tatē ꝓijciētes cōbuſſerūt. Vñ ⁊ pars illa ciuitatis
vbi latuit rana lateranis a latēte rana nomē acce-
pit. ¶ Tpe ſancti cornelij pape greci fideles
aplo꜡ corꝑa furati eadē aſportabāt. Sꝫ demones
ī idol' habitātes diuia coacti vtute clamabāt: viri
romani ſuccurrite: qꝛ dij vr̄i auferunꝛ. Qua ꝑpter
fidelib⁹ intelligētibus de aplis. gētib⁹ vō de ſuis
dijs. mltitudo adunata fideliū ⁊ infideliū illos ꝑ-
ſeqtur. Vñ greci timētes apō cathecūbas aplo꜡
corꝑa in puteū ꝓiecerūt. ſꝫ a fidelib⁹ inde poſtmo-
dū ſūt extracta. Greg. in regiſtro dicit ꝙ tāta eos
vis tonitrui atqꝫ fulguris terruit ac diſꝑſit: vt ea
apud cathecūbas dimitterēt. Sed cū dubitarēt q̄
oſſa eſſent bti petri. ⁊ q̄ bti pauli. orātibus fideli-
bus ⁊ ieiunijs inſiſtētib⁹ de celo eis rñ̄ſuꝫ ē. Ma-
iora oſſa ſunt p̄dicatoris. minora vō piſcatoris. Et
ſic oſſa ab inuicē ſeꝑauerūt. ⁊ in ſuis eccl'ijs quas
cuilibet edificauerāt poſuerūt. Alij vō dicūt ꝙ ſil-
ueſter papa volēs eccl'ias ꝯſecrare tam magna ꝙ
parua oſſa in lance ſumma reuerētia pōderauit ⁊
medietatē in vna eccl'ia ⁊ medietatē in alia collo-
cauit. ¶ Refert greg. in dyaloge ꝙ in eccl'ia ſacti
petri vbi corp⁹ eius reqeſcit. vir qdā erat agōcius
noīe magne hūilitatis ⁊ ſanctitatis exiſtēs. Cum
vō qdā puella paralitica in ei⁹ eccl'ia ꝑmanēs mani-
bus repet. ⁊ diſſolutis renib⁹ ⁊ pedibus corpus ꝑ
terrā traheret. diuqꝫ a btō petro ſanitatē peteret
ei ꝑ viſionē aſtitit dicēs. Vade ad agonciū māſio-
nariū ⁊ ipſe te ſaluti reſtituet. Cepit igiꝛ illa ꝑ ec-
cleſie loca ſe huc atqꝫ illuc trahere. ⁊ qs eſſꝫ agon-
cius inueſtigare. Cui repēte obuiā ipe fact⁹ ē quē
q̄rebat eiqꝫ dixit. Paſtor ⁊ nutritor nr̄ beat⁹ pe-
tr⁹ apl's ad te me miſit vt ab infirmitate mea me
liberes. Cui ille rñ̄dit. Si ab ipo miſſa es ſurge.
Apphenſaqꝫ eius manu ipaꝫ leuauit illaqꝫ nullo
lāguoris veſtigio remanēte plene ſanata fuit. In
eodē quoqꝫ libro ait greg. ꝙ galla vrbis rome no-
biliſſima puella ſimachi ꝯſulis ac patricij filia ma-
rito tradita in vni⁹ anni ſpacio ei⁹ eſt morte vidua-
ta. Quā dū ad iterādū thalamū etas ⁊ opes voca-
rēt elegit magis ſpūalib⁹ nuptijs copulari deo in
qb⁹ a luctu incipiꝛ: ſꝫ ad eterna gaudia ꝑueniꝛ ꝙ
carnalib⁹ nuptijs ſubijci q̄ a letitia ſꝑ incipiūt. et
ad finē cū luctu tendūt. Huic aūt cū valde ignea
cōſꝑſio corꝑis ineſſet. ceperūt medici dicere: qꝛ ni-
ſi ad amplex⁹ viri rediret calore nimio cōtra natu-
rā barbā habitura eſſet. Quod ita poſt factū eſt. Sꝫ
illa nichil exteri⁹ deformitatis timuit q̄ interiorē
ſpeciē amauit nec verita eſt ſi hoc in ea fedareꝛ ꝙ
a celeſti ſponſo nō amareꝛ. Abiecto igiꝛ ſecl'ari ha-
bitu apud eccl'iaꝫ ſacti petri monaſterio ſe dedit.
ibiqꝫ multis ānis in ſimplicitate orōnib⁹ ⁊ elemo-
ſinis deo ſeruiuit. Tandē cācri vlcere in māmilla
ꝑcuſſa. dū an̄ ei⁹ lectū duo cādelabra ſꝑ lucerēt: qꝛ
velut amica lucis nō ſolū ſpūales ſꝫ etiā corꝑales
tenebras odio hēbat vidit btm̄ petrū aplm̄ inter
ipſa duo luminaria an̄ ei⁹ lectū ꝯſtituiſſe. Que ex
amore ſumēs audaciā exultauit ⁊ dixit. Quid eſt
dñe me⁹? Dimiſſa ſūt michi pctā mea? Cui ille be-
nigniſſimo vultu inclinato capite ānuit dicēs. Di-
miſſa. Veni. Et illa. Rogo vt ſoror bñdicta mecū
veniat. Et ille. Non ſꝫ tal' veniat tecū. Quod illa ab-
batiſſe indicās. die tercia cū illa defūcta eſt. In co-
dē inſuꝑ libro greg. ait ꝙ dū p̄ſbiter qdaꝫ magne
ſctitatis ad extrēa deduct⁹ eſſet cū magna letitia
clamare cepit dicēs. Beneueniāt dñi mei. beneue

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

niſt dñi mei. Quid ad tantillū ſeruū vrm dignati eſtis veire? Uenio.venio.gras ago.gras ago. Cū q̄ q̄ aſtabāt qb⁹ hec diceret interrogarēt.ille admirādo rndit. Nunqd ꝯueniſſe hic ſctōs aplos petru ⁊ paulū nō videtis? Cū vō iterū vt prı⁹ repeteret.ſtā illa aīa e carne ſoluta eſt. Dubitaꝛ ab aliqb⁹ vtrū eadē die petr⁹ ⁊ paul⁹ paſſi ſint. Dixerūt aūt qdā q̄ eadē die reuoluto āno. Sꝫ hiero.⁊ oēs fere ſācti q̄ de hoc tractāt in hoc ꝯcordāt q̄ eodē die ⁊ āno paſſi ſunt ſicut manifeſte etiā hētur ex epl'a dyon.ſij.⁊ ſicut dicit leo vel maxim⁹ ſcōm queſdā in quodā ſermone.vbi ſic ait. Nō eñ ſine cāſeñ putam⁹.q̄ vna die.in vno loco.vni⁹ tirāni tollerauere ſnīaꝫ. In vno die paſſi ſunt vt ad xp̄m pariter ꝑuenirēt.vno loco:ne alteri roma deeſſet ſub vno ꝑſecutore:vt equal' crudelitas vtrūq̄ cōſtringeret. Dies ergo ꝓ merito.loc⁹ aūt ꝓ glīa.ꝑſecutor aūt idē decret⁹ eſt ꝓ vtute. Hec leo. Licet aūt eadē die ⁊ hora paſſi ſint nō tñ eodē loco ſꝫ in diuerſis. Et q̄ dicit leo q̄ eodē loco paſſi ſunt.hoc dicit ex eo ꝙ ābo rome paſſi fuerūt. De hoc qdam vſib⁹ dixit. Enſe coronaꝛ paul⁹.cruce petr⁹.eodē. Sub duce.luce.loco.dux nero.roma loc⁹. Itē ali⁹ Enſe ſacrat paulū.par.lux.dux.vrbs.cruce petrū Licꝫ aūt eadē die paſſi fuerint.ordīauit tñ greg. vt ipa die ſpāli⁹ fieret quo ad officiū ſolennitas petri ⁊ in ſequēti die ꝯmēoratio pauli. Tū qꝛ ea die fuit dedicata eccl'ia ſācti petri.tū qꝛ maior eſt dignitate.tū qꝛ prior cōuerſione.tū qꝛ primatum tenuit rome.

## De ſancto paulo apoſtolo lxxxv A



Paulus interpretaꝛ os tube.vel os corꝑ ſeu electū mirabile.vel electionis miraculū. Uel paulus a pauſa qd eſt requies hebraice.⁊ modicus latine. Per hec intelligūtur ſex prerogatiue quas habuit paulus pre ceteris. Primū eſt lingua fructuoſa:qꝛ ab ylirico vſq̄ ad hieruſalē ꝑdicauit euāgeliū.⁊ ideo dicitꝛ os tube. Scdm charitas viſceroſa.qꝛ qs infir.⁊ ego nō infir.⁊c.et inde dicitur os corꝫ.os ſꝫ cordis de quo ipſe dicit. Os noſtrū patet ad vos o corin.cor nō dila.eſt. Terciū eſt ꝯuerſio miraculoſa.⁊ inde dicitꝛ electū mirabile qꝛ mirabil'r elect⁹ ⁊ ꝯuerſus fuit. Quartū eſt manus oꝑoſa.⁊ inde dicitꝛ electionis miraculū. Magnū eñ miraculū fuit qñ elegit ſibi proprijs manibus ſumptus acqrere:⁊ inceſſanter ꝑdicare. Quintū fuit contēplatio delicioſa:qꝛ raptus eſt vſq̄ in terciū celū:⁊ inde fuit dñi reqes. qꝛ in contemplatione exigitur requies mentis. Sextū eſt humilitas virtuoſa:⁊ inde dicitur modicus. De hoc aūt noie paulus tres ſunt opiniones. Origenes vult q̄ ſemꝑ fuerit binomi⁹.⁊ vocatus ſit ipē ſaulus ⁊ paulus. Rabanus vō vult q̄ ante dictus eſt ſaulus a ſaul rege ſupbo.ſed poſt ꝯuerſionē vocat⁹ eſt paulus quaſi paulus a modico et humili ſpū. Uñ ⁊ nomē ſuū interptando dicebat. Ego ſū minim⁹ aploꝝ ⁊c. Beda aūt vult q̄ dict⁹ ē paul⁹ a ſergio paulo ꝓcōſule quē ad fidē ꝯuertit Paſſionē ſancti pauli linus papa conſcripſit.

Paulus apl's poſt ſui ꝯuerſionē multas ꝑſecutiones paſſus eſt:quas beat⁹ hilari⁹ breuiter enūerat dicēs. Paulus apl's in philippis virgis ceditur.in carcere ponitur.et ligno pedibus affigitur.in liſtris lapidaꝛ.in ychonio ⁊ theſſalonica ab iniqs ꝑſeqtur.in epheſo feris datur.in damāſco ꝑ ſportā e muro deponitur. in hieruſalē ſiſtitur.ceditꝛ.ligatur.inſidiaꝛ.in ceſarea.clauditꝛ.criminaꝛ. Nauigās in italiā ꝑiculo deꝑgitur. Romā veniēs ſub nerone iudicatur ⁊ ocios finitur. Hec hilari⁹. Apl'atū inter gētes accepit. Quendā ꝯtractū in liſtris erexit. Iuuenem q̄ de feneſtra ceciderat ⁊ expirauerat ſuſcitauit. et mlt'a alia miracula fecit. Apud mitilenā inſulā vipera manū ei⁹ inuaſit ſꝫ nihil leſit quin poti⁹ in ignē ipam excuſſit. Dicitꝛ quoq̄ q̄ oēs q̄ de progenie illi⁹ hoīs q̄ paulū hoſpitio ſuſcepit naſcuntꝛ a venenoſis nullaten⁹ ledūtur. Unde cum pueri nati ſunt.in cunis eoꝝ patres ſerpētes ponunt. vt ꝓbēt ſi veri eoꝝ filij ſint. Inuenitur aūt aliqñ q̄ paulus eſt minor petro.qñq̄ maior.qñq̄ equalis. Sꝫ reuera minor dignitate. maior ꝑdicatione

equalis ſanctitate. Refert haymo ꝙ paulus a pulloꝝ cātu vſq ad q̄ntā horā labori manuū inſiſtebat. deinde ꝑdicationi vacabat. ita ꝙ plerūq vſq ad noctē ſermonē ꝓtrahebat. Reſiduū vero tꝑis ꝯmeſtioni. ſomno. orōni ſatis neceſſariū erat. Dū vero veniſſet romā cū nero nondū eſſet in imperio cōfirmat⁹. et etiā audiēs ꝙ de lege iudeoꝝ et fide xpianoꝝ inter paulū et iudeos q̄ſtio vertebatur. nō multū inde curauit. et ſic paulus quo volebat libere ibat et libere ꝑdicabat. Hiero. quoq in li. de viris illuſtrib⁹ ait. ꝙ. xxv. anno a paſſiōe dn̄i hoc eſt neronis ſecūdo. paulus romā vinct⁹ mittit et ꝑ bienniū in libera manens cuſtodia aduerſus iudeos diſputauit. Deinde a nerōe dimiſſus euāgeliū in occidētis ꝑtibus ꝑdicauit. Xiiij. vo neronis anno. eodē āno et die quo crucifix⁹ eſt petrus: capite trūcatur. Hec hiero. Eius aūt ſapiētia et religio vbiq diuulgebat: et ab oībus admirabil' habebat. Multos etiā de domo ceſaris ſibi in amicitiā copulauit: et eos ad fidē xpi ꝯuertit. Quedā etiā ſcripta ei⁹ corā ceſare recitata ſunt et ab oīb⁹ mirabilr̄ cōmēdata. Senatus etiā de illo alta nō mediocriter ſentiebat. Quadā vo die dū paul⁹ circa veſꝑas in quodā ſolario ꝑdicaret qdā iuuenis noīe patrocl⁹ pincerna neronis et ſibi admodū dilectus. vt paulū ꝓpter multitudinē cōmodi⁹ audiret feneſtrā aſcēdit et paululū ibi dormitādo decidens expirauit. Qd audiēs nero plurimū de ei⁹ morte doluit: et ſtatim aliū in ei⁹ officiū ordinauit. Paulus vero in ſpū hoc cognoſcēs dixit aſtātib⁹ vt illucirent. et patroclū ceſaris chariſſimū ad ſe defunctū afferrēt. Quē allatū paulus ſuſcitauit. et ad ceſarē cū ſocijs ſuis miſit. Qui cū de morte ei⁹ lamētaret: ecce patrocl⁹ viuus adeſſe ꝑ forib⁹ nūciat. Audiēs nero patroclū viuū quē paulo ante nouerat mortuū ꝑlimū q̄dē expauit: et cū ad ſe ingredi recuſauit. Sꝫ tandē ꝑſuaſu amicoꝝ introire ꝑmiſit. Cui nero ait. Patrocle viuis? Et ille. Ceſar viuo. Et nero ait. Quis te fecit viuere? Cui ille. Dn̄s iheſus xp̄s rex oīm ſcl'oꝝ. Irat⁹ nero dixit. Ergo ille regnabit i ſcl'a. et reſoluet oīa regna mūdi? Cui patrocl⁹. Etiā ceſar. Tūc nero dedit illi alapā dicēs. Ergo militas illi regi. Et ille. Utiq milito. qꝛ me a mortuis excitauit. Tūc q̄nq miniſtri imꝑatoris q̄ ei iugiter aſſiſtebant dixerūt ei. Cur imꝑator ꝑcutis iuuenē prudentē et veraciter rn̄dentē? Nam et nos illi regi inuictiſſimo militamus. Quod audiēs nero eos recluſit in carcerē vt eos nimiū torq̄ret quos āte nimis dilexerat. Tūc oēs xpianos fecit inq̄ri: et oēs ſine interrogatiōe puniri. ¶ B Tūc paulus vinctus inter ceteros añ neronē duct⁹ eſt. Cui nero. O hō magni regis ſeruus michi aūt vinctus: cur milites meos michi ſubtrahis et tibi recolligis? Cui paulus. Non ſolū de tuo angulo milites collegi: ſꝫ etiā de orbe vniuerſo qb⁹ rex nr̄ dona talia q̄ nunq̄ deficiēt. et oēs excludēt indigētiā largiet. Huic ſi ſubiect⁹ eſſe volueris ſalu⁹ eris. Qui tāte extat potētie vt iudex oīm veniat. et mūdi hui⁹ figurā ꝑ ignē reſoluat. Hoc audiēs nero et ira ſucceſſus qꝛ figurā mūdi ꝑ ignē paulus dixerat diſſoluendā. oēs milites xpi igne iuſſit cremari. paulū vo tanq̄ maieſtatis reū capite trūcari. Tanta aūt xpianoꝝ tūc occiſa eſt turba vt ppl's roman⁹ palaciū virtute irrūperet. et ſeditionem cōtra eū excitare moliēs ꝓclamaret. Pone modū ceſar. tēpera occiſionē vel iuſſionē. noſtrates ſūt quos ꝑdis. romanū tuētur imꝑiū. Timēs imꝑator mutauit edictū: vt null⁹ xpianos tangeret: donec imꝑator de eis plen⁹ iudicaret. Quapropter paul⁹ iterū eſt reductus et aſpectui neronis oblatus. Quē vt nero vidit: vehementiſſime exclamauit. Tollite maleficū. decollate impoſtorem. nec ſinite viuere criminatorē. ꝑdite ſenſuum alienatorē. auferte de ſupꝑficie terre mētiū immutatorē. Ad quē paulus ait. Nero tꝑe modico patiar ſed viuā eternalr̄ dn̄o iheſu xp̄o. Nero dixit. Auferte ab eo caput vt me rege ſuo fortiorē intelligat qui eū deuici: et videam⁹ ſi ſꝑ viuere valeat. Cui paul⁹. Ut ſcias me p⁹ mortē corꝑis eternalr̄ viuere: cū michi caput abſciſū fuerit viu⁹ tibi aꝑebo. et tūc cognoſcere poteris qꝛ xp̄s ē de⁹ vite et nō mortis. Et his dictis ad locū ſupplicij ducit. Qui cū duceretur. dixerūt ei tres milites q̄ eū ducebāt. Dic nobis paule qs eſt ille rex vr̄ quē tantū diligitis ꝙ ꝓ eo magis mori q̄ viuere eligitis. et qualē inde mercedē hēbitis? Tūc paul⁹ de regno dei et pena īferni adeo eis ꝑdicauit ꝙ eos ad fidē ꝯuertit. Qui cū rogarēt eū vt libere abiret quo vellet ait. Abſit frēs vt fugiā. Non eñ ſum ꝓfug⁹ ſꝫ miles xpi legitim⁹. Scio eñ ꝙ ꝑ hāc vitā trāſitoriā ad vitā tranſibo eternā. Mox aūt vt fuero decollatus viri fideles rapient corpus meū. Vos autē locū notate: et illuc cras mane venite: inuenietis eñ iuxta ſepulcrū meū duos viros orātes ſcꝫ thytū et lucā. Quib⁹ cū dixeritis qua de cauſa vos ad eos miſi: ipſi vos baptizabūt. et regni celeſtis faciēt ꝯſortes et coheredes. Qd cū loq̄ret miſit nero duos milites vt viderēt ſi adhuc eēt occiſus. Et cū eos vellet ꝯuertere. illi dixerūt. Cū mortu⁹ fueris et reſurrexeris tūc credem⁹ tibi de his que di-

# De ſancto Paulo apoſtolo.

cis. Nūc aūt cito veni: ⁊ qđ meruiſti accipe. Cūq3
ad locū paſſionis ducereť: in porta hoſtēſi cuidā
matrone noīe plātilla diſcipule pauli q̄ ſcđm dyo
niſiū alio noīe dicebať lemobia: q2 forte binomia
fuit obuiā dedit. Que flēs ſuis orōnibꝰ ſe cōmen-
dare cepit. Cui paulus. Uale plantilla eterne ſa-
lutis filia. comoda michi velū quo caput tuuz te-
gis. ⁊ inde oculos meos ligabo. ⁊ poſtmodū tibi
reſtituā illud. Qđ cū ſibi traderet: irridebāt ei car
nifices dicētes. Quid impoſtori illi ⁊ mago tam
p̄cioſum pannū tribuis vt ip̄m amittas? Cū ergo
ad locū paſſionis paulus veniſſet. ad orientē ver
ſus. ⁊ manibꝰ i celū extēſis. diutiſſime cū lacrimis
patria voce orauit. ⁊ gr̄as egit. Poſt hoc valedi-
cēs fribꝰ: oclos ſibi de velo plātille ligauit. ⁊ vtrū
q3 genu i terrā figēs collū extēdit. ⁊ decollatꝰ eſt
Mox eiꝰ caput de corpe exiliēs. ihesus xp̄s qđ ſi-
bi in vita tam dulce extiterat ⁊ tam crebro noīa-
uerat hebraice clara voce inſonuit. Diciť eñ euz
in ſuis ep̄lis xp̄m vel ihesū vel vtrūq3. d. vicibus
noīaſſe. De eiꝰ aūt vulnere vnda lactis, vſq3 in ve
ſtimēta militis exiliuit. ⁊ poſtea ſanguis effluxit.
in aere lux immēſa emicuit. de corpe odor ſuauiſſi
mus emanauit. ¶ Dyoniſiꝰ aūt in ep̄la ad ti
motheū de morte pauli ſic dicit. In hora aūt illa
triſtitie plena: fr̄ mi dilecte dicēte carnifice paulo
collū para: tūc btūs ap̄ls ſuſpexit in celū muniēs
frontē ⁊ pectꝰ ſuū ſigno crucis. ⁊ dixit. Dn̄e ihesu
xp̄e in manꝰ tuas com. ſpi. meū. Et tūc abſq3 triſti
tia ⁊ ꝯpulſiōe extēdit collū ſuū. ⁊ ſuſcepit coronā
Percutiēte aūt carnifice ⁊ amputāte pauli caput
tūc beatiſſimꝰ in xp̄o ictu explicuit velū. ⁊ collegit
ſanguinē ꝓpriū in velo. ⁊ ligauit eū ⁊ obuoluit ⁊
tradidit illi feīe. Et reuerſo militi carnifici: dixit
lemobia. Ubi dimiſiſti mgr̄m meū paulū? Rn̄dit
miles. Cū ſocio iacet ibi extra vrbē i valle pugilū
⁊ velo tuo velata eſt facies eiꝰ. Ipſa aūt rn̄dens
ait. Ecce intrauerūt nūc petrꝰ ⁊ paulus induti ve
ſte p̄clara. ⁊ coronas fulgētes. luce radiātes habe
bant in capitibꝰ ſuis? Et ꝓtulit velū ſanguīe cruē
tatū. ⁊ mōſtrauit eis. Propter qđ opꝰ mlti credi-
derūt dn̄o. ⁊ xp̄iani facti ſūt. Hec dyoniſiꝰ. Audi-
ens nero q̄ ꝯtigerāt vehemēter extimuit. ⁊ de his
oībꝰ cū phis ⁊ amicis loq̄ cepit. Dū hec inuicē lo-
querētur veīt paulꝰ ianuis clauſis: ⁊ añ ceſarem
ſtans ait. Ceſar ecce paulus regis eterni ⁊ inui-
cti miles. Uel nūc crede q2 nō ſum mortuꝰ ſ3 viuꝰ.
S3 tu miſer eterna morte morieris. co q3 ſctōs dei
iniuſte interficis. Et his dictis diſpuit. Nero aūt
ex nimio tīore velut amēs effectꝰ qđ ageret igno-
rabat. ⁊ ſuaſu ⁊ ꝯſilio amicoꝝ patroclū ⁊ barna-
bam cū alijs ſoluit: ⁊ quo vellēt libere abire p̄mi-
ſit. Illi v̄o milites ſ3 longinꝰ mgr̄ militū ⁊ aceſtꝰ
ad ſepulcrū pauli mane veneſt. ⁊ duos viros ſ. tı̄
tū ⁊ lucā orātes: ⁊ i coꝝ medio paulū ſtātē videſt
Quos titꝰ ⁊ lucas vidētes: vehemēter territi fu-
gere ceperūt. ⁊ paulꝰ diſpuit. Illi aūt poſt eos cla
mātes dicebāt. Non vt putatis vos ꝑſeq̄mur. ſ3 a
vobis baptizari volumꝰ. ſicut paulꝰ nobis dixit.
quē mō vobiſcū orantē vidimꝰ. Hoc illi audiētes
reuerſi ſūt. ⁊ cū magno gaudio eos baptizauerūt
Caput aūt pauli in quādā vallē ꝓiectū eſt. ⁊ p̄e
mltitudine alioꝝ q̄ interfecti fuerūt. ⁊ illuc ꝓiecti
īueniri nō potuit. Legiť aūt in eadē ep̄la dyoniſij
q2 cū quadā vice fouea mūdareť ⁊ caput illđ pau
li cū alijs purgamētis ꝓiectū fuiſſet. q̄dā paſtor
illud i virga ſua leuauit. ⁊ iuxta caulas ouiū fixit
Uidit aūt p. iij. noctes ꝯtinuas ip̄e cū dn̄o ſuo ſup
p̄dictū caput lucē ineffabilē refulgere. Qđ cū ep̄o
⁊ fidelibꝰ nūciatū fuiſſet dixerūt. Uere hoc eſt ca-
put pauli. Egreſſus igitur ep̄s ⁊ vniuerſa fideliū
mltitudo caput illud ſecū detulerūt. ⁊ i quadā mē
ſa aurea illud ponētes corpi ꝯiūgere attētabāt.
Quibꝰ p̄triarcha rn̄dit. Nos ſcimꝰ q2 multi fideles
occiſi ſunt. ⁊ coꝝ capita ſunt diſpſa. Un̄ dubito il-
lud caput corpi pauli ꝯiūgere. Sed caput hoc ad
pedes corpis ponamꝰ. ⁊ oīpotentē dn̄m exoremꝰ
vt ſi caput ſuū eſt ꝯuertať corpus ⁊ capiti ꝯiūgať
Qđ cū oībꝰ placuiſſ3 caput ip̄m ad pedes corpis
bti pauli poſuerūt. Et ecce cūctis orātibꝰ ⁊ ſtupē-
tibꝰ corpꝰ ſe vtit. ⁊ in loco ſuo capiti ſe iūxit. Et ſic
oēs deū bn̄dixerūt. ⁊ hoc eſſe caput pauli veraci-
ter cognoueſt. Hec dyoniſiꝰ. ¶ Refert greg.
turoneñ. q̄ tp̄e iuſtini iunioris claruit: q2 quidā de
ſperās laqueū ſibi p̄abat: nomē tñ pauli inuocās
ſp̄ dicebat. Adiuua me ſancte paule. Tūc affuit q̄
dam vmbra ſqualida hortās eū ⁊ dicēs. Eya bo-
ne vir age qđ agis: morā ne feceris. At ille ſemp
parās laqueū dicebat. Beatiſſime paule adiuua
me. Expedito iā3 laqueo affuit alia vmbra tanq̄
hoīs dicēs illi q̄ hoīe3 hortabať. Euge miſerrime
q2 paulus aduocatꝰ aduenit. Tūc ſqualida vm-
bra euanuit. ⁊ hō ad ſe rediēs ⁊ laqueū ꝓiciens
penitentiā cōdignā accepit. Greḡ. in regiſtro. Ex
cathenis beati pauli multa miracula demonſtrā-
tur. ⁊ dū multi parū q̄d ex limatura petūt aſſiſtit
ſacerdos cū lima. ⁊ aliq̄bus petētibus ita concite
aliq̄d de cathenis ip̄is excutitur vt nulla mora ſit
Quibuſdā vero petētibꝰ diu p̄ cathenas ipſas li-
ma duciť. ⁊ tñ vt aliquid inde exeat nō obtinetur

# De ſancto Paulo apoſtolo.

Jn eadē quoqꝫ epl'a q̄ ſupradicta eſt beatus dyo-
niſiꝰ morte beati pauli mgr̄i ſui pijs vbis deplo-
rat dicens. Quis dabit ocul' nr̄is aquas: ⁊ pupill'
nr̄is fontē lacriaꝝ: vt plorem' die ac nocte lumen
ecc'liaꝝ qd̄ extinctū eſt? Quis non induet fletū ⁊
gemitū: aut nō veſtiet lugubribꝰ. ⁊ mēte attonitꝰ
nō obſtupeſcet? Ecce etem̄ petrus fundamētū ec-
cleſiaꝝ. glīa ſctoꝝ aploꝝ a nobis receſſit. ⁊ nos
orphanos dereliq̄t. Paulꝰ quoqꝫ gentiū familia-
ris ⁊ cōſolator pauperū deficit nobis ⁊ vltra non
inuenit. Qui fuit pater patꝝ. doctor doctoꝝ. ⁊ pa
ſtor paſtoꝝ. Abiſſum ſapiē. fiſtulā altiſonā. p̄dica
torē vitatis infatigabilē. paulū dico nobiliſſimuꝫ
aplm̄. Hic angelus terreſtris: ⁊ hō celeſtis. ima-
go ⁊ ſilitudo deitatis ⁊ ſp̄us deiformis oēs nos
dereliq̄t. nos inꝙ inopes ⁊ indignos in hoc mun-
do contēptibili ⁊ maligno. ⁊ ingreſſus eſt ad deū
ſuū dn̄m ⁊ vnicū. Heu frater mi timothee dilecte
aīe mee: vbi eſt pater tuꝰ mgr̄ ⁊ amator? Unde
te vlteriꝰ ſalutabit? Ecce em̄ orphanꝰ factus es: ⁊
remanſiſti ſolus: iam nequaꝙ ſcribet tibi ſua ſan
ctiſſima manu dicens tibi. Fili chariſſime. Ue mi-
chi frater mi timothee. Quid hic accidit triſtitie:
⁊ tenebraꝝ ⁊ damni: q2 orphani facti ſumꝰ? Jaꝫ
nō veniēt ad te ep'le eiꝰ in q̄bus ſcriptū ſit. Pau-
lus modicꝰ ſeruus iheſu xp̄i. Jam nō ſcribet de te
vlteriꝰ ciuitatibus dicēs. Suſcipite filiū meū dile-
ctū. Cōplica frater libros ꝓphetaꝝ: ⁊ ſigna ſup
eos: q2 neminē habemꝰ interp̄tem parabolaꝝ et
paradigmatū ⁊ eloquioꝝ ipſoꝝ. Dauid ꝓpheta
plangebat filiū ſuū ⁊ dicebat. Ue michi pro te fili
mi. ve michi. Ego aūt. Ue michi magiſter mi. ve-
re ve michi. Amodo defecit ⁊ ceſſauit cōcurſus di
ſcipuloꝝ tuoꝝ rome venientiū ⁊ querentiū nos.
Jam nemo dicturꝰ eſt: eamus ⁊ videamꝰ docto-
res nr̄os. ⁊ interrogemꝰ eos qualiter nos regere
oporteat eccleſias nobis cōmiſſas. et interp̄eta
buntur nobis eloquia dn̄i nr̄i iheſu xp̄i. ⁊ eloquia
ꝓphetaꝝ. Uere ve his filijs frater mi qui priuati
ſunt patribꝰ ſp̄ualibus quibꝰ priuatꝰ eſt grex. Et
nobis etiā frater ve qui priuati ſumus mgr̄is no-
ſtris ſp̄ualibus: qui collegerāt intellectū ac ſcien
tiam veteris ac noue legis. ⁊ colligauerāt in ſuis
ep'lis. Ubi eſt curſus pauli: ⁊ labor ſanctoꝝ pedū
eius: Ubi eſt os loquēs. ⁊ lingua conſulēs ⁊ ſp̄us
beneplacēs deo ſuo? Quis nō ploret ⁊ vlulet? Nā
qui meruerit gl'iaꝫ ⁊ honorē apud deū. tanꝙ ma
lefactores traditur in mortē. Ue michi qm̄ in illa
hora intuitus ſum corpus ſanctū: ſanguine inno-
centi cruentatū. Heu michi pater mi magiſter et
doctor. non quidem reus tali morte extitiſti. Nūc
ergo quo ibo te q̄rere: gloria chriſtianoꝝ ⁊ laus fi
deliū? Quis cōticeſcere fecit vocem tuam fiſtula
altiſona: plectrū pſalterij decacordi? Ecce introi-
ſti ad dn̄m deum tuū quem deſideraſti. ⁊ toto af-
fectu ꝯcupiſti. Hieruſalē ⁊ roma praua amicitia
equales facte ſunt in malo. Hieruſalem crucifixit
dn̄m noſtrū iheſum xp̄m. roma vero aploſ eiꝰ in-
teremit. Hieruſalē aūt ſeruit ei quē crucifixit. ro
ma aūt ſolenniꝫando glorificat quos interemit.
Et nūc frater mi timothee: quos dilexiſti ⁊ toto
corde deſiderabas. ſaul dico regem ⁊ ionathan in
vita ſua non ſunt ſep̄ati nec in morte. Et ego non
ſum ſep̄atus a dn̄o mgr̄o meo: niſi cū ſep̄auerunt
nos hoīes peſſimi ⁊ iniqui. Et ſep̄atio huiꝰ hore
nō erit ſemꝑ. Aīa eius cognoſcit dilectos. ⁊ ſine
hoc q̄ eis loquatur qui nunc ab eo elongati ſunt.
Jn die aūt reſurrectionis magna iactura eſſet ſe
parari ab eis. Hec dyoniſiꝰ. Johannes chriſo. in
libro de laudibus pauli hūc glorioſum aplm̄ mul
tipliciter cōmendat ſic dicēs. Nichil prorſus erra-
uit qui pratū inſigne virtutū ac paradiſum ſp̄ua-
lem pauli animā nūcupauit. Que aūt lingua lau
dibus eiꝰ inueniat equalis: cū oīa q̄ in oībus ſunt
bona. aīa ſua vna poſſideat ⁊ ea cūcta plene accu
mulet nec ſolū hoīm: ſed etiā qd̄ eſt amplius an-
geloꝝ. Nec tn̄ idcirco reticebimꝰ quin potiꝰ pauca
dicemꝰ. Eſt em̄ hoc maximū laudis genus cū ora-
tionis copiaꝫ virtus ſup̄at ⁊ magnitudo laudati.
Sicqꝫ vinci mlt'o eſt nobis glorioſiꝰ q̄ ſepe viciſſe
Unde igitur oportuniꝰ laudū eius ſumemꝰ exor
diū niſi ab hoc ipſo primū: vt oſtendamꝰ cū bona
oīm poſſidentē? E Abel obtulit ſacrificiū ⁊
inde laudatur: ſed ſi pauli hoſtiā adducamꝰ in me
diū quantū celū a terra ſuperior apparebit. Siqui-
dem ſemetip̄m ꝑ dies ſingulos immolabat. Quaꝫ
tn̄ hoſtiā dupl'r offerebat. tū in corde. tū in corpe
mortificationē circūferens. Non em̄ oues offere-
bat aut boues: ſed ſeip̄m dupl'r immolabat. Neqꝫ
his cōtentus fuit: ſed etiā orbem vniuerſum ſtu-
duit offerre. qui terrā ac mare. grecā atqꝫ barba-
riem. omnēqꝫ ſub ſole regionē quaſi volitans cir-
cuiuit. ex hoībus angelos faciens. quinimo ipſos
hoīes quaſi ex demonibus in angelos ꝓuehens.
Quid huic hoſtie rep̄ietur equale quā paulꝰ gla-
dio ſp̄ualiter immolauit: ⁊ in illo altari qd̄ ſup ce-
lū locatū eſt obtulit? Sꝫ abel dolo germani ꝑcuſ-
ſus occubuit. paulꝰ vō ab eis interfectꝰ eſt quos
ab innumeris malis cupiebat eruere. Uis aūt eiꝰ
innumeras tibi oñdā mortes tot vtiqꝫ quot etiā

# ¶ De ſancto Paulo apoſtolo.

dies vixit. ¶ Noe ſe tm̄ in archa legitur ſeruaſſe
cū liberis. hic aūt multo ſeuiore inundāte diluuio
nō archā coaptādo cōpaginibꝰ tabulaꝝ ſed epl'as
cōponēdo ꝓ tabulis. vniuerſum orbem periclitan
tem ex medijs fluctibꝰ liberauit. Hec autē archa
nō vno loco circūfertur ꝗ orbis terminos cōprehē
dit. nec bitumine ac pice ſed ſpūſancto eiꝰ tabule
ſunt guncte. Hec ſuſcipiēs pene irrōnabilibꝰ aīali
bus ſtultiores. imitatores efficit angeloꝝ. Hinc
quoqꝫ illā vicit archā: qꝛ illa coruū recipiēs coruū
rurſū emiſit. ⁊ includēs lupū feritatē eiꝰ mutare
nō potuit. ¶ Hic vero accipitres miluoſqꝫ ſuſcipi
ens fecit colūbas. ⁊ excludēs omnē feritatē. man
ſuetudinē ſpūs introduxit. Abrahā mirantur oēs
qꝛ ad dei ꝓceptū patriā atqꝫ ꝯgnatos reliqt. Sed
quō paulo poſſet equari ꝗ nō tantūmodo patriā
vel cognatos: ſed ipm̄ quoqꝫ mundū reliquit: imo
etiā celū. ⁊ celū celi? Et hec oīa xp̄m ſuſcipiēdo de
ſpexit. vnū ꝓ cūctis iſtud ſolū. id eſt. xp̄i charitatē
requirēs. neqꝫ p̄ſtia inqt neqꝫ futura neqꝫ altitu
do ⁊c. Sed ⁊ abrahā in piculū ſe tradēs hoſti
bus filiū fratris eripuit. At paulus vt vniuerſum
orbem de ipa diaboli extraheret manu. innume
rabilia picula ſuſtinuit. ꝓprijſqꝫ mortibꝰ maximā
ſecuritatē alijs cōparauit. Filiū quoqꝫ abrahā vo
luit immolare. paulꝰ vero ſemetipm̄ millies im
molauit. In yſaac patientiā aliq admirātur: quō
puteos a ſe factos obſtrui patiebatur. At paulꝰ
nō puteos cernēs lapidibꝰ obrutos ſꝫ ꝓpriū cor
pus nō ſolū ſicut ille cedebat ſꝫ eos etiā a qbꝰ pa
tiebatur in celū ſtudebat euehere. Quāto eñ am
pliꝰ obruebatur iſte fons tāto magis erūpebat. ac
pl'ices a ſe fluuios effundēdo manabat. ¶ De lon
ganimitate atqꝫ patiētia iacob: ſcriptura miratur
Et ꝗ nam illa eſt tā adamātina aīa ꝗ pauli pati
entiā poſſit imitari? Neqꝫ eñ ſeptē annoꝝ ſed to
tius vite ſeruitiū ꝓ ſponſa ꝑtulit xp̄i. nō aduſtus
ſolū eſtu diei ⁊ noctis gelu. ſꝫ tētationes ꝑpeſſus
⁊ nūc qdē verberibꝰ. nūc vō lapidibꝰ ſciſus atqꝫ
colliſus. ⁊ inter certamina vbiqꝫ ꝓſiliens. captas
oues ex diaboli faucibus abſtrahebat. ¶ Sed io
ſeph pudicicie virtute decoratꝰ eſt. ⁊ ego vereor
ne iam ridiculū ſit hinc etiā paulū laudare ꝗ ſe
metipſum crucifigēs nō ſolū hūanoꝝ corpoꝝ pul
critudines ſed oīa etiā que videtur rebꝰ clara ac
decora cernebat quēadmodū nos fauillā cinerē
qꝫ cōſpicimꝰ qui quaſi mortuꝰ ꝓrſus ad mortuum
immobil' ꝑmanebat. ¶ Stupēt iob oēs hoies eſt
eñ athleta admirabilis. At paulus nō menſibus
tm̄ ſed annis pluribus in agone ꝑdurās tam cla
rus emicuit. non teſte gleba ſaniem carnis radēs
ſed ipſius intelligibile os leonis frequēter incur
rens ⁊ pugnās aduerſus tētationes innumeras
omni erat lapide tolerātior. ¶ Qui nō a tribus ⁊ a
quatuor amicis ſed a cūctis infidelibus. a fratri
bus etiā obprobria ſuſtinebat. cōſputus ab omni
bus atqꝫ maledictus. Et illi erat magna hoſpita
litas ⁊ cura pauperū. Sed quā curā ille impede
bat carne debilibꝰ: hanc iſte animis morbidis ex
hibebat. Illiꝰ omni aduenienti aperiebat domus
huius vero aīa vniuerſo patebat orbi. Et ille q
dem cū oues ⁊ boues hrēt innūeros: erat in pau
peres liberalis. hic vō nichil ampliꝰ corꝑe ſuo poſ
ſidens de hoc ſufficiēter indigētibus miniſtrabat
Qd alicubi cōmemorās neceſſitatibꝰ inqt meis ⁊
his ꝗ mecū erāt miniſtrauerūt manus iſte. Sed
etiā vlnes atqꝫ vulnera ſeuos ſctō iob inferebāt
dolores. Sꝫ ſi pauli vbera. famē. cathenas. picu
laqꝫ ꝯſideres ꝗ a domeſticis ab extraneis ⁊ a ce
tero patiebat orbe. ſolicitudinē quā ipſe ꝓ eccl'ijs
vſtionē quā ꝓ ſcādalizatis ſingul' ꝑferebat. vide
bis ꝙ oī erat ſaxo durior. Anīa illa ⁊ ferrū atqꝫ
adamantē firmitate ſupabat. Que eñ ille corꝑe
hec mēte paulus ſuſtinuit. Quē oī merore mole
ſtior de ſingul' qbuſcūqꝫ labētibꝰ meſticia ꝯſume
bat. Vñ ⁊ iuges ex eo fontes lacriāꝝ nō diebꝰ ſo
lum ſꝫ etiā noctibꝰ effluebāt. Oīqꝫ muliere partu
riēte vehemētiꝰ affligebat in ſingul'. Propter qd
etiā dicebat. Filioli mei quos iteꝝ parturio. Moy
ſes ꝓ iudeoꝝ ſalute deleri elegit de libro. Moy
ſes itaqꝫ ſe cū ceteris obtulit ꝑire. paulꝰ ꝓ cete
ris. Non eñ cū peūtibꝰ ꝑire voluit ſꝫ vt alij ſalua
rent ipe de glīe eternitate decidere. Et qdem ille
pharaoni. hic diabolo quotidie repugnabat. Ille
ꝓ vna gēte. iſte ꝓ vniuerſo orbe certauit. ñ ſudo
re ſꝫ ſanguie. ¶ Johannes in cibū locuſtas ⁊ mel
ſilueſtre ſumebat: ſ; paulꝰ ita in medio mūdi ſtre
pitu quēadmodū ille in heremo qete verſatꝰ eſt.
nō quidē paſtus locuſtis aut melle ſilueſtri. mul
to aūt his victu meliori ꝯtentus eſt. ac neceſſario
qdē indulgēs cibo. feruēti ſtudio p̄dicādi. Uerum
illiꝰ aduerſus herodiadē apparuit magna ꝯſtātia
⁊ ille nō vnū aut duos aut tres ſed innūeros ⁊ ſilr
poſitos ꝑtāte corripuit imo longe illo ſeuiores ti
rānos. ¶ Reſtat vt paulū iam angelis cōpa
remus. in qbus magnificū p̄dicamꝰ: qꝛ cū oī cura
deo obediunt. Qd dauid admirādo dicebat. Potē
tes virtute faciētes verbū eius. Quid vero aliud
ꝓpheta in angelis miratꝰ: Qui facit inqt angelos
ſuos ſpūs. ⁊ miniſtros ſuos ignē vrentē. Sꝫ hoc in

paulo poſſumus inuenire qui velut ignis ac ſpi-
ritus totū terraꝝ ꝑcurrit orbē ⁊ ꝑcurrēdo purga
uit:ſed necdū celū iſte ſortitꝰ eſt. ⁊ hoc eſt oīno mi
rabile:ꝙ talis verſat in terris etiā mortali adhuc
carne circūdatus. Quāta ergo nos ꝯdēnatione di
gni ſumꝰ cū vno hoīe bona in ſe oīa ꝯgregāte nec
minimā quidē ꝑtem coꝝ ſtudemus imitari. Non
eīm aliā eſt ille ſortitꝰ naturā:nec diſſilēm nactus
animā:nec alterū habitās mūdū: ſꝫ in eadē terra
eadēq; regione. ſub eiſdē etiā legibus nutritus ⁊
moribus cunctos qui nūc ſunt hoīes vel fuerunt
animi virtute tranſcēdit. Nec vero in illo hoc ſolū
mirabile eſt ꝙ ꝑ habūdantia deuotionis quodā-
modo non ſenſit dolores ꝓ virtute ſuſceptos: ſed
etiā ꝙ virtutē ipſam ꝓ mercede penſauit. Nam ⁊
nos qdē ꝓpter eā ꝓpoſita mercede certamꝰ quā
ille ꝯplectēs etiā ſine p̄mio diligebat. Cūcta illa
q̄ aſpitate ſui vidētur impedire virtutē cū omni
manſuetudine ꝑpetiēs quotidie celſior. quotidie
aſſurgebat ardētior. Et intētatis ſibi ꝑiculis no-
ua ſemꝑ alacritate pugnabat. Qui cū ſibi mortē
iam imminentē videret ad cōmunionē delectati-
onēq; gaudij alios ꝓuocabat dicēs. Gaudete et
cōgratulamini michi. Itaq; ad ꝯfuſionē ⁊ iniuri-
as quas ob p̄dicādi ſtudiū ſuſtinebat magiſꝙ ad
honoꝝ oblectamēta ꝓperabat. mortis potiꝰ ꝙ vi
te deſideriū appetēs paupratis ꝙ opulētie. ⁊ mlt
to ampliꝰ laborē ꝙ alij requiē poſt laborē ac me-
q̇d de eis decius decreuiſſet. At ille r̄ndit. Sicut
dixi in ſero queſiti fuimus vt ydolis īmolaremus.
Ecce quid de nobis cogitat imꝑator. R̄ndit maxi-
mianus. Et deus ſcit ꝙ nō ſacrificabimus. Cumqꝫ
ſocios confortaſſet iuſſit malcho vt empturus pa-
nes ad vrbem deſcenderet. et plures q̄ heri affe-
rens panes quid iuſſiſſet imꝑator rediēs nūciaret
Tollēs ergo malchus. v. ſolidos de ſpelunca exiJt
et videns lapides miratus eſt. Sed aliud cogitās
parū de lapidibus cogitauit. Ueniēs igiꝛ timidus
ad portā vrbis valde miratus eſt vidēs ſuꝑpoſitū
ſignū crucis. Unde ꝑgens ad alterā portā duꝫ ideꝫ
ſignū inuenit vltra modū miratus eſt. Uidēs oēs
portas ſigno crucis appoſito. et mutatā ciuitatē. ſi
gnāſqꝫ ſe ad primā portā rediJt ſe exiſtimans ſom-
niare. Uñ ſe cōfirmās et vultū opiens vrbē ingre-
ditur. et veniēs ad venditores panum audiuit ho
mines loquētes de xp̄o et amplius ſtupefactus ait
Quid eſt inquit ꝙ heri nemo audebat xp̄m nomi-
nare. et nunc oēs xp̄m cōfitentur. Puto ꝙ hec nō
eſt epheſoꝝ ciuitas. q꞉ aliter edificata eſt. ſꝫ aliā ci
uitatē neſcio talē. Et cū interrogans audiſſet hāc
eſſe epheſuꝫ. errare veraciter ſe putauit. et redire
ad ſocios cogitauit. acceſſit tñ ad eos qui panē ven
debant. Et cū argēteos ꝓtuliſſet mirati vendito
res dicebāt adinuicem ꝙ ille iuuenis antiquū the-
ſaurū inueniſſet. Malchus vero ad inuicē loquē-
tes videns. putabat ꝙ vellent eū trahere ad imꝑa

toꝛem.et territus rogauit eos vt ſe dimitterent et
panes et argenteos retinerent. At illi tenētes cū
dixerūt ei. Vñ es tu qꝛ theſauros antiquoꝝ impa
toꝝ inueniſti. indica nobis et erimus ſocij tecum
et celabimus te. quia aliter celari nō potes. Mal
chus vero nō inueniebat qḋ diceret illis pꝛe timo
re. Illi vero vidētes eū tacentē. miſſo fune ī collo
eius trahebant per vicos vſqꝫ in mediū ciuitatis.
Et exijt rumoꝛ ad omnes ꝙ quidā iuuenis theſau
ros inueniſſet. Congregatis ergo ad eū vniuerſis
et eū mirātibus volebat eis ſatiſfacere ꝙ nichil in
uenerat. Et circūſpiciēs omēs a nemine cognoſci
poterat. Et ꝓſpiciēs in pplm volebat cognoſcere
aliquē de ꝯſanguineis ſuis quos veraciter viuere
putabat. et nullū inueniēs ſtabat quaſi inſanus in
medio ppli ciuitatis. Qḋ cū audiſſet ſanctus mar
tinus eps et antipater ꝓconſul qui nuꝑ ī vꝛbē ad
uenerat. mādauerunt ciuibus vt eū caute adduce
rent. et argēteos eius. Cumqꝫ a miniſtris traheret
ad eccleſiam putabat ꝙ duceretur ad impatoꝛem.
Eps igit et pꝛoconſul mirantes argēteos interro
gauerūt euꝫ vbi theſaurū incognitū inueniſſet. At
ille rñdit ſe nichil penit⁹ inueniſſe. ſed de ſacculo
parentū ſuoꝝ eoſdē denarios habuiſſe. Et interro
gatus cuius ciuitatis eſſet rñdit. Bene ſcio ꝙ hui⁹
ciuitatis ſum: ſi tñ hec eſt ciuitas epheſoꝝ. Procō
ſul dixit. Fac venire parentes tuos vt teſtent ꝓ te
Quos cū nomiaſſet et nullus eos cognoſceret dice
bāt eū ſe fingere vt aliquo modo euaderet. Et ait
ꝓconſul. Quō credimus tibi ꝙ hoc argētū paren
tum tuoꝝ fuerit. cū ſcriptura eius habeat pluſquā
tricentos ſeptuagintaſeptem annos. et ſit pꝛimoꝝ
dierū decij impatoꝛis et in nullo ſimiles ſint argē
teis noſtris. et quō parētes tui añ tantū tēpus fue
runt. tu vō iuuenis. vis decipe ſapientes et ſenes
epheſi. Idcirco iubebo te legibus tradi donec con
fitearis quid inueniſti Tunc ꝓcidens malchus añ
eos dixit. Pro deo dñi dicite michi qḋ vos interro
gō. et ego dico vobis qḋ eſt in coꝛde meo. Decius
impatoꝛ q fuit in hac ciuitate vbi nunc eſt? Eps di
xit. Fili nō eſt hodie in terra qui decius nominet.
imperatoꝛ aūt fuit añ longum tempus. Malchus
aūt dixit. In hoc dñe ita ſtupeo et nemo credit mi
chi. ſed ſequimini me et oſtēdā vobis ſocios meos
qui ſunt in monte celion. et ipis credite. Hoc eñi
ſcio ꝙ a facie decij impatoꝛis nos fugimus. et ego
ſero vidi ꝙ ingreſſus eſt decius in hanc vꝛbem ſi
tñ hec eſt ciuitas epheſi. Tunc eps cogitans in ſe
metipſo dixit ꝓcōſuli. Quia viſio eſt quā de⁹ vult
oſtendere in iuuene iſto. Perrexerūt ergo cū eo et
ciuitatis pꝛima multitudo. Et ingreſſus eſt pꝛimo
malchus ad ſocios ſuos. et poſt eū eps ingrediens
inuenit inter lapides litteras ſigillatas duobus ſi
gillis argenteis. et ꝯuocato pplo legit eas et audi
entibus ⁊ admirantibus cunctis. Et videntes ſan
ctos dei ſedentes in ſpelunca. et facies eoꝝ tanꝙ
roſas floꝛētes. ꝓcidētes glificauerūt deū. Statim
ꝙ eps et ꝓconſul miſerūt ad theodoſiū impatoꝛē
rogātes vt cito veniret. et mirabilia dei nuꝑ oſten
ſa videret. Qui ꝓtinus ſurgēs de humo et de ſac
co in quo lugebat. gloꝛificās deū. venit a cōſtanti
nopoli epheſum. Et obuiantibus ei cūctis aſcēde
runt ſimul oēs ad ſpeluncam. Et mox vt ſancti vi
derunt impatoꝛem reſplenduerūt facies eoꝝ ſicut
ſol. Et ingreſſus impatoꝛ ꝓcidit ante eos gloꝛifi
cans deū. Et ſurgēs amplexatus eſt eos. et ſuꝑ ſin
gulos fleuit dicens. Sic video vos tanꝙ ſi viderē
dñm reſuſcitantē lazarū. Tunc dixit ſanctus maxi
mian⁹ ad eū. Crede nobis ꝙ ꝓpter te reſuſcitauit
nos deus añ diez magne reſurrectionis. vt credas
indubitāter ꝙ reſurrectio moꝛtuoꝝ eſt. Vere ei re
ſurreximus et viuimus. Et ſicut infans eſt ī vtero
matris nō ſentiēs leſionē et viuit. ſic fuimus viuē
tes iacentes et doꝛmiētes et nō ſentientes. Et his
dictis videntibus cūctis inclinantes capita ſua in
terram obdoꝛmierūt. et tradiderūt ſpūs ſuos ſcōꝫ
dei impium. Surgēs aūt impatoꝛ cecidit ſuꝑ eos
flens et deoſculans eos. Et cū iuſſiſſet fieri loculos
aureos in qbus mitterent. in ipa nocte appuerunt
impatoꝛi dicentes. vt ſicut atteñus in terra iacue
rant et ex terra reſurrexerant. ita eos dimitteret.
donec dñs iterum eos ſuſcitaret. Iuſſit ergo impe
ratoꝛ locū illū in auratis lapidib⁹ adoꝛnari. et oēs
epos reſurrectiōem ꝯfitētes abſolui. Qḋ. ccclxxij.
annis doꝛmiſſe dicunt dubiū eſſe poteſt. quia āno
dñi. cccclviij. ſurrexerūt. deci⁹ aūt regnauit vno
tñ anno et tribus menſibus. ſcꝫ anno dñi. cclij. et
ita non doꝛmierunt niſi. cxcvi. annis.

## De ſanctis nazario et celſo
## xcvii

A

Nazarius dicit quaſi nazareus. qḋ interpꝛeta
tur cōſecratus. vel mundus vel ſeꝑatus. vl
floꝛidus. aut cuſtodiens. In hoīe reperiunt
hec. v ſcꝫ cogitatio. affectio. intentio. actio. et locu
tio. Cogitatio aūt debet eſſe ſancta. affectio mūda
intētio recta. actio iuſta. et locutio moderata. Hec
omia fuerūt in beato nazario. Habuit eñi cogita
tionē ſanctā et inde dicit ꝯſecratus. Affectiōeꝫ mū
dam. et inde dicit mūdus. Intentiōem rectā. et in
de dicit ſeꝑatus. Intētio eñi eſt q ſeꝑat opa. qꝛ ex

# De ſanctis Nazario et celſo.

oculo ſimplici corpus lucidū. et oculo nequā corpus tenebroſum creat. Actionē iuſtā et inde dicit floridus. q: iuſtus florebit ſicut liliū. Locutionem moderatā. et inde dicit cuſtodiēs quia cuſtodiuit vias ſuas vt non delinqueret i lingua ſua. Celſus quaſi excelſus q: ſe ſupra ſe extulit. dū etatē puerilē virtute animi ſupauit. Hoꝝ vitā et paſſionem ambroſius in libro geruaſij et ꝓthaſij repiſſe dicit In quibuſdā aūt libris legit ꝙ quidā phus nazarij deuotus eius paſſionē ꝯſcripſit. quā ceracius q̄ ſanctoꝝ corpora ſepelierat ad caput ipoꝝ poſuit.



Nazarius filius illuſtriſſimi viri noīe affricani. ſed iudei. et beate ꝑpetue criſtianiſſime et romanoꝝ nobiliſſime. et a beato petro apl'o baptizate. cū haberet. ix. annos plurimū mirabatur videns patrem ſuū et matrē in obſeruatione religionis tā diſſimiliter variari. et ꝙ mater ſua legem baptiſmi. pater vero ſuus legē ſabbati ſequeret. Vn̄ cui magis adherere deberet plurimū dubitabat. cū vterqꝫ ad fidē ſuam cum attrahere niteret. Tandem nutu dei veſtigijs matris adheſit. et a btō lino papa ſacrū baptiſma ſuſcepit. Qḋ pater intelligens cepit ipm a ſancto ꝓpoſito auertere. et tormētoꝝ genera q̄ criſtianis inferunt per ordinē explicare. Qḋ aūt dicit euꝫ a lino papa baptiſatū forte intelligit non q̄ tunc papa erat. ſed q̄ futurus erat. Nazarius eīm poſt baptiſmū ſicut infra patet ānis multis ſupuixit. qui tm̄ a nerone martiriū ꝑtulit. qui petrū anno vltimo ſui impij crucifixit. Linus aūt poſt mortē petri papa fuit. Cū aūt patri nullatenus aſſentiret. ſed potius criſtum cōſtantiſſime ꝑdicaret. ad preces parentū. qui ne occideret timebant. de vrbe roma exijt. et ſeptem ſamarios de parentū diuitijs oneratos accipiēs ꝑ ciuitates ytalie venit. et omnia paupibus erogauit Decimo aūt anno digreſſionis ſue a roma placentiā et inde mediolanū adueniēs. ſanctos geruaſiū et ꝓthaſiū ibidem in carcere detineri reperit. Audito aūt ꝙ nazari⁹ ꝑdictos martires animaret cito ad prefectū ꝑtrahit. et in cōfeſſione xp̄i ꝑdurans fuſtibus verberat. et ſic ex vrbe illa ꝓiectus. dum de loco ad locū pergeret mater eius q̄ obierat ſibi apparuit. et filiū ſuū confortās vt ad gallias ꝓperaret admonuit. Cūqꝫ ad vrbē gallie que gemellus dicit aduenīſſet. et ibidē plurimos cōuertiſſet quedā matrona filiū ſuuꝫ noīe celſuꝫ elegantē puerū ſibi obtulit. rogans vt ipm baptizaret et ſecum duceret. Qḋ prefectus galliarū audiens ipm cum puero celſo retro manibus vinctū ꝛ collo cathena cōſtrictū in carcere recluſit. vt eū in craſtino tormētis afficeret. Tūc vxor ſua miſit ad eū aſſerēs iniuſtū eſſe iudiciū vt innocentes occideret. et deos omipotētes vindicare preſumeret. Quib⁹ verbis preſes correctus ſanctos abſoluit. ſꝫ ne ibi predicare preſumerēt admonuit et interdixit. Venit autē ad vrbē treueris et ibi xp̄m primus predicans. et multos ibi ad fidē xp̄i ꝯuertēs. ibidē ſibi eccleſiam edificauit. Qḋ audiens cornelius vicarius neroni imꝑatori mandauit. Qui centū milites ad eū capiēdum miſit. Quē cum illi iuxta oratoriū quod ſibi cōſtruxerat inueniſſent manus ei⁹ ligauerūt dicētes. Magnus nero te vocat. Quibus nazarius. Incōpoſitus rex incōpoſitos milites habet. Quare eīm venientes honeſte nō dixiſtis. nero te vocat et veniſſem? Vinctū igit ad neronē ducebāt. ꝛ puerum celſuꝫ plorantem alapis cedētes vt ſequeret vrgebāt. Quos cū nero vidiſſet iuſſit eos in carcere recludi. donec ipos ſupplicijs excogitatis ꝑimeret. Interea cū nero quadā vice ad capiendas feras miſiſſet venatores. ſubito ferarū multitudo erūpēs viridariū neronis intrauit vbi multos lacerauit. et pleroſqꝫ occidit. intm̄ vt nero turbatus diffugeret. et vulnerato pede vix ad palaciū ꝑueniret Multis aūt diebus illius vulneris dolore decumbens. tandem nazarij et celſi meminit. et putauit deos ſibi iratos fuiſſe ꝙ tā diu ipos viuere ꝑmiſit. Juſſu igit imꝑatoris milites nazariū calcibus tundentes. et puerū verberātes. de carcere eduxerūt. et corā imꝑatore ſtatuerūt. Vidēs aūt nero faciem eius inſtar ſolis ſe fantaſtice deludi putauit. et vt

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

magicas artes deponeret ſibi dixit. ac vt dijs imo=
laret precepit. Ductus ergo nazarius ad templū
rogauit vt oēs exirent. et ſic eo orante omnia ydo
la ſunt ꝯfracta. Qḋ audiēs nero iuſſit eū in mare ꝑ
cipitari. precipiēs vt ſi forte euaderet ipm̄ inſequē
tes igni cōburerēt et puluerē eius in mare ꝓijce=
rent. Nazarius igit̄ et puer celſus naui imponunt̄
⁊ in mediū pelagus perducti ibi precipitant̄. Sed
ſtatim circa nauē tēpeſtas maxima cōcitat̄. ⁊ circa
ſanctos tranquillitas magna cernit̄. Cū illi ꝑſecuta
ri timerent. et maloꝝ q̄ in ſanctos cōmiſerant pe=
niterent. ecce nazarius cum puero celſo ſuꝑ aquas
ambulās hilari vultu eiſdē apparuit. ac ſuꝑ nauē
ꝯſcendens ipis iam credētibus orōe ſua mare pla
cauit. ac inde cū eis ad locū ꝑ paſſus fere. dc. iuxta
vrbē ianuēſēꝫ ꝑuenit. Ubi cū diutius ꝑ̄dicaſſet me
diolanū tandē vbi ſanctos geruaſiuꝫ et ꝓthaſium
reliquerat venit. Qḋ cū anolinus ꝑ̄fectus audiuiſ=
ſet eū remanēte celſo ī domo cuiuſdā matrone in
exiliū direxit. Nazarius vero romā veniēs. et pa=
trē ſuū iam ſenem et criſtianū inueniēs. quomodo
cōuerſus fuerit inquiſiuit: Cui dixit apl'm petrum
ſibi apparuiſſe et vt precedentes ad ſe chriſtū vro
rem et filiū ſequeret̄ admonuiſſe. Deinde a tēploꝝ
pontificibus ad vrbem mediolanū. Unde romā in
exiliū miſſus fuerat. redire cū iniuria multa cōpel
lit̄. Ubi cū puero celſo preſidi preſentat̄. Qui edu=
ctus extra portaꝫ romā in loco qui dicit̄ tres muri
cum puero celſo decollatus eſt. Quorū corpa cum
xp̄iani rapuiſſent. et in ortis ſuis collocaſſēt. in ipa
nocte ſancti cuidā noīe ceracio apparētes dixerūt
vt eoꝝ corpa in domo ſua ꝓpter neronē ꝓfundi⁹
ſepeliret. Quib⁹ ille. Queſo dn̄i ſanate prius filiā
meā paraliticā. Que cū ꝯtinuo ſanata fuiſſet cor=
pora eoꝝ tulit. ⁊ vt iuſſerāt ſepeliuit. ¶ Poſt longū
vero tēpus dn̄s corpa eoꝝ beato ambroſio reuela
uit. Celſum vero in loco ſuo relinquēs nazariū cū
ſanguine recēti quaſi eadē hora ſepultū miro odo
re fragrāte integrū et incorruptū cū capillis ⁊ bar
ba reperiens. ipꝫ ad eccleſiā apl'oꝝ trāſtulit. et ibi
honorifice ſepeliuit. Celſuꝫ quoqꝫ inde poſtmodū
ſuſtulit et in eadē eccl'ia collocauit. Paſſi ſunt aūt
ſub nerone q̄ cepit circa annos dn̄i. lvij. ¶ De hoc
martire ſic dicit ambroſius in prefatione. Martir
ſanctus roſeo luſtratus cruore nazarius. celeſte
meruit ꝯſcendere regnū. Qui dū ꝑ innumera tor=
mentoꝝ ſupplicia crudelius vexaret̄. tyrānicaꝫ ra
biem fidei ꝯſtantia ſuꝑabat. Nec potuit ꝑſecutorū
illatis cedere minis qn̄ ꝓ ſe certāte ipe actor victo
rie xp̄s dn̄s dimicabat. Ducit̄ in terra ad templuꝫ
ydolis ꝑ̄libare prophanis quoꝝ portenta diuino
fultus ꝑ̄ſidio mox vt ingreſſus eſt redegit in pulue
rē. Ob hoc liq̄das maris in vndas lōgius a terra
ꝓiectus angelici muneris famulatu' ſolida inter
fluctus veſtigia ꝑ̄figebat. O felix et inclitus dn̄i ꝑ=
liator q̄ mundi aggreſſus principē innumerā ppl'i
multitudinē vite ſociauit eterne. O magnū et inef
fabile ſacramentū. vt de illoꝝ potius ſalute letet̄
eccleſia quos puniſſe mundus exultat. O btā ma=
ter natoꝝ ſuorū gl'ificata tormētis. quos non plā=
ctu. nō gemitu ad inferna deducit. ſed ad celeſtia
eterna migrantes ꝑpetua laude ꝓſequit̄. O teſtis
fragrātiſſime. nitore celeſti fulgide. cui⁹ ineſtima
bilis odor ſabeicis ꝑ̄pollet aromatibus. Quē am=
broſius reperiens perhenneꝫ patronum dedit. et
medicū. fidei pro pugnatorē ſacri prelij bellatorē
Tu dudū multo latitantē puluere dragmā inue=
nis accenſa verbi virtute ſuꝑna. Ut pateāt cūctis
tua xp̄e munera ſedis. Angelicos cernāt humana
qꝫ lumina vultus. Hec ambroſius.

## ¶ De ſancto felice papa xcviii A



Felix loco liberij in papam eligit̄ et ordinat̄. Cum eū liberius papa nollet arriane here ſi aſſentire. miſſus eſt in exiliū a ꝯſtātio filio
conſtantini. et ibi ꝑ trienniū moratus eſt. Qua pro
pter vniuerſaliter clerus romanus loco ei⁹ feliceꝫ
ordinauerūt. ip̄o liberio volente et conſentiente.
Qui quideꝫ felix concilio conuocato coram. xlviij.
ep̄is conſtantium imꝑatorē. arrianum hereticum
et duos preſbiteros ſibi fauentes condempnauit.

Qua propter cõſtantius indignatus felicẽ de epiſ-
copatu ſuo deiecit et liberũ eo pacto reuocauit. vt
ſcʒ ſolũmodo cõſtantio et alijs quos felix dãnaue-
rat cõmunicaret. Liberius igit̃ tedio affectus exi-
lij in heretica prauitate ſubſcripſit. et ſic in tantuʒ
pſecutio excreuit vt ꝙplurimi ſacerdotes et cleri-
ci liberio nõ ꝓhibente intra eccleſiaʒ ſunt necati.
Felix vero de epãtu deiectus cũ in predio ſuo ha-
bitaret. Inde eductus martiriũ capitis obtrunca-
tione ꝓmeruit. circa annos dñi. cccxl.

## De ſanctis ſimplicio et fauſtino
xcix A



Simplicius et fauſtinus fratres cũ ſacrificare
contemnerent ſub dyocleciano rome multa
ſupplicia pertulerũt. Tandẽ data ſuꝑ eos
ſententia decollati ſunt. et in tiberim corpora eoꝝ
ꝓiecta. Soror aũt eorũ noĩe beatrix eoꝝ corꝑa de
flumine leuauit. et honorifice ſepeliuit. Lucrecius
aũt ꝑfectus et eius vicarius dũ prediũ ipoꝝ- ãbiret
eã teneri fecit ꝛ vt ydolis ĩmolaret ꝑcepit. Quã rẽ-
nuentẽ lucreci⁹ nocte a ſeruis ſuis prefocari ꝑcepit
Cuius corpus lucina virgo rapiens iuxta fratres
ſuos ſepeliuit: Poſt hoc ꝑfectus lucrecius prediuʒ
ipm intrauit. vbi facto amicis ſuis cõuiuio cũ mar-
tirib⁹ inſultaret. ĩfantulus q̃daʒ lactẽs pãnis inuo-
lut⁹ de gremio matris q̃ ibi aderat cũctis audiẽti-
bus exclamauit. Audi lucreci. Occidiſti et inuaſiſti
Ecce datus es in poſſeſſionẽ inimici. Statĩqʒ lucre-
cius timẽs ac tremẽs a demone arripit̃ ꝛ ꝑ tres ho-
ras adeo eſt vexat⁹ vt in ipo ꝯuiuio moreret̃. Qđ
videntes q̃ aderãt ad fidẽ ꝯuerſi ſunt. et narrabant
oĩbus paſſionẽ ſancte beatricis ṽginis in cõuiuio
vindicatã. Paſſi ſunt aũt circa ãnos dñi. cclxxxvij.

## De ſancta martha
c A



Martha hoſpita xp̃i ſyro patre eucharia ma-
tre regali ex ꝓgenie deſcẽdit. Pater eius
ſirie ꝛ maritime multarũqʒ orarũ dux exti-
tit Tria aũt opida ſcʒ magdalũ ꝛ bethaniã vtraqʒ
ꝛ hieroſolimitane vrbis partẽ martha cũ ſorore iu-
re materne hereditatis poſſidebat Nunq̃ aũt legi-
tur virũ habuiſſe aut hoĩm ꝯuberniũ ſubiſſe. Mi-
niſtrabat aũt dño nobilis hoſpita ꝛ ſororẽ pariter
miniſtrare volebat. q: videbat̃ ſibi ꝙ ad ſeruiẽduʒ
tanto hoſpiti nõ ſufficeret etiã totus mũdus. Poſt
aſcenſionẽ dñi cũ facta eſſet diſpſio diſcipuloꝝ ipa
cũ fratre ſuo lazaro ꝛ ſorore ſua magdalena necnõ
btũs maximinus q̃ eas baptizauerat. et cui a ſpũ-
ſancto fuerãt cõmẽdate m̃ltiſqʒ alijs ablatis remis
velis et gubernaculis omibus. alimẽtiſqʒ. ratib⁹
ab infidelibus includunt̃. Qui dño duce marſiliaʒ
ꝑuenerũt. Tandẽ territoriũ aquẽſe adeũt. et ibidẽ
ppl'm ad fidẽ conuertunt. Erat aũt beata martha
valde facũda et oĩbus gratioſa. Erat aũt tũc tp̃is
ſuꝑ rodanũ in nemore quodã iter arelatẽ et auini-
onẽ draco quidam medius animal. medius piſcis.
groſſior boue. lõgior equo. habẽs dentes vt ſpata
acutos. binis parmis ex vtraqʒ pte munitus. Qui
latens in flumine oẽs tranſeuntes ꝑimebat et na-
ues ſubmergebat. Venerat aũt ꝑ mare de galicia
aſie. generatus a leuiathan q̃ eſt ſerpens aquoſus

et ferociſſimus et bonacho animali qḋ galatie re⸗
gio gignit et qḋ inſectatores ſuos per ſpaciū iuge
ris ſtercus ſuū velut ſpiculū dirigit et quicq̄d tetige
rit velut ignis exurit. Ad quē martha a pp̄lis ro⸗
gata accedens ipm̄qꝫ in nemore quēdā hoīem mā
ducantē reperiens. aquā bn̄dictam ſup eū iecit et
crucē quandam ſibi oſ̄dit. Qui protinus victus vt
ouis ſtans a ſancta martha ꝓprio cingulo alligaṫ
et illico a pp̄lo lanceis et lapidibus pimiṫ. Uoca⸗
baṫ aūt draco ab incolis taraſconus. Un̄ in huius
memoriā locus ille adhuc vocatur taraſcona qui
ante vocabatur nerluc. ideſt niger locus eo ꝙ ibi
erant nemora nigra et vmbroſa. Ibi igiṫ btā mar
tha de licentia magiſtri ſui maximini et ſororis ſui
deinceps remanſit et orōnibus ⁊ ieiunijs indeſinē
ter vacabat. Deinde ꝯgregato ibidē magno ſoro⸗
rū cōuentu et ad honorē beate marie ſemp virgīs
magna edificata baſilica ſatis ibi aſperā duxit vi⸗
tam. carnē et omnē pinguedinē oua caſeū et vinū
vitans. ſemel tm̄ in die edebat. Centies in die to⸗
tienſqꝫ in nocte genua flectebat. ¶ B Quadā vi
ce dū apud auinionē inter vrbē et fluuiū rodam p̄⸗
dicaret. iuuenis q̄dam vltra fluuiū ꝯſiſtēs ei⁹ verba
audire deſiderās cū nauigio careret. nudat⁹ nata
re cepit. ſꝫ ſubito vi flumīs rapiṫ et ꝓtinus ſuffoca
tur. Cuius corpus vix ſcd̄a die inuentum ante pe⸗
des ſancte marthe reſuſcitandū preſentaṫ. Illa v̄o
in modū crucis ſolo ꝓſtrata taliter orauit. Ado⸗
nay dn̄e iheſu xp̄e q̄ fratrē meū lazarū dilectū tuū
olim reſuſcitaſti. reſpice mi hoſpes care ad fidē cir
cumſtantiū. et reſuſcita puerū iſtū. Et apprehēſa
eius manu dextra mox iuuenis ſurrexit. et ſacrū ba
ptiſma ſuſcepit. Refert euſebius in li. v. hiſtorie ec
cleſiaſtice ꝙ mulier emoroiſſa poſtq̄ ſanata fuit in
curia ſiue viridario ſuo ſtatuā fecit ad ymaginem
xp̄i cū veſte et fimbria ſicut ip̄m viderat. ⁊ eā pluri
mū reuerebaṫ. Herbe v̄o ſub iſta ſtatura creſcētes
q̄ an̄ nullius erant v̄tutis. cū fimbriā attingerēt tā
te virtutis erant. vt multi infirmi inde ſanarenṫ.
Illā aūt emoroiſſā quā dn̄s ſanauit. ambroſius di
cit fuiſſe marthā ¶ Refert aūt hiero. et habeṫ in hi
ſtoria tripertita ꝙ iulianus apoſtata ymaginē quā
emoroiſſa fecerat inde ſuſtulit et ſuā ibidē collocauit
q̄ ictu fulminis ꝯfracta fuit. ¶ C Obitū aūt ſuū
ſibi dn̄s an̄ p annū reuelauit. In quo toto anno fe
brib⁹ elaborās an̄ octauū diē ſui exitus angelicos
choros ſororis ſue ī celū aīam deferentes audiuit.
que mox fratrū et ſororū ꝯuētu ꝯgregato ait. Mei
comites et dulciſſimi alūni michi queſo cōgratula
mini qm̄ angelicos choros ſororis mee aīam ad ſe
des politicas ferētes ouanter cerno. O pulcherri
ma et mi dilecta ſoror viuas cū magiſtro tuo ⁊ hoſ
pite meo ī ſede beata. Statimqꝫ beata martha ex
itū ſuū vicinū preſentiēs ſuos admonuit vt lumi⸗
naribus accēſis circa ſe vſqꝫ ad obitū vigilarent.
Nocte vero media ante trāſitus ſui diē cuſtodib⁹
ſomno grauatis ventus vehemēs irruit. et lumina
ria cūcta extinxit. Illa v̄o malignorū ſp̄uum turbā
cernēs orare cepit. Mi pater hely mi hoſpes care
cōgregati ſunt ad deuorādum me ſeductores mei
ſcripta tenentes mala q̄ geſſi. Hely ne elongeris a
me. ſed in adiutoriū meū intēde. Et ecce ſororē ad
ſe venientē vidit. que manu facē tenens cereos et
lampades inde accendit. Dumqꝫ altera alterā pro
prio noīe vacaret. Ecce xp̄s aduenit dicens. Ueni
dilecta hoſpita. et vbi ego ſum illic mecū eris. Tu
me ſuſcepiſti in hoſpitio tuo. ego te recipiā in celo
meo. Et inuocātes te exaudiam amore tuo. ¶ Ap
propinquāte vero hora ſui tranſitus. foras defer⸗
ri ſe fecit. vt celū poſſet videre. Iuſſitqꝫ ſe in terrā
ſup cinerem poni. et ſignū crucis coram ſe teneri.
et hec verba orauit ¶ Hoſpes mi care hanc pau⸗
perculā tuā cuſtodi. et ſicut mecū dignat⁹ es hoſ⸗
pitari. ſic me ſuſcipe ī hoſpicio tuo celeſti. Iuſſitqꝫ
vt paſſio ſcd̄m lucā coram ſe legereṫ. Et cum dice⸗
retur. pater in manus tuas cōmendo ſpiritū meū
illa emiſit ſp̄m. Sequenti vero die ſcꝫ dn̄ica dū cir⸗
ca corpus eius laudes exſoluerent. circa horā ter⸗
tiam apud petragoricas beato frontoni miſſā ce⸗
lebrāti. et poſt ep̄lam in cathedra dormitanti dn̄s
apparuit dicēs ei. Dilecte mi frōto ſi vis adīplere
qḋ olim hoſpite nr̄e pollicitus es ſurge velociter
et ſequere me. Quo iuſſa cōplente ſubito ambo ta
raſconū venerūt. et circa corpus eius pſallētes to
tum officiū ambo ceteris reſpōdentibus ꝑegerūt.
et corpus eius in ſepulcro ſuis manibus collocaue
runt. Uerū dum apud petragoricas finitis cātibus
dyaconus euāgeliū lecturus bn̄dictionē petens
ep̄m excitaret. ille vix excitatus r̄n̄dit. Fratres mei
cur⁹ me excitaſtis. Dn̄s ihūs xp̄s ad corpus marthe
hoſpite ſue me duxit. et ip̄am tradidimus ſepultu
re. Dirigite igiṫ illuc velociter nūcios q̄ nobis anu
lū noſtrū aureū et cyrothecas criſeas deferāt. que
dū ad corpus ſepeliēdū me aptarē ſacriſte cōmen
daui. et ex obliuione dimiſi. q: me tā cito excitaſtis
Miſſi nuncij et hoc vt ep̄s dixerat inuenientes. anu
lum ſolamqꝫ cyrothecā attulerunt. aliam vero in
hui⁹ rei ſacriſta teſtimoniū retinuit Addidit quoqꝫ
beatus fronto dicēs. Cū poſt ſepulturā ab eccleſia
exiremus. frater quidā illius loci litteris peritus

nos inſecutus dn̄m interrogauit quo noīe vocaretur. Cui ille nichil reſpōdens oſtendit ei codicem quē in manu tenebat aptū. i quo nichil aliud erat ſcriptū niſi verſiculus iſte. In memoria eterna erit iuſta hoſpita mea. ab auditione mala non timebit in die nouiſſimo. Cū vō codicē reuolueret cunctis folijs hoc repperit ſcriptū. Cum aūt ad eius ſepulcrum crebra miracula fierent clodoueus rex francorū xp̄ianus effectus a ſancto remigio baptizatꝰ cū grauem renū pateretur dolorē ad eius tumulū veniens ſanitatē integrā reportauit. Qua ꝓpter illū locum ditauit. et triū miliariorū ſpacio in giro ex vtraqꝫ p̄te rodani terrā villas et caſtra dedit. locumqꝫ illum liberū fecit. Martilla vero eius famula vitā ipſius cōſcripſit. q̄ poſtmodū in ſclauoniam ꝑgens. et ibi euangeliū xp̄i predicās. poſt decimū annū a dormitione marthe in pace quieuit.

## De ſanctis abdon et ſennen ci A



Abdon et ſennen ſub decio imꝑatore martiriū paſſi ſunt. Cū eñ decius imꝑator babiloniā cū alijs ꝓuincijs ſuꝑaſſet quoſdam chriſtianos ibi inuenit. quos ſecum ad vrbē cordubam deducēs diuerſis ſupplicijs cōſummauit. Et eos duo ſubreguli rapiētes ſcꝫ abdon et ſennen ſepelierūt. Unde accuſati et decio p̄ntati romā poſt eū victis cathenis ducunt̄ et in cōſpectu decij et ſenatus introducti aut ſacrificare et rerū ſuarū recipere libertatem. aut morſibus beſtiarum deuorari iubent̄. Cōtemnentes itaqꝫ et expuentes in ſimulacra ad theatrū ꝑtrahunt̄ et ad eos duo leones et vrſi quatuor dimittunt̄. Qui cum ſanctos non tangerent. ſed etiā cuſtodirēt iniectis in eos gladijs occidunt̄. et ligatis pedibus tracti ſunt et iactati ante ſimulacrū ſolis. Qui cum ibi triduo iacuiſſent quirinus ſubdyaconus eos collegit et in domo ſua ſepeliuit. Paſſi ſunt autem circa annos dn̄i. ccliij. Tempore autē conſtantini ipſi quatuor martires eorum corpora reuelauerunt. et a xp̄ianis tranſlata ſunt in ciuitatē pontiani. vbi dn̄s per eos multa preſtat beneficia populorum.

## De ſancto germano cii A



Germanus dicit̄ a germine et ana quod eſt ſurſum. quaſi ſupernū germen. Tria eñ reperiunt̄ in ſegete germinante. ſcꝫ calor naturalis. humor nutrimentalis. et ratio ſeminalis. Btūs igit̄ germanus dicit̄ quaſi ſemen germinans qꝛ in ipō fuit calor ꝑ feruorē dilectiōis. humor per pinguedinē deuotiōis. et ratio ſeminalis ꝑ virtutē predicatiōis. ꝑ quā multos in fide et moribus generabat. Cuius vitā cōſtantinus preſbiter ad ſanctum cenſuriū ep̄m altiſiodoreñ. ſcripſit.

Germanus nobiliſſimus genere in vrbe altiſiodoro natus. et liberalibus ſtudijs plurimū eruditus. tandē romā ad diſcendū iuris ſcientiam eſt ꝓfectus. Ubi tantū dignitatis accepit vt eū ſenatus ad gallias tranſmitteret. vt apicē ducatus totius burgundie obtineret. Cū ergo altiſiodorenſem ciuitatē ceteris diligētius gubernaret. arborē quandā pinū in media ciuitate habebat ad cuius ramos ꝓ admiratiōe venatiōis fera

# De ſancto Germano

rū capita ſuſpēdebat. Sed cū ſanctus amator eiuſ
dē ciuitatis eps de tali, eū vanitate ſepe redargue
ret. monēs vt etiā illam arborem incidi mādaret.
ne aliqua mala occaſio ex hoc xpianis eueniret il-
le nullatenus acqeuit. Quadam aūt vice abſente
germano arborē incidit. et incendio totam dedit.
Qđ germanus audiēs xpiane religionis oblitus.
vallatus militibus illuc aduenit. et mortē epo in-
tentauit. Eps aūt diuina reuelatiōe germanū ſibi
ſucceſſurū agnoſcēs. furenti ceſſit. et auguſtudunū
perexit. Poſtmodū altiſiodorꝫ reuerſus germanuꝫ
in ecclia caute ꝯcludit et ibidē eum tonſurans ipm
ſibi ſucceſſorē eſſe pdixit. Qđ factū eſt. Naꝫ paulo
poſt eps feliciter obijt. et germanū plebs omis in
antiſtiteꝫ poſtulauit. Qui ſubſtātia paupibus ero-
gata. et vxore in ſororē cōmutata corpꝰ ſuū p. xxx.
annos ſic affixit. vt nunꝗ panē frumenti. nō vinū
nō oleū. nō ſanguinē. nunꝗ vł ſalē ꝑ ſapore come
derit. Bis tñ in anno ſcꝫ ī paſcha et natali vinū ſu-
mebat. ſꝫ tñ ipꝫ vini ſaporē aqs nimis extiguebat
In refectiōe primo cinerē ꝑlibabat deīde panē or
deaceū ſumebat. Sēp aūt ieiunās nūꝗ niſi veſpe
comedebat. In eſtate vł hieme nullā veſtē habuit
preter ciliciū et tunicā et cucullaꝫ. Que veſtis niſi
forte alicui donaret tam diu ferebat. donec attri-
tione nimia ſolueret. Lectus ſuus cinere cilicio et
ſacco ornabat Nullū puluinar caput ab humeris
eius leuabat. ſꝫ ſemꝑ gemēs ꝛ ſanctorꝫ reliqas col
lo gerēs nunꝗ veſtimētū, raro calciamēta. ꝛ raro
cingulū detrahebat. Sup hoīem ſiquidē fuit oīe
qđ geſſit. Talis eīn eius extitit vita. vt ſi miracu-
lis caruiſſet incredibilis videret. Et tanta fuerunt
miracula. vt niſi merita p̄ceſſiſſent fantaſtica puta
rent. ❡ B Hoſpitatus in quodā loco cū poſt ce-
nam menſa iterum pararet admiratus interrogat
cui denuo prepararēt. Cui cū dicerēt ꝙ bonis illis
mulieribus que de nocte incedunt prepararēt illa
nocte ſanctus germanus ſtatuit vigilare. Et ecce
vidit multitudinē demonū ad mēſam in forma ho-
minuꝫ et mulierū venientē. Qui eis precipiēs ne
abirent. cūctos de familia excitauit inquirēs ſi per
ſonas agnoſcerēt. Qui cū omēs vicinos ſuos et vi
cinas eſſe dicerēt. miſit ad domos ſingulorū demo
nibus precipiens ne abirent. Et ecce omēs in ſuis
lectulis ſunt inuenti. Adiurati igiť ſe demones eē
dixerunt qui ſic hominibus illudebāt. Eo tpe bea-
tus lupus eps tracaſine florebat cuius vrbē cuꝫ a-
thila rex obſideret. ſup portā beatus lupus accla-
mās qs eſſet ꝗ eos ſic īpeteret inquiſiuit. Cui ille.
Ego ſum athila flagellū dei. Quo contra humilis

pſul dei ait gemēs. Et ego ſuꝫ lupus heu vaſtator
gregis dei. et indigēs flagello dei. Moxqꝫ portas
reſerari iuſſit. Illi aūt diuinitus excecati ꝑ portaꝫ
ad portā tranſierūt. neminē autē videntes aut le-
dentes. Beatus igiť germanus aſſumpto predicto
epiſcopo lupo in britānias vbi heretici pullulaue-
runt profectus eſt. Sed dum in mari eſſent. et tē-
peſtas maxima oriretur. ad orōnem ſancti germa-
ni protinus trāquillitas magna efficitur. Honori-
fice igitur a populis ſuſcipiuntur quorum aduen-
tum demones iam predixerant. quos ſanctus ger
manus de obſeſſis expulerat. Uerum cum hereti-
cos conuiciſſent ad propria redierūt. ❡ C Cuꝫ
in quodam loco infirmus decumberet: contigit vt
totus ille vicus repentino incendio conflagraret.
Qui cū rogaret vt inde aſportarꝰ ignē euaderet.
ille incēdio ſe opponit. ꝛ vltra citraqꝫ oīa ꝯſumēte
flāma hoſpitiū eius nō tetigit. Dum ad britānias
iterato rediret vt hereticos ꝯfutaret quidā ex di-
ſcipulis eius gradu cōcito eius veſtigia ſeqbatur.
qui tñ apud cordomaꝫ infirmatus occubuit. Redi
ens inde beatus germanus ſepulcrū eiꝰ apiri fecit
ipmqꝫ vocās ex noīe qđ ageret. an adhuc ſecū mi-
litare cuperet requiſiuit. Mox ille reſidēs cūcta ſibi
ꝯſtare ſuauia. ac ſe nolle econtra vlterius reuocari
rñdit. Tūc ſctō annuēte vt requieſceret ille depoſito
capite rurſum in dño obdormiuit. ❡ Huꝫ in britā-
nia pdicaret et ſibi et ſocijs rex britānie hoſpitium
denegaſſet. ſubulcus regis egreſſus a paſcuis re-
ceptā prebendā in palatio ad tuguriū ꝓpriuꝫ refe-
rens vidit btm̄ germanū cū ſocijs fame et frigore
laborantē. Quos in domo ſua benigne recepit et
vnicuꝫ vitulū quē habebat hoſpitibꝰ occidi p̄cepit
Poſt cenā ſanctꝰ germanus oīa oſſa vituli ſuꝑ pel
lē cōponi fecit. et ad eiꝰ orōneꝫ vitulus ſine mora
ſurrexit Sequēti die germanꝰ regi feſtinꝰ occurrit
et cur ei hoſpitiū denegauit potēter inquirit. Tūc
rex vehemēter attonitus ſibi rñdere nō potuit Et
ille. Egredere inqt et regnū meliori dimitte. Ger-
manus igiť dei mandato ſubulcū cū vxore venire
fecit. ꝛ vniuerſis ſtupētibus regē ꝯſtituit. Et extūc
reges de ſubulci genere ꝓcedētes dominant genti
britonū ❡ Cū ſaxones ꝯtra britones dimicarēt.
et ſe paucos viderēt. ſctōs inde trāſeūtes vocaue-
rūt. et ab eis pdicati certatiꝫ oēs ad baptiſmi grāꝫ
ꝯuolabāt. Die igiť paſche ex feruore fidei ꝓiectis
armis ꝓponūt fortiter ꝑliari. Qđ illi audiētes au-
dacter ꝯtra inermes ꝓperāt. Sꝫ germanus latēs
cū ſuis oēs ammonuit vt cū ipe alleluya clamaret
oēs ſibi vno clamore reſpōdeant. Qđ cum factum

eſſet tantus hoſtes ſup ſe iam irruentes terroꝛ īuaſit. vt ꝓiectis armis nō ſolum montes. ſed celū ſup ſe ruere putarent. cunctiqꝫ diffugerunt. Quadam vice dū ꝑ auguſtudunū tranſiēs ad tumulū ſancti caſſiani epi deueniſſet. quomō ſe haberet inqſiuit. Jlle ſtatim cūctis audiētibus ſic rn̄dit. Dulci quete pfruoꝛ. et aduentū redēptoꝛis expecto. Et ille. Quieſce plongum in xp̄o tempus. et pꝛo nobis attentius intercede vt obtinere ſacre reſurrectionis gaudia mereamur. Dū apud rauēnam deueniſſet a regina placida et filio ſuo valentiniano honoꝛifice ſuſceptus eſt. Hoꝛa vō cene regina miſit ei vas argenti ampliſſimū delicatioꝛibꝰ cibis plenū. Qd̄ ille ſic ſuſcepit. vt cibos famulis traderet. et ſibi ꝓ paupibꝰ ip̄m vas argēteū retineret. Loco vō muneris miſit regine ſcutellā ligneā panē oꝛdeaceū ꝯtinentē. Qd̄ illa libēter recepit. et vas illud poſt modum argento texit.

Quadā aūt vice dū pꝛedicta regina eū ad cōuiuium inuitaſſet. ille benigne annuens ab hoſpitio ſuo vſqꝫ ad palaciū eo q̄ ieiunijs et oꝛōnibus ac laboꝛibus eſſet confectus. aſino deferēte poꝛtatus eſt. Sed dū comederet. aſinus ſancti germani moꝛtuus eſt. Qd̄ regina audiens equū mire māſuetudinis ep̄o pꝛeſentari fecit. Quē intuēs ait. Meus michi aſinus pꝛeſenteꝫ q: qui me huc attulit repoꝛtabit. Pergēſqꝫ ad cadauer ſurge inquit muſcio reuertamur hoſpitio. Statimqꝫ ſubſilēs ſeip̄m ꝯcuſſit. ꝛ quaſi nichil mali paſſus eſſet. germanū ad hoſpitiū depoꝛtauit. Sed anteq̄ꝫ de rauēna exiret. ꝑdixit q̄ nequaq̄ꝫ in hoc ſeculo diutius moꝛareꝫ. Poſt modicū febꝛe coꝛripiꝫ. et in die. vij. in dn̄o moꝛiꝫ. et coꝛpus eius ad gallias ſicut a regina petierat trāſpoꝛtaꝫ. Obijt circa annos dn̄i. ccccxxx.

Uerū cum ſanctus germanus btō euſebio vercelleñ. ep̄o pꝛōmiſit q̄ in ſui reuerſione eccleſiaꝫ quā fundauerat ſibi dedicaret. cum intellexiſſet ſanctus euſebius beatum germanū exiſſe de coꝛpoꝛe. eccleſiam ſuaꝫ dedicaturus cereos accēdi iuſſit. Sed quāto plus accendebantur. tanto plus extinguebanꝫ. Quod vidēs euſebius intellexit dedicationē aut alio tp̄e fieri opoꝛtere. aut alteri ep̄o reſeruari. Cum igiꝫ beati germani coꝛpꝰ vercellas delatū fuiſſet. mox in pꝛedictā eccleſiā inducꝫ. et ſtatim cerei omnes diuinitus inflāmanꝫ. Tūc ſanctus euſebius ꝓmiſſionis beati germani meminit. ꝛ qd̄ viuēs ſe facturum pꝛomiſerat moꝛtuū feciſſe cognouit. Hoc ita opoꝛtet accipi. vt non intelligaꝫ de magno euſebio vercellenſi q̄ tp̄e ipſius factum ſit hoc. Nā ip̄e ſub valente impatoꝛe moꝛtuus fuit. et a moꝛte ipſius vſqꝫ ad moꝛtem ſancti germani vltra annos. l. effluxerant. Fuit ergo alius euſebius ſub quo iſtud quod enarratur euenit.

## De ſancto euſebio ciii.



Euſebius dicꝫ ab eu qd̄ eſt bonū. et ſebe qd̄ dicitur eloquentia vel ſtatio. vel euſebius ſonat bonus cultus. Jpſe nanqꝫ habuit bonitatem in ſanctificatione ſui. ſtationem in conſtātia martirij. bonū cultū in reuerentia dei.

Euſebius ſemper virgo exiſtēs. dum adhuc cathecuminus eſſet ab euſebio papa baptiſma et nomē ſuſcepit. Jn quo baptiſmo manus angelice viſe ſunt que ipſum de ſacroſonte leuauerunt. Matrona quedam eius pulchritudine capta. cū ipſius cubiculum vellet adire cuſtodientibus angelis peruenire non potuit. Unde facto mane ad eius pedes pꝛocidit. et ab eo veniam petijt. Oꝛdinatus pꝛeſbiter tanta ſanctitate emicuit vt in miſſaruꝫ ſolemnijs inter manus eius miniſterium angelicuꝫ appareret. Poſt hoc cū arriana hereſis totam ytaliam inficeret. imperatoꝛe cōſtātio eidem hereſi fauente. iulianus papa euſebium in vercellenſem epiſcopum conſecrauit. que tunc obtinebat inter alias vꝛbes ytalie pꝛincipatum. Qd̄ heretici audientes omnes foꝛes eccleſie claudi fecerunt. At euſebius vꝛbem ingreſſus ante hoſtiū maioꝛis eccleſie que eſt beate marie genua flexit et omnia oſtia ſua mox oꝛatione aperuit. Marentium mediolanenſem ep̄m heretica pꝛauitate coꝛruptum de epiſcopatu eiecit. et ꝓ eo viruꝫ catho-

licum dyoniſiũ ordinauit. Sicq; euſebius totã eccleſiam occidẽtis. & athanaſius totã eccleſiam oriẽtis ab arrianorum peſte purgabant. Arrius nanq; preſbiter alexandrinus fuit qui chriſtum purã creaturã eſſe dicebat. aſſerens ꝙ erat quando nõ erat. et ꝙ propter nos factus eſt vt nos per eum tanꝙ per inſtrumentũ deus crearet. et ideo magnus cõſtantinus celebrari fecit nicenũ cõſilium. vbi error condemnatus eſt. Ipe autẽ poſtmodũ miſerabili morte interijt. q2 omnia viſcera et inteſtina ꝑ ſeceſſum emiſit. Cõſtantius aũt cõſtantini filius ipe hereſi corruptus fuit Quo circa cõſtantius imperator cõtra euſebiũ plurimũ indignatus multorum epõrum cõcilium conuocauit et dyoniſiũ acceſſiuit multaſq; epl'as ad euſebiũ deſtinauit. qui ſciens maliciã in multitudĩe preualere venire contẽpſit & ſuã ſenectutẽ oppoſuit. Vñ imperator ſtatuit cõtra eius excuſationẽ in mediolanenſi vrbe q̄ prope erat cõciliũ celebrari. Vbi cũ euſebiũ deeſſe videret. iuſſit arrianos fidẽ ſuã deſcribere. et dyoniſiũ epm mediol'. ac. xxxiij. epos eidẽ fidei ſubſcribere. qđ audiens euſebi9 de vrbe ſua mediolanũ ꝓfectur9 exijt et m'lta ſe paſſurũ predixit. ¶ B Cũ igit' ad quẽdam fluuiũ veniſſet vt mediolanum ꝑgeret nauis ꝓcul ex alia pte fluminis exiſtẽs eo iubente ad eũ venit. et ipm cum ſocijs ſine gubernatore alio trãſportauit. Tunc ei predictus dyoniſius obuiauit & ad pedes eius ꝓcidens veniã poſtulauit. Cũ igit' euſebius ab imperatore nec minis nec blandicijs flecti poſſet corã omnibus dixit. Vos dicitis filium minorẽ eſſe patre cur ergo michi filiũ meũ et diſcipulũ ꝓtuliſtis? Non eſt eñi diſcipulus ſup' magr̄m nec ſeruus ſup' dñm ſuum. nec filius ſup' patrẽ. Qua illi rõne ꝯmoti ſtatim cyrographũ quẽ ſcripſerãt. et cui dyoniſius ſubſcripſerat ei obtulerũt. At ille Nequaꝙ poſt filiũ ſcribam cui auctoritate preſum ſed ipm ſuccendite. nouũq; cui ſubſcribam ſi vultis ꝯſcribite. Sicq; nutu dei ſucceſus eſt cyrograph9 Cui dyoniſius et alij. xxxiij. epi ſubſcripſerãt. Rurſumq; arriani alium cyrographũ cõſcripſerunt. et euſebio et alijs epis vt ſubſcriberent tradiderunt Sed cũ ab euſebio animati nullatenus cõſentirẽt ceperũt plurimũ gratulari ꝙ cyrographũ cui coacti ſubſcripſerant penitus cõbuſtũ videbãt. Tunc iratus ꝯſtantius euſebiũ volũtati arrianorum tradidit: Qui protinus ipm de medio aliorum epiſcoporum rapientes: et durius flagellantes. eũ ꝑ gradus palacij a ſummo vſq; ad imum: et rurſus ab imo vſq; ad ſummũ traxerunt. Cum ergo capite cõquaſſato multũ ſanguinẽ fudiſſet. et adhuc nõ aſſentiret. vinctis poſt tergum manibus. per collum cũ fune ipm trahebãt. Ipe autẽ gratias agens dicebat ſe pro confeſſione fidei catholice mori eſſe paratum. Tunc conſtantius liberiũ papam. dyoniſium: paulinum. et omnes alios epiſcopos qui eius exẽplo fuerãt animati in auxiliũ mitti fecit. Euſebiũ vero apud ſcitopolim vrbem palaſtine arriani duxerunt. et ipm in quodã loco ſic artiſſimo recluſerunt vt eſſet illo longitudĩe breuior: latitudĩe anguſtior ita vt curuatus nec pedes extẽdere. nec ſe in latus alterum vertere poſſet. capiteq; depreſſo humeros tantum et cubitos mouere valebat. Veruntamen conſtantio defuncto. iulianus eidem ſuccedens. et omnibus placere volẽs. iubet exulatos epiſcopos reuocari. et deorum templa aperiri. et pace frui ſub lege qua quiſq; vellet. Et ſic euſebius inde exiens ad athanaſium venit. et quãta paſſus fuerat eidẽ expoſuit. Defuncto autem iuliano et iouiniano regnante ſopitis arrianis euſebius vercellas redijt et eum populus cum magna exultatione ſuſcepit. Sed iterum valente regnante arriani repululant et euſebij domum vallantes. et extra domum ſupinũ ipm trahentes lapidibus eum obruerunt. et ſic ad dominum feliciter migrans in eccleſia quam ipe conſtruxerat ſepultus eſt. Fertur quoq; hanc gratiã ſue ciuitati euſebius a deo ſuis precibus impetraſſe vt nullus arrianus ibidem viuere poſſit. Vixit aũt ſcđm cronicas ad minus. lxxxviij. annis Floruit circa annos domini. cccl.

## ¶ De ſeptem machabeis ciiii A



# De ſancto Petro ad vincula

Machabei fuerunt ſeptē fratres cum matre
reuerenda et eleazaro ſacerdote. qui pro
obſeruatione legis cum carnē porcinā nol
lent comedere. inaudita ſuppliciorū genera ptule
runt ſcd̄m qd̄ in ſcd̄o machabeorū plenius contine
tur. Et notandū ꝙ eccleſia orientalis facit feſta de
ſanctis vtriuſqꝫ teſtamēti. occidētalis aūt nō facit
feſta de ſanctis veteris teſtamēti. eo ꝙ ad inferos
deſcenderūt. preterꝙ̄ de innocentibus. ex eo ꝙ in
ipſis ſingulis occiſus eſt chriſtus: et de machabeis
Sunt aūt quatuor rationes quare eccleſia de iſtis
machabeis licet ad inferos deſcenderint ſolemni-
zat. Prima eſt ꝓpter prerogatiuā martirij. Quia
eñ inaudita ſupplicia inter ſanctos veteris teſta-
mēti paſſi ſunt. ideo priuilegiati ſūt vt eoꝝ paſſio
merito celebretur. Hec ratio ponit̄ in hiſtoria ſco-
laſtica. Scd̄a eſt propter repreſentationē miſterij
Septenarius eñ numerus eſt numerus vniuerſi-
tatis. Significant̄ ergo in iſtis oēs patres veteris
teſtamenti celebritate digni Nam licet de ipſis nō
ſolemnizat eccleſia. tum quia ad limbum deſcende
runt. tum quia multitudo multorum nouorum ſub
intrauit. in his tamen ſeptem impendit omnibus
reueremtiam. quia per ſeptem vt dictū eſt vniuer
ſitas deſignatur. Tercia eſt propter exemplū pa
tiendi. ꝓponunt̄ eñ in exemplū fidelibus vt ſcd̄m
hoꝝ conſtantiā ad zelū fidei animentur et ad pa-
tiendū pro lege euangelij ſicut illi pro lege moyſi
fortius accingant̄. Quarta eſt propter cauſam ſup
plicij. Nam pro defenſiōe legis ſue talia ſupplicia
paſſi ſunt. ſicut et xp̄iani ꝓ defenſione legis euan-
gelice patiūtur. Has tres vltimas rōnes aſſignat
magiſter iohānes beleth i ſumma de officijs. c. v.

## Ad vincula ſancti petri cv A

Feſtum ſancti petri apoſtoli qd̄ ad vincula
dicit̄ quadruplici de cauſa inſtitutū fuiſſe pu
tatur. ſcꝫ in memoriā liberationis petri. in
memoriā liberationis alexādri. pro deſtruendo ri
tu gentiliuꝫ. et pro impetrāda abſolutione ſpiri-
tualiū vinculoꝝ. Prima ergo cauſa eſt in memo-
riam liberatiōis petri. Nam ſicut dicit̄ in hiſtoria
ſcolaſtica herodes agrippa romā adijt. et ibi gaio
nepoti tiberij ceſaris familiariſſimus extitit. Qua
dam aūt die cū eſſet herodes in curru cum gaio le
uatis in celum manibus ait. Utinā viderē mortē
ſenis. et te dñm totius orbis. Sed hoc auriga he-
rodis audiuit. et tiberio continuo intimauit. Qua
propter īdignatus tiberius ceſar herodē recluſit.
Ubi dum quadaꝫ die iuxta arborem innixus eſſet
cuius frondib⁹ inſidebat bubo. vn⁹ de cōcaptiuis



peritus in augurijs dixit ei. Noli timere quia cito
liberaberis. et in tantum ſublimaueris ꝙ amicos
tuos in tui inuidiā cōcitabis. ⁊ in hac proſperitate
morieris. Quācito aūt huius generis animal ſup
te videris vltra quintū diem viuere non valebis.
Poſt aliquod tēpus tiberius morit̄ et gaius in im
periū ſublimat̄. qui quidē herodē de vinculis libe
rauit et magnifice ſublimatū regē in iudeam miſit
Cumqꝫ veniſſet miſit manus vt affligeret quoſdaꝫ
de eccleſia. Occiſo aūt iacobo fratre iohannis gla-
dio ab eodē ante dies azimoꝝ. vidēs quia hoc gra
tum eſſet iudeis in diebus azimoꝝ petrū apprehē
dit. et in carcerē miſit. volēs poſt paſcha ꝓducere
cum pp̄lo. Angelus aūt nocte eidem aſſiſtens mi-
rabiliter eū vinculoꝝ nexib⁹ liberauit. et ad mini-
ſteriū p̄dicationis liberū ire iuſſit. Facinus aūt re-
gis dilationē non patit̄ vltionis. Sequenti vō die
cuſtodes ad ſe venire fecit vt pro fuga petri diris
eos penis afficeret. Hoc tñ impeditus eſt facere.
ne ſolutio petri alicui noceret. Nā concitus in ceſa
ream deſcendit. et ibi ꝑcuſſus ab angelo expirauit
Etenī ſicut refert ioſephus in. xix. antiquitatum
libro cum ceſareā adueniſſet. ⁊ ad eum totius pro
uincie viri vnanimiter ꝯueniſſent. ille fulgenti ve-
ſte ex auro argentoqꝫ mirabiliter cōtexta indutus
incipiente die ꝓcedit ad theatrum. Ubi cū primū
ſolis radios veſtis argentea ſuſcepit. repcuſſo ſplē
dore duplicatā ſpectantibus lucē fulgur metalli vi
brantis effudit. vt intuentibus ꝑſtringeret aciē ter
ror aſpectus et ꝑ hoc plus aliq̄d de eo ꝙ̄ humane

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

nature eſt artifex arrogãtia mẽtiret. Illico adulã-
tis vulgi concrepant voces dicẽtis. Hucuſq vt ho
minẽ te tenuimus. ſed ex hoc iã ſupra humanã na
turã te eſſe fatemur. Et dũ adulatorijs demulcere
tur honoribꝰ. et oblatos ſibi diuinos honores nõ
reſpueret reſpiciẽs vidit incidentẽ ſup funiculũ ca
piti ſuo angelũ. i. bubonẽ mortis eiꝰ ꝓxime nũciũ
reſpiciẽſq ad pplm dixit. En ego deus veſter mo
rior. Sciebat eñi iuxta pdicationẽ auguris ſe infra
v. dies moriturũ. Et cõtinuo pcuſſus p. v. dies ver
mibus cũ corrodẽtibus expirauit. Hec ioſephus.
In memoriã igit tam mire liberationis principis
aploꝝ a vinculis. et tã dire vindicte in tyrannum
ꝓtinus ſubſecute eccleſia feſtũ ſcti petri ad vincu-
la ſolẽnizat. Vñ et epla in miſſa canit in qua hec li
beratio facta fuiſſe ꝓhibetur. et ſcdm hoc videt ꝙ
hoc feſtum deberet vocari petri a vinculis. ¶ B
Secunda cauſa inſtitutionis extitit. Qm alexãder
papa qui ſextus poſt beatũ petrũ rexit eccleſiam.
et hermes pfectus vrbis rome qui per alexandruz
ad fidẽ cõuerſus fuerat. a quirino tribuno in diuer
ſis locis in cuſtodia tenebant. Dixitq tribunus ad
hermez pfectũ. miror te virũ prudentẽ honorẽ di-
mittere pfecture. et vitaz aliam ſomniare. Cui her
mes dixit. Et ego ante hos annos hec omnia deri
debam. et hanc vitam ſolam eſſe putabã. Reſpon
dit quirinus. Fac ergo probare me ꝙ aliaz vitã no
ueris eſſe. et cõtinuo fidei tue diſcipulũ me habe-
bis. Cui hermes dixit. Sanctus alexãder quẽ te-
nes in vinculis. ipe hoc melius te docebit. Tunc q
rinus maledicẽs. hermem ait. Ego tibi dixi vt me
probare faceres hoc et nunc me mittis ad alexan-
drum quẽ pro ſuis ſceleribus teneo vinculatũ. Ve
runtñ ſup te et alexandrũ cuſtodiã duplicabo. et
ſi ipm tecum vel te cum ipo inuenire potero. vere
fidem tuis et eius dictis vel ſermonibus adhibeo.
Fecit quod dixit. Et alexandro hoc hermes ꝓtinꝰ
indicauit. Orãte igit ſancto alexãdro angelus ad
eum venit. et ipſum ad hermem in carcerez duxit.
Et inueniẽs eos quirinus inſimul plurimũ admi-
ratus eſt. Et cũ hermes quirino narraret quomõ
alexander filiũ ſuuz mortuũ ſuſcitaſſet. dixit alexã
dro quirinus. Habeo filiam gutturoſam nomine
balbinam. Promitto igitur me tuaz recipere fidẽ
ſi filie mee impetrare poteris ſalutem. Cui alexã-
der. Vade citius et ipam ad carcerez meum addu
cito. Cui dixit quirinus. Cũ hic ſis quomodo in car
cere tuo te potero inuenire? Ad quẽ alexãder. Va
de cito. quia qui me huc adduxit ille me illuc cito
reducet. Pergens igitur quirinus filiaz ſuam ad
carcerem alexãdri adduxit. et ibidẽ ipm inueniẽs
ad pedes ſuos ſe proſtrauit. Tunc filia eius cepit
vincula ſancti alexandri deuote oſculari vt ſanita
tem reciperet. Cui alexander dixit. Noli filia has
meas oſculari cathenas. ſed boias ſancti petri dili
gẽter inquire quas deuote oſculãs recipies ſanita
tẽ. Quirinus igit in carcere vbi petrus detẽtus fue
rat diligẽter boias inquiri fecit. eaſq cũ inueniſſet
filie ſue oſculendas dedit. Illa mox vt oſculata eſt
vincula. ſanitatis eſt integre beneficium aſſecuta.
Tunc quirinus veniã petens alexandrũ de carce-
re extraxit. et ipe cũ familia et alijs quãpluribꝰ ba
ptiſma ſuſcepit. Tũc ſanctus alexãder hoc feſtũ in
kl. auguſti celebrandũ inſtituit. et in honorẽ apli
petri eccliam fabricauit. vbi vincula repoſuit ⁊ ad
vincula nominauit. In hac ſolẽnitate ad pdictam
eccleſiã magnus fit ꝯcurſus ppli. ⁊ ibidẽ ppls vin
cula oſculat. ¶ C Tercia cauſa inſtitutiõis ſcdm
bedam hec eſt. Octauianus imparator et anthonius
ſibi inuicẽ affinitate cõiuncti. ſic inter ſe mũdi totiꝰ
imperiũ diuiſerunt. vt octauianus in occidẽte yta
liã galliã et hiſpaniã. anthoniꝰ vero in oriẽte aſiaz
pontũ et affricam poſſiderẽt. Anthonius aũt laſci
uus et lubricꝰ cũ ſororẽ octauiani i vxorẽ haberet
ipam repudiauit. et cleopatrã reginã egipti in vxo
rem accepit. Ob hoc indignatus octauianꝰ manu
armata in aſiã cõtra anthoniũ ꝓcedit. et ipſum in
omnibus ſupauit. Tũc anthoniꝰ et cleopatra victi
fugerunt. ac ſemetipos pre dolore nimio occiderũt
Egipti igit regnũ octauianus deſtruxit. et roma-
nã ꝓuinciã fecit. Inde in alexãdriã pexit et oibus
eam diuicijs ſpolians romã ipſas trãſuexit. Unde
rempublicã auxit. ita ꝙ ꝓ vno denario daret qḋ
prius pro quatuor vendebat. Et quia ciuilia bella
valde vrbẽ vaſtauerãt ita eã renouauit vt dixerit
Inueni latericiã relinquo marmoreã. Quia igit in
tm rẽpublicã auxit auguſtus primo oim vocatꝰ eſt
Vñ et ab eo auguſti dicti ſunt q ſibi in impio ſucceſ-
ſerũt. ſicut a iulio ceſare eiꝰ auũculo ceſares appel
lant. Vñ et hunc mẽſem auguſtũ q prius ſextilis di
cebat. q2 a marcio ſextꝰ erat. ppls ſuo noie intitu-
lauit eũ auguſtũ vocãs. In memoriã itaq et hono
rẽ victorie illius quã prima die auguſti octauianꝰ
habuit omẽs romani hac die ſolemnizabant vſq
ad tẽpus theodoſij imparatoris q cepit regnare an-
no dñi. cccc. xxvi. Eudoxia igit filia pdicti theodo-
ſij imperatoris vxor valentiniani hieroſolimaz ex
voto pexit. Ubi quidã iudeus ꝓ magno munere
duas ei cathenas obtulit quibꝰ ſub herode petrus
apls vinctus fuit. Cũ igitur romam rediſſet in kl.

auguſti. et honorē imperatoris gentilis romanos ſolemnizare videret dolēs ꝙ dānato homini tantus honor exiberet. cogitāſqꝫ ꝙ non eos de facili a tali cultura et cōſuetudine reuocare poſſet cogitando tractauit. vt obſeruantia quidē ſic ſtaret. ſed in honore ſancti petri fieret. et illū diem vniuerſus populus ad vincula noīaret. Habita igit collatione cū beato pelagio papa. ꝓplm blandis exortationibus induxerunt. vt obliuioni traderet memoria principis paganoꝝ ⁊ celebris fieret memoria principis apoſtoloꝝ. Qđ dū cunctis placuiſſet illa cathenas quas de hieruſalē attulerat. ꝓtulit et populo oſtēdit. Papa vō et illā cathenā ꝓtulit qua ſub nerone idē apl's vinct⁹ fuit Hac ergo illis ſociata ita miraculoſe vna cathena facta eſt. ac ſi ſemꝑ vna et eadē extitiſſet. Unde papa et regina protinus ſtatuerūt. vt qđ hominū indiſcreta religio faciebat gentili damnato in melius mutata faceret apl'oꝝ principi petro. Ipa igit vincula papa cū regina in eccl'ia ſancti petri ad vincula poſuit. ⁊ ipaꝫ muneribus multis et priuilegijs magnis dotauit ac predictā dieꝫ vbiqꝫ celebrem fore inſtituit. Hec beda. Idem dicit ſigibertus. ¶ Quante aūt virtutis hec cathena fuit anno dñi. cccclxiiij. apparuit. quēdaꝫ eī comitē imperatoris ottonis ꝓpinquū dyabolus ante oculos oīm tam crudeliter arripuit. vt ſeip̄m dētibus laceraret. Tunc iuſſu imperatoris ad iohānes papā ducit⁹ vt cathena ſancti petri ei⁹ collo circūdaret. Sed cū quedā alia cathena furētis collo fuiſſet impoſita. et nichil ex hac prouenisſet ſalutis. nimirū vbi nil latebat virtutis. tandē vera petri cathena ꝓducitur et furentis collo imponit Tante aūt virtutis pondus dyabolus ferre nō potuit: ſed mox coram omnibus exclamans abſceſſit. Tunc theodricus metenſis ep̄s ipſam cathenam arripuit. et eam ſe nullatenus dimiſſurū niſi manus ſibi precideretur aſſeruit. Cum igit ſuper hoc inter ep̄m et papā alioſqꝫ clericos grauis oriretur contentio. imperator tandē ip̄m litigium ſedauit. et ep̄o ex ip̄a cathena a papa anulū impetrauit. Narrat miletus in cronica et idē habetur in hiſtoria tripartita. ꝙ his diebus apud epyrum draco ingens apparuit. in cuius ore donatus ep̄s virtute inſignis expuens mox eū occidit. prius tn̄ ante eius faciem digitis crucem deſignans et eidē oſtendens. Quē vix. viij. iuga boum ne eius putredine aer inficeretur ad locū incendij trahere potuerunt. Idē quoqꝫ ait ibidē. et in eadē tripartita hiſtoria habetur. ꝙ in creta dyabolus in ſpecie moyſi ſe poſuit. Qui iudeos vndecunqꝫ cōgregans ſuꝑ magnū montis precipitiū iuxta mare eos duxit. Quos dū ad terram ꝓmiſſionis ſicco pede ſe preeunte ducere pollicet innumeros enecauit. Unde credit ꝙ dyabolus indignatus. q2 occaſione iudei qui regine cathenam dederant plauſus octauiani ceſſauit. de his ſe taliter vindicauit. Multi aūt ex his qui euaſerunt ad baptiſmi gratiā cōuolarūt. Cū eñ mons ipſe dediuis incumberet. et illi ſeſe euoluerent. priores tāꝫ acutis rupibus lacerati ꝙ in mare prefocati mortui ſunt. Cunqꝫ reliqui idem facere vellent. et de prioribus quid eis acciderit ignorarent. quidā piſcatores inde trāſeūtes malū quod acciderat narrauerunt eiſdem. et ſic illi conuerſi ſunt. Hec in hiſtoria triptita ¶ D Quarta cauſa inſtitutionis hic aſſignari poteſt. Dñs eñ a vinculis petrū miraculoſe abſoluit. et eidē ligandi et abſoluendi poteſtatē dedit. Nos aūt vinculis peccatoꝝ obligati tenemur et abſolui indigem⁹. Ideo igit ip̄m in ſolēnitate q̄ dicit ad vincula honoram⁹. vt ſicut ip̄e a vinculis abſolui ꝓmeruit. et ſicut abſoluendi a dño poteſtatē accepit. ſit et ip̄e a peccatorū vinculis nos abſoluat. Hanc vltimā inſtitutiōis cauſaꝫ nōnullaꝫ extitiſſe q̄s de facili ꝑpendere pōt. ſi videat ꝙ abſolutionē a vinculis in apl'm factā epl'a cōmemorat. abſoluēdi poteſtatē ſibi cōceſſaꝫ euāgeliſta recitat abſolutionē ab ip̄o nobis fiendā hodierna oratio poſtulat. Qđ aūt ꝑ claues quas accepit interdū etiā dānandos abſoluat i quodā miraculo qđ legit in libro miraculoꝝ btē virginis ſatis claret. Apđ nanqꝫ coloniā vrbē in monaſterio ſancti petri erat q̄dam monachus leuis lubricus. et laſciuus. hic dū ſubita morte fuiſſet ꝑuentus demones ip̄m accuſabant et q̄libet peccatoꝝ genera cōtra ip̄m clamabāt. Unū dicebat. Ego ſum cupiditas tua qua cōtra dei ꝑcepta tā frequēter cupiſti Aliud clamabat. Ego ſuꝫ vana gl'ia qua te apud hoīes iactanter exaltaſti. Aliud ait ego ſum mendatiū in quo mentiendo peccaſti. Et cetera ſimilr. Ecōtra quedā bona op̄a q̄ fecerat ip̄m excuſabāt dicētia. Ego ſum obediētia quā ſeniorib⁹ ſpūalib⁹ exhibuiſti. Ego ſum pſalmorū cātus. quē frequenter deo cōcinisti. Sctūs aūt petrus cui⁹ erat monachus ꝓ ip̄o deꝑcaturus deū adijt. Cui rñdit dñs. Nunq̄d nō ꝓpheta me inſpirante dixit. Dñe quis habitabit in tabernaculo tuo. aut q̄s re. i mon. ⁊c. Qui ingredit ſine mac'la ⁊c. Quomodo hic poteſt ſaluus eſſe cū nec ſine macula ſit ingreſſus nec ſit iuſtitiā operatus? Rogāte igit ꝓ eo petro cū virgine matre dei hanc dñs ſentētiā ꝓtulit. vt ad corpus rediret. et ibi peniam ageret. Tūc cōfeſtim petrus

claui quam manu tenebat dyabolum terruit et in fugam cõuertit. Animã vero ei⁹ in manu cuiuſdaꝫ qui in predicto monaſterio monachus fuerat tradidit. et vt ad corpus ipam reduceret p̄cepit. Qui ab eo ꝓ mercede reductionis popoſcit, vt ſingulis diebus pſalmũ. miſerere mei deus diceret. ⁊ ſepulturã eius ſepe ſcobis mundaret. Ipſeqꝫ de morte rediens q̄ ſibi contigerãt omnibus enarrauit.

## De ſctõ ſtephano papa. cvi. A



Stephanus papa cũ multos gentiliũ verbo et exemplo conuertiſſet. et multa corpora ſanctoꝝ martirũ ſepelliſſꝫ a valeriano et galieno ãno dñi. cclx. ſummo ſtudio ꝗquirit̃. vt euꝫ et clericos aut ſacrificare cogerent aut ſupplicijs diuerſis punirent. Dederũtqꝫ edictũ vt q̄cunqꝫ eos ꝓderet totã eoꝝ ſubſtãtiã poſſideret Quapropter x. de eius clericis ſtatim cõprehenſi ſunt et ſine audientia decollati. Sequẽti die ſtephanus papa cõprehẽdit̃. ⁊ ad tẽpluꝫ martis ducit̃. vt ibi aut ydolum adoraret. aut capitalẽ ſententiã ſubiret Sꝫ cũ templũ ingreſſus fuiſſet. et deum vt ipm templum deſtrueret exoraſſet. ſtatim magna pars tẽpli corruit. ⁊ omnis multitudo pre nimio timore aufugit Ipſe vero ad cimiteriũ ſancte lucie ꝑrexit. Qđ audiens valerianus milites plures priorib⁹ ad eũ miſit Qui venientes eum miſſam celebrantẽ inuenerũt et ſtantẽ intrepidũ ac incepta deuote perficienteꝫ in ſua ſede decollauerunt.

## De inuentione ſancti ſtephani prothomartiris cvii. A



Inuentio corporis ꝓthomartiris ſtephani anno dñi. cccc.xvij. honorij pricipis ãno. vij. facta fuiſſe narrat̃. Repitur aũt ei⁹ inuẽtio trãſlatio. et cõiunctio. Inuentio ipſius hoc ordine facta fuit. Nã cũ quidã preſbiter noĩe lucianus in territorio hieroſolimitano. quẽ genadius inter illuſtres viros ꝯmemorat. ⁊ hec ſcripſit feria. vi. in ſtratu ſuo quieſceret et bñ vigilaret. quidã vir ſenex ⁊ ſtatu ꝓcerus. vultu decorus. barba ꝓlixa. pallio cãdido amictus. cui gẽmule auree et cruces inerant ĩcõtexte. calciatus caligis in ſupficie deauratis eidẽ appuit. Qui manu aureã virgã tenẽs tetigit eũ dicẽs. Sũma cũ diligẽtia nr̄os patefacito tumulos qꝛ indecẽter deſpecto loco recõditi ſum⁹. vade igit̃ ⁊ dic iohãni ep̄o hieroſolimitano vt nos in honorabili loco reponat. qꝛ cũ ſiccitas et tribulatio mũdũ cõcuſſerit nr̄oꝝ ſuffragijs de⁹ mũdo ꝓpiciari decreuit. Cui lucianus p̄ſbiter dixit. Dñe q̇s es? Ego ſum inquit gamaliel qui paulũ aplm enutriui. et ad pedes meos legẽ ꝑdocui. Qui aũt mecũ iacet ſctũs eſt ſtephanus q̇ a iudeis lapidat⁹ extra ciuitatẽ ꝓiectus eſt. vt a feris ⁊ auibus deuoraret̃. Sꝫ hoc oĩno ille ꝓhibuit cui idẽ martir illeſam fidẽ ſeruauit. Eo aũt ipm cũ reuerẽtia multa collegi. et ĩ meo nouo tumulo ſepeliui. Alius aũt q̇ mecũ iacet eſt nichodemus nepos meus q̇ nocte ihm adijt. et a petro et iohe ſacrum baptiſma ſuſcepit. Quapropter ĩdignati in eũ pricipes ſacerdotũ eũ occidiſſent. niſi ob nr̄i reuerẽtiã deſtitiſſent. Uerũ tñ oẽm ſubſtantiã eius diripuerũt. et a principatu

# De inuentione ſancti ſtephani

depoſuerunt multiſq; eū afficiētes verberibus ſe-
miuiuū reliquerūt. Hunc cū ego ī domo meo duxiſ
ſem. diebus aliquibus ſuprixit. et defunctū iuxta
pedes beati ſtephani ſepeliri feci. Tertius vero q̇
mecum eſt. ipē eſt abibas filius meus. q̇ anno eta
tis ſue. xx. mecū baptiſma ſuſcepit. ꝛ virgo perma
nens cum paulo diſcipulo meo legeꝫ didicit. Uxoꝛ
vero mea ethea. et ſelemias filius meus. qꝛ fideꝫ
xp̄i noluerunt recipe nr̄a nequaꝗ̄ digni ſepultura
fuere ſed eos alibi ſepultos inuenies et eoꝝ tumu
los vacuos et inanes. Hoc dicto ſcūs gamaliel diſ
paruit. Lucianus vero euigilans dn̄m exoꝛauit. vt ſi
hec viſio in veritate fieret. eidē ſcd̄o ac tercio appa
reret. In ſequēti igiṫ feria ſexta idē ſicut pꝛius ap
paruit. et cur ea q̄ ſibi dixerat neglexerit requiſi-
uit. Non inquit dn̄e neglexi. ſed rogaui dn̄m vt ſi
hec viſio ex deo eſſet michi tercio appereret. Dixitq;
ei gamaliel. Qm̄ in mente tua cogitaſti ſi nos inue
nires quō reliquias ſinguloꝝ diſcernere poſſes. ex
his q̄ tibi ſub ſimilitudine oſſero ſinguloꝝ loculos
et reliquias edocebo. Oſtēditq; ei tres calathos
aureos et quartū argēteuꝫ. quoꝝ vnus erat plen⁹
roſis rubētibus. ꝛ alij duo roſis albis. quartū etiā
oſ̄dit calathum argenteū plenū croco. Dixitq; ga
maliel. Hi calathi noſtri ſunt loculi. et he roſe no-
ſtre ſunt reliquie. Calathus plen⁹ roſis rubeis eſt
loculus ſancti ſtephani. q̇ ſolus ex nobis martirio
meruit coꝛonari. Alij duo roſis albis pleni mei et
nichodemi ſunt loculi qui ſincero coꝛde in cōfeſſio-
ne xp̄i pſeuerauimus. Quartus vero argēteus cro
co plen⁹ eſt abibe filij mei. qui candoꝛe ṽginitatis
pollebat. et mūdus de mūdo exiuit. His dictis ite
rū diſparuit. Feria aūt. vi. ſequētis ebdomade eideꝫ
iratus apparuit. et de dilatione et negligētia ſua
eū grauiter increpauit. Cōtinuo igiṫ lucianus hie
roſolimā adijt. et iohāni ep̄o cuncta p ordinē enar-
rauit. Pergunt igiṫ cū alijs ep̄is accerſitis ad locū
pꝛedictū luciano oſ̄ſum. Cūq; cepiſſent fodere ter
ra ꝯcutiṫ et ſuauiſſimus odoꝛ ſentiṫ. Ad cuius odo
ris miraꝫ fragrantiā meritis ſanctoꝝ. lxx. hoīes a
diuerſis infirmitatibus liberanṫ. Sicq; ī eccleſiaꝫ
ſyon q̄ eſt in ihꝛl̄m. vbi ſcūs ſtephanus archidiaco
natus officio funct⁹ eſt. cū magno gaudio ſanctoꝝ
reliq̄as tranſtulerūt. et eas ibidē honoꝛifice cōdi-
derūt. Ea aūt hoꝛa pluuia magna deſcendit. Hui⁹
viſionis ꝛ inuentionis mentionē facit beda in cro
nica ſua. ¶ H Hec inuentio ſancti ſtephani fa-
cta eſt ea die qua eius paſſio celebraṫ. et eius paſ-
ſio in hac die fuiſſe diciṫ. Feſta aūt ab eccl̄ia muta-
ta ſunt duplici rōe. Pꝛima eſt qm̄ xp̄s ideo natus
eſt in terris vt homo naſcereṫ in celis. Decuit igiṫ
vt natiuitati xp̄i ꝯtinuareṫ natale ſancti ſtephani.
q̄ pꝛimus pro xp̄o martiriū ſuſtinuit. qd̄ eſt naſci ī
celo. vt ꝑ hoc notareṫ vnā ex alia ſequi. Unde etiā
cantaṫ de ip̄o. Heri xp̄s natus eſt in terris vt hodie
ſtephanus naſcereṫ in celis. Scd̄a ratio eſt qm̄ fe-
ſtū de inuētione ſolēnius agebatur ꝙ̄ feſtū de paſ
ſione. et hoc tū ꝓpter reuerentiā natiuitatis. tum
ꝓpter multa miracula q̄ in ipſius inuentione dn̄s
oſ̄dit. Quia ergo paſſio ip̄i⁹ dignioꝛ eſt ꝙ̄ inuētio
et ob hoc ſolēnioꝛ debet eſſe. ideo etiā feſtū de paſ
ſiōe ad illud tp̄s trāſtulit in quo ī amplioꝛi reuerē
tia habeaṫ. ¶ Tranſlatio aūt eius vt ait aug̃. hoc
mō fuit. Nā alexander ſenatoꝛ ꝯſtātinopolitanus
ihꝛl̄m cū vxoꝛe ſua adijt. et ꝓthomartiri ſtephano
pulcherrimū oꝛatoꝛiū ꝯſtruxit. ac poſt eius obitū
iuxta ei⁹ coꝛpus ſe ſepeliri fecit. Euolutis ergo. vij.
annis iuliana eius vxoꝛ ī patriā ſuā volēs redire.
vt pote q̄ a pꝛincipibus iniuriā patiebaṫ. coꝛpus
viri voluit deferre. Qd̄ cū ab ep̄o multis pcib⁹ po-
ſtulaſſet. ep̄s duos loculos argēteos ꝓtulit dicēs.
Nō noui q̄s ſit ex his loculis viri tui. Et illa. Ego
noui. Et impetū faciēs amplexata eſt coꝛpus ſan-
cti ſtephani. Sic ergo dū coꝛpus viri putat accipe
caſu coꝛpus ꝓthomartiris accepit. Cū aūt nauim
cum coꝛpe conſcendiſſet. hymni audiunṫ angelici.
odoꝛ effragrat. clamāt demones. ſeuā ſuſcitant tē
peſtatē dicētes. Ue nobis qꝛ ꝓthomartir ſtepha-
nus tranſit diro nos verberās igne. Cū ergo nau-
te naufragiū foꝛmidarēt. ſtephanus inuocaṫ. et cō
tinuo appꝛuit dicēs. Ego ſuꝫ nolite timere. Statiq;
tranq̄llitas magna ſubſecuta eſt. Tūc audite ſunt
voces demonū clamātiuꝫ. Impie pꝛīceps nauē ac
cende. qꝛ aduerſarius noſter ſtephan⁹ eſt ī ea. Tūc
pꝛīceps demonū. v. demones q̇ nauē incenderent
miſit. Sꝫ āgelus dn̄i in ꝓfundū eos dimerſit. Et cū
calcedonē veniſſent. demones clamabāt. Seruus
dei venit. qui ab iniquis lapidatus eſt iudeis. Cō
ſtantinopolim igiṫ incolumes ꝑuenerūt ꝛ ī quadā
eccl̄ia coꝛp⁹ ſancti ſtephani cū magna reuerentia
cōdiderūt. Hec aug̃. ¶ Coniunctio aūt coꝛpis ſancti
ſtephani cū coꝛpoꝛe ſancti laurētij hoc ꝯ modo facta
fuit. Cōtigit eī eudoxiā filiā theodoſij impatoris
a demone grauiter cruciari. Qd̄ cū patri ſuo con-
ſtantinopolim ꝯſtituto intimatū fuiſſet. iubet filiā
ꝯſtātinopolim adduci. vt ſacroſanctis ꝓthomarti
ris ſtephani reliquijs tangereṫ. Demon aūt in ea
clamabat. Niſi ſtephanus romā veniat non exibo
qm̄ ſic eſt apl̄oꝝ voluntas. Qd̄ cū impatoꝛ audiuiſ
ſet. a clero et populo ꝯſtātinopolitano obtinuit vt

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

corpus ſancti ſtephani romanis darēt. et ipſi beati laurentij corpus acciperēt. Tunc imꝑator pelagio pape ſuꝑ hoc ſcripſit Papa vō de ꝯſilio cardinaliū imꝑatoris petitōni ꝯſenſit. Miſſi igit̄ ꝯſtātinopolī cardinales corpus ſancti ſtephani romā deferūt. ⁊ greci ꝓ accipiēdo corꝑe ſancti laurētij ꝓſequunt̄. Capue igit̄ corpus ſtephani recipit̄. et brachiū ei⁹ dextrū a capuanis deuotis ꝑcibus obtinet̄. et metropolitana eccl'ia in eius honore fabricat̄. Cū aūt romā veniſſent. et ī eccl'iaꝫ ſancti petri ad vincula corpus deferre vellent. vectores ſubſiſtunt. nec vltra procedere poſſunt. Demon aūt in puella clamabat. Fruſtra laboratis quia nō hic. ſed apud fratrem ſuū laurentiuꝫ ſedē elegit. Illuc igit̄ corpus defert̄ et ad eius tactū puella a demone liberatur At laurentius aduentui fratris ſui quaſi cōgratulans et arridens in alteram partē ſepulcri ſeceſſit et medietatem illius vacuam fratri reliquit. Greci vero dū manus apponunt vt laurentiū ferāt ad terrā velut exanimes corruerunt. Sed orantibus pro eis papa clero et populo vix ad ſe ad veſperā redierūt. Omnes tamen infra. x. dies mortui ſunt Latini etiam q̄ ſibi ꝯſenſerāt in freneſim verſi ſanari nō potuerūt. quoadusq̄ſanctoꝝ corpa inſimul tumulata fuerūt. Tunc vox de celo audita eſt. O felix roma q̄ corpus laurentij hiſpani. et ſtephani hieroſolimitani tam glorioſa pignora vno claudis manſeolo. Facta eſt aūt iſta cōiunctio. ix. kl'. maij circa annos dn̄i. cccccxxv. ¶ C · Refert aug. in li. xxij. de ciui. dei. vi. mortuos ad inuocationē ſancti ſtephani ſuſcitatos. videlꝫ quendā q̄ cuꝫ mortuus ſic iaceret vt ei iā pollices ligarent̄ iuocato ſuꝑ eū noīe beati ſtephani ꝯtinuo ſuſcitat⁹ eſt. Itē quedā puerū a plauſtro ꝯtritū. quē mater ad eccleſiā ſcti ſtephani deferēs viuū et ſanū recepit. Itē quādaꝫ ſanctimonialē que cū in extremo ſpū conſtituta ad eccl'iam ſancti ſtephani delata fuiſſet. et ibidem expiraſſet. videntibus oībus et ſtupentibus ſanata ſurrexit. Itē quandā puellā apud yponē cuius tunicā cū pater ad eccl'iaꝫ ſancti ſtephani deportaſſꝫ. eā poſtmodū ſuꝑ corpus defuncte puelle ꝓiecit. et illa ſtatim ſurrexit. Itē quendā iuuenē apud yponē cuius corp⁹ cū inunctū fuiſſet oleo ſancti ſtephani ſtatim ſurrexit. Itē quendā puerū qui cū ad eccleſiaꝫ ſancti ſtephani mortuus fuiſſet delatus ad inuocationē ſancti ſtephani vite eſt ꝓtinus reſtitutus. ¶ De hoc martire ſic dicit aug. Martirē iſtuꝫ gamaliel ſtolatus reuelauit. ſaulus ſpoliatus laudauit. xp̄s pannis inuolutus ditauit. et precioſo lapide coronauit. Idē. Item in ſtephano emicuit pulchritudo corporis. flos etatiſ. eloquētia ſermocinātis. ſapientia ſanctiſſime mētis. et opatio diuinitatis. Idē. fortis colūna dei cū inter lapidiferas manus captatorio forcipe teneret̄ fide fūdabilis ignitebat̄. feriebat̄ et ꝓducebat̄. ꝯſtringebat̄ et angebat̄. cedebat̄ et nō vincebat̄. Idē ſuꝑ illud. Dura ceruice ⁊c. Hic non blandit̄ ſꝫ inuehit̄. nō palpat ſꝫ ꝓuocat. nō trepidat ſed inſtigat. Idē. Attende ſtephanū ꝯſeruū tuuꝫ. homo erat ſicut et tu. de maſſa peccati erat ſicut et tu. co pcio redemptus quo tu. Et cū dyaconus erat euangeliū legebat. qđ legis vel audis et tu. Ibi inuenit ſcriptū. Diligite inimicos veſtros. Didicit legēdo ꝑfecit obediendo.

## ¶ De ſancto dominico cxiiii A



DOminicus dicit̄ quaſi dn̄i cuſtos vel a dn̄o cuſtoditus. vel dicit̄ dominicus q̄ntum ad ethymologiā huius noīs qđ eſt dn̄s. Dicit̄ aūt cuſtos dn̄i tribus modis. ſcꝫ cuſtos honoris dn̄i quo ad deum. cuſtos vinee dn̄i vel gregis dn̄i quo ad ꝓximū. cuſtos voluntatis dn̄i ſiue p̄ceptorum dn̄i quo ad ſeipſum. Scđo dicit̄ dominicus quaſi a dn̄o cuſtoditus. Dn̄s eīn cuſtodiuit ipm̄ quātū ad triplicē ſtatum ſuum. in quoꝝ primo fuit laicus. in ſcđo regularis canonicus. in tercio vir apoſtolic⁹. Nam in primo eū cuſtodiuit faciendo eū laudabiliter incipere. in ſcđo feruēter ꝓficere. in tercio ꝑfectionem apphēdere. Tertio poteſt dici dn̄icus per ethymologiā huius noīs dn̄s. Dn̄s nāq̄ dicit̄ quaſi donās minas vel donās minus vel donans munus. Sic beatus dn̄icus fuit donās. i. condonans

minas per iniuriarū dimiſſionē. donās minus per corporis macerationē q꞉ corpori ſuo ſemꝑ minus dabat ꝙ appetebat. donans mun⁹ per libertatis largitionē. q꞉ non ſolū ſua pauperibus tribuit. ſed etiā ſeipm̄ pluries vendere voluit.

Dominicus ordinis predicatoꝝ dux et pater inclitus. ex hiſpanie ꝑtibus villa q̄ dicit̄ calaregia oxonieñ. dioceſis patre felice. matre vo iohāna noīe ſcōm carnē originē duxit. Cui⁹ mater añ ipſius ortū vidit in ſomnis ſe catulū geſtantem in vtero. ardentē in ore faculam baiulantem. Qui egreſſus ex vtero totā mundi machinā incendebat. Cuidā etiā matrone q̄ ipm̄ ex ſacro fonte leuauerat videbat̄ ꝙ puer dominicus ſtellam prefulgidam haberet in fronte q̄ totū orbem illuſtrabat. Dū adhuc eſſet puerulus et ſub nutricis cuſtodia cōſtitutus. deꝑhenſus eſt ſepe lectū dimittere. et ſuꝑ nudā humū iacere. Miſſus tandē palentiā ad ſtudiū amore ſapientie addiſcēde. vinum ꝑ decenniū non guſtauit. Ubi cū fames valida eſſet libros cū omni ſuppellectili vēdidit. et preciū coꝝ pauꝑibus erogauit. Creſcēte iam eius fama ab epō oxonieñ. in ſua eccleſia canonicus regularis efficit̄. et poſtmodū factus oībus vite ſpeculū a ꝯcanonicis ſubprior ordinat̄. Ipe aūt die ac nocte lectioni et orōni vacabat. aſſidue deū exorans vt ſibi hāc gratiā infundere dignaret̄ qua ſe totū aliqn̄ ſaluti poſſet impendere ꝓximoꝝ. In li. quoq꞉ de collatōib⁹ patrū ſtudioſiſſime legēs ꝑfectiōis cumulū apprehendit. Pergēs aūt cū p̄dicto epō tholozam deꝓhendit hoſpitē ſuū heretica prauitate corruptum Quē ad fidem cōuertit et quaſi quendā primiciaꝝ manipulū future meſſis dño preſentauit. ¶ Legit̄ in geſtis comitis montiſfortis ꝙ cū beatus dominicus quadā vice aduerſus hereticos predicaſſet auctoritates quas in mediū ꝓduxerat redegit in ſcriptis. et cuidā heretico cedulā illā tradidit. vt ſuper obiectis deliberare deberet. Illa autem nocte ad ignē hereticis ꝯgregatis cedulā quam receꝑat produxit in mediū. Cui ſocij dixerūt vt in ignem illam ꝓijceret. et ſi ꝯburi ꝯtingeret coꝝ fides imo perfidia vera eſſet. Si vero cōburi nō poſſet verā fidē romane eccl'ie p̄dicarēt. Qua ꝓpter cedula in ignē ꝓijcit̄. Que cū aliquātuluꝫ moram in igne feciſſet incōbuſta ab igne ꝓtinus ꝓſilijt. Stupētib⁹ cūctis vnus ceteris durior ait. Proijciat̄ iterū et ſic expiētia plenius reꝑiet̄ et plenius experiemur veritatē. Proijcit̄ iterū et iteꝝ ꝓſilijt incōbuſta. Iteruꝫ ille dixit. Tercio ꝓijciat̄ et tūc ſine dubio rei exitū cognoſcemus. Proijcit̄ tercio. et iterū incōbuſta ꝓſilijt et illeſa. Heretici aūt in ſua duricia ꝑmanētes diſtrictiſſima inter ſe iuratiōe firmauerūt ne hoc aliqs publicaret. Quidā tn̄ miles q̄ ibi aderat et noſtre fidei aliq̄tuluꝫ adherebat. Iſtud miraculum poſtmodū publicauit. Factū eſt aūt hoc apud mōtē victorialē. Simile quidam dicit̄ accidiſſe apud fanū iouis in dicta ibidē in dieb⁹ illis ꝯtra hereticos quadē diſputatiōe ſolēni. ¶ B Ceteris igit̄ ad ꝓpria redeūtibus. et epō oxonieñ. defuncto ſolus ibidē ſanctus dominicus cū paucis remāſit ꝯtra hereticos ꝯſtanter verbū dei annunciās. Irridebant aūt eū aduerſarij veritatis. ſputa lutum et huiuſmodi vilia ꝓijcientes in eū. et a tergo ꝓ deriſu ſibi paleas alligantes. Cū autē ſibi interitū minarent̄ imperteritus rñdebat. Nō ego martirij dign⁹ ſum gloria. nondū merui iſtā mortē. Quapropter locū tranſiens in quo ſibi parate ferebātur inſidie non ſolū intrepidus verū etiā cantās ⁊ alacer procedebat. Qđ illi admirātes dixerūt illi. Nunquid nō tu mortis horrore ꝯcuteris? Quid acturus eras ſi ꝯprehēdiſſem⁹ te? Ait ille. Rogaſſem vos ne repētina me ſubito ꝑimeretis vulneribus. ſed paulatim ⁊ ſucceſſiue membra ſingula mutilātes. deinde oſtēſis corā oculis meis detruncatis membroꝝ ꝑticulis. ipos etiā oculos eruentes ad vltimū ſemiuiuū laceratūq꞉ corpus ſic ꝑmittētes in ſuo ſanguine volutari vel proſus ad libitū me necaretis. Cū quendā repꝑiſſet ꝓpter nimiā quam patiebatur inopiā hereticoꝝ cōſortijs adheſiſſe. decreuit ſeipm̄ venūdare quaten⁹ ex accepto p̄cio de ſeipo et egeſtatis ſimul occaſiōe p̄deret. et ſub errore venūdatū liberaret. Qđ et feciſſet. niſi inopie eius diuina miſcōia aliter ꝓuidiſſꝫ. Alias etiā cū quedā mulier fratrē ſuū in ſarracenoꝝ captiuitate detētū lamentabili ſibi cōqueſtione exponeret. nullūq꞉ ſibi ad eius liberationē fateret̄ cōſiliū ſupeſſe. ille intima ꝯpaſſione cōmotus ſeipm̄ ꝓ redemptiōe captiui vendendū obtulit. Sed deus qui ipm̄ neceſſariorē ad redemptionē ſpūalem multoꝝ captiuorum preuiderat non ꝑmiſit. ¶ Hoſpitatus in partibus tholozanis apud quaſdā matronas ab hereticis ꝑ oſtentationē religionis deceptas. ꝑ totā quadrageſimā vt ſic clauū clauo retūderet in pane ſolū et aqua frigida cum adiūcto ſibi ſocio ieiunauit Nocte vero vigilās cū neceſſitas cogebat laſſa mēbra ſuꝑ nudā tabulam reclinabat. Sicq꞉ factū eſt vt illas matronas ad agnitionē v̄itatis ꝑduceret. Poſt hoc aūt cepit de inſtitutiōe ordinis cogitare cuius officiū eſſet ꝑ mūdū predicādo diſcurrere. et cōtra hereticos fidē catholicā cōmunire. Cū igit̄

in ꝑtibus tholozanis mãſiſſet ꝑ.x.annos a trãſitu
oxonieñ.epi vſqꝫ ad tempus quo lateranenſe con-
ciliũ debuit celebrari.cum fulcone tholozano epõ
romam ad cõciliũ generale adijt.ac a ſummo pon
tifice innocentio ordinẽ qui predicatoꝝ diceret̃.et
eſſet cõfirmaret ſibi ſuiſqꝫ ſucceſſoribus poſtulauit
Qui cum aliquantulũ ſe difficilem exiberet nocte
quadã idẽ pontifex videbat in ſomnis ꝙ lateranẽ
ſis eccleſia grauem ſubito ruinam minaretur. Qȯ
dum tremẽs aſpiceret.ex aduerſo vir dei dñicus
occurrebat.humeriſqꝫ ſuis ſuppoſitis totã illã ca-
ſurã fabricam ſuſtentabat. Euigilans aũt et viſio-
nem intelligens.petitionẽ viri dei hilariter acce-
ptauit hortans vt ad fratres ſuos rediens regulã
aliquã approbatã ſibi eligeret.⁊ ſic ad ipm rediẽs
confirmationẽ ad libitum impetraret. Regreſſus
igit̃ verbũ ſummi põtificis fratrib⁹ patefecit.Erãt
aũt fratres numero circiter.xvi. Qui inuocato ſpũ
ſancto regulã beati aug̃.doctoris ⁊ ꝑdicatoris exi
mij.ipi pariter et re et noĩe ꝑdicatores futuri vna
nimiter elegerunt quaſdã artioris quidẽ vite ꝯſue
tudines.quas ſibi ꝑ formaꝫ ꝯſtitutionũ obſeruan-
das ſtatuerũt.inſuꝑ aſſumentes.Uerũ interea in-
nocẽtio defuncto.⁊ honorio in ſummũ põtificẽ ſub
limato ꝯfirmationẽ ordĩs eius ãno dñi.m.cc.xvi.
a ꝑdicto honorio ĩpetrauit. Dũ igit̃ rome in ecc̃lia
ſancti petri ꝓ dilatiõe ſui ordinis exoraret glorio-
ſos principes ap̃loꝝ petrũ et paulũ ad ſe venien-
tes aſpexit.Quoꝝ prim⁹ petrus videlicet baculũ
paulus võ ſibi librũ tradere videbant̃ addebãtqꝫ
dicẽtes.Uade ꝑdica qꝛ a deo ad hoc miniſterium
es electus. Moxqꝫ in momẽto tp̃is videbat̃ ei ꝙ
filios ſuos ꝑ totũ mundũ diſꝑſos aſpiceret incedẽ-
tes binos et binos.Qua ꝓpter tholozã rediẽs fra
tres ſuos diſꝑſit et quoſdã quidẽ hiſpaniã quoſdaꝫ
vero pariſius.alios tandem bononiã deſtinauit.
ipe vero romã reuerſus eſt. ¶ E Monachus q̃
dã ante ordinis predicatorũ inſtitutione in extaſi
factus.vidit beatam virginẽ flexis genibus et iun
ctis manibus ꝓ humano genere filiũ deprecanteꝫ
Qui dũs ſepe pie matri repulſam.tandem inſtãte
ea ſic ait.Mater mea q̃d poſſuꝫ vel debeo ampli⁹
eis facere? Miſi patriarchas et ꝓphas et parũ ſe
emendauerũt. Ueni ego ad eos deĩde miſi ap̃los
et me et illos occiderũt. Miſi martires et cõfeſſo-
res et doctores.nec illis acquieuerũt. Sꝫ qꝛ nõ eſt
fas vt tibi aliquid denegem.dabo eis meos ꝑdica
tores ꝑ quos valeant illuminari et mũdari. ſinaũt
veniam cõtra illos. Similẽ viſionẽ alius vidit eo
dem tp̃e quo.xij.abbates ciſtercieñ.ordinis tholo

zam ꝯtra hereticos ſunt tranſmiſſi. Nã cum filius
matri orãti rñdiſſet vt ſupra. dixit mater. Bone fi-
li nõ ſcðm eoꝝ maliciã.ſed ſcðm tuã miſericordiaꝫ
agere debes. Tunc filius victus ꝑcibus ait. Ad vo
tum tuũ adhuc cũ eis hanc miſericordiã faciam ꝙ
ꝑdicatores meos eis mittaꝫ qui eos moniant ⁊ in-
forment.et ſi ſe nõ correxerint amplius eis nõ par
cam. ¶ Quidã frater minoꝛ q̃ multo tp̃e ſocius ſan
cti franciſci extiterat pluribus fratribus de ordine
ꝑdicatoꝝ narrauit.cũ beatus dominic⁹ rome pro
cõfirmatiõe ſui ordinis apud papã inſtaret. nocte
orãs vidit in ſpũ xp̃m in aere exiſtentem.et tres lã
ceas in manu tenentẽ.et contra mundũ eas vibrã
tem. Cui velociter mater occurrẽs q̃d nam vellet
facere inquiſiuit. Et ille. Ecce totus mũdus trib⁹
vicijs plen⁹ eſt.ſcꝫ ſuꝑbia.ꝯcupiſcẽtia.et auaritia
et ideo his tribus lanceis ipm volo ꝑimere. Tunc
virgo ad eius genua ꝓcidens ait. Fili cariſſime mi
ſerere ⁊ tuã iuſticiã miſericordia tempato. Cui xp̃s
Nonne vides quãte michi iniurie irrogant̃. Cui il
la. Tẽpera fili furorẽ ⁊ pauliſper expecta. Habeo
eñ fidelem ſeruũ et pugilem ſtrennuũ.q̃ vbiqꝫ di-
ſcurrens.mundũ expugnabit.et tuo dñio ſubiuga
bit. Aliũ quoqꝫ ſeruũ in adiutoriũ ſibi dabo.q̃ ſecũ
fideliter decertabit. Cui filius. Ecce placat⁹ facieꝫ
tuã ſuſcepi.ſed vellem ego videre quos vis ad tm̃
officiũ deſtinare. Tunc illa xp̃o ſanctũ dñicum prẽ
ſentauit. Cui xp̃s. Uere bon⁹ et ſtrẽnuus pugil iſte
et ſtudioſe faciet q̃ dixiſti. Obtulit etiã ſanctũ fran-
ciſcũ.et hunc xp̃s ſicut et primũ ꝑiter ꝯmendauit.
Sanctus aũt dñicus ſociũ ſuum in viſione ſua dili-
gẽter ꝯſiderans quẽ añ non nouerat in craſtino in
eccl̃ia inuentũ ex his q̃ nocte viderat ſine indice re
cognouit.et in eius amplexus et oſcula pia ruens
ait. Tu es ſocius meus tu ꝑiter curres mecũ.ſtem⁹
ſimul ⁊ nullus aduerſarius ꝑualebit. Uiſionẽ quo
qꝫ predictã ſibi ꝑ ordinẽ enarrauit. Et ex tũc factũ
eſt eis coꝛ vnũ et anima vna in dño quod et in po-
ſteris mandauerũt perpetuo obſeruari ¶ D Cũ
quendã nouitiũ apulũ ad ordinẽ recepiſſet. quidã
qui ꝑdicti nouitij ſocij fuerant eũ adeo ꝑuerterũt
ꝙ ad ſeculũ iam redire deliberãs veſtes ſuas mo-
dis oĩbus expectebat. Qȯ beatus dñicus audiẽs
cõtinuo orõni ſe dedit. Igit̃ cũ dictũ iuuenẽ iam re
ligioſis veſtibus expoliaſſent.⁊ iaꝫ ſua camiſia in-
duiſſent.ille magnis vocibus clamare cepit ac di-
cere. En eſtuo.en ardeo.en totus exuroꝛ. Extrahi
te.extrahite hanc camiſiã maledictaꝫ q̃ me totum
exurit. Nullo ergo modo q̃ſcere potuit. quouſqꝫ
exutus camiſia religioſis veſtib⁹ denuo eſt indut⁹

et ad clauſtrū reductus. ¶Exiſtente beato dñico
bononie cū fratres iā ad dormiendū iuiſſent. qui-
dā frater cōuerſus a dyabolo vexari cepit. Qđ cū
frater reynerius lauſanenſis magiſter eius audiſſz
beato dñico hoc ſtuduit indicare. Sanctus autem
dñicus ad eccleſiā ante altare eū portari fecit. Qui
cū vix a fratribus .x. fuiſſet deportatus. dixit bea-
tus dñicus. Adiuro te miſer vt dicas michi quare
vexas creaturā dei. et quare. et quomodo huc in-
traſti. Qui rñdit. Uexo eū qr meruit. Bibit eñ he-
ri in ciuitate ſine licētia prioris nō adhibito ſigno
crucis. Uñ tūc intraui in eū ſpecie bibionis. qui
potius ipe bibit me ſimul cū vino. Hoc aūt tunc eū
bibiſſe verū compertū eſt. Inter hec factū eſt pri-
muz ſignū ad matutinas. Quo audito dyabolus q̄
in eo loquebat̄ dixit. Amodo hic plus ſtare nō poſ
ſuz. ex quo capuciati ſurgūt. Et ſic ad orōnez beati
dñici exire ꝯpulſus eſt. ¶Cum in ptibus tholoza-
nis quoddā flumen trāſiſſet libri eius nullū habē-
tes cōſeruatoriū in fluuiū ceciderunt. Die aūt ter-
cia quidā piſcator ibi hamū ꝓijciens. cum magnuz
piſcē ſe prēdidiſſe putaret libros ipos extraxit pe-
nitus ſic illeſos ac ſi in aliquo armario fuiſſent cū
omni diligētia cuſtoditi. Cū ad quoddā monaſte-
riū veniſſet. et fratres quieſcerēt. nolēs eos inquie-
tare. orōne fuſa clauſis ianuis monaſteriū cū ſocio
introiuit. Idē etiā ꝯpertum eſt cū in ꝯflictu hereti
coꝝ cū quodā cōuerſo ciſtercieñ. fuiſſet. Nā cuz ſero
ad quādaz eccleſiā deueniſſent. ⁊ clauſam inueniſ-
ſent. orōne fuſa a beato dñico intra eccl'iam ſe ſubi
to inuenerūt. et noctē illaz totā in orōne duxerunt
¶Poſt laborē itineris anteq̄ ad hoſpitiū deueniſ
ſet ſitim ad fontē aliquē extinguere ꝯſueuit. ne in
domo hoſpitis plus bibendo aliquā notaz incurre
ret. ¶E Scolaris quidā lubricū carnis patiēs
venit in quodā feſto ad domū fratrū de bononia.
vt ibi miſſam audiret. Cōtigit aūt tūc miſſaz beatū
dñicum celebrare. Cum aūt ad oblationē ventum
fuiſſet. dictus ſcolaris acceſſit. et manū eius cū mul
ta deuotione oſculatus eſt. Quā cū oſculatus fuiſ-
ſet tantā ex illa prodire ſenſit odoris fragrantiam
q̄ntam in vita ſua nunq̄ aliqñ expertus eſt. Et ex tūc
eſtus libidinis in eo mirabiliter refriguit. adeo vt
q̄ſi ante erat vanus et lubricus efficeret̄ poſtmodū
cōtinens atq̄ caſtus. O q̄nta mūditie puritate eius
caro pollebat cuius odor tā mirabiliter ſordes mē
tis purgabat ¶Sacerdos quidā vidēs aliqñ bea
tum dñicum cū ſuis fratribus p̄dicationi tam fer-
uenter inſiſtere deliberauit eis adherere dūmodo
nouū teſtamentum ſibi ad predicandū neceſſariū
habere poſſet. Hec eo cogitante quidā iuuenis ve
nale teſtamētum ſub veſte baiulans affuit. Qđ ſta
tim ſacerdos cū magno gaudio emit. Sed duz ad
huc aliq̄ntuluz dubitaret. fuſa ad deū prece. impreſ
ſaq̄ ſup librū exterius cruce. librū aperuit. et ocu-
los ad capitulū qđ primo ſe obtulit mox coniecit.
et illud qđ in actibus petro dictum eſt eidē occur-
rit. Surge deſcende et vade cū eis nichil dubitās.
quia ego miſi illos. Statimq̄ ſurgens eiſdem ad-
heſit. ¶Cū apud tholozam in theologia regeret
magiſter quidā ſcientia et fama p̄clarus. quodam
mane añ diez dū ſuas p̄uideret lectiōes oppreſſus
ſomno caput ſuum in cathedra paululū reclinauit
viſumq̄ eſt ſibi q̄ .vij. ſtelle ei preſentarent̄. Qui
cū de nouitate talis exēnij plurimū miraret̄. ſubi-
to in lumine ⁊ quātitate predicte ſtelle intm̄ creue
runt q̄ totū mundū illuminauerūt. Qui euigilans
quidnā ſibi hoc vellet plurimum mirabat̄. Et ecce
dum ſcolas intraſſet et legeret beatus dñicus et cū
eo ſex fratres eiuſdē habitus ad predictum magi-
ſtrū humiliter acceſſerūt. et ſuum ſibi ꝓpoſitum in-
timantes dixerūt. q̄ ſcolas ſuas cuperēt frequētā-
re. Qui recolēs viſionem ipos eſſe ſeptem ſtellas
quas viderat nō dubitauit. ¶Rome viro dei dñico
poſito vir quidā magiſter reynaldus ſancti amiani
aurelianeñ. decanus q̄ etiā pariſius in iure cano-
nico rexerat annis .v. romā cū aurelianēſi epo ma-
re tranſiturus aduenerat. Dudū aūt in propoſito
habebat relictis omnibus p̄dicationi inſiſtere ſed
quonā modo id cōplere poſſet nec dū aduerterat.
Cū aūt a quodā cardinali cui hmōi votū expreſſe-
rat de inſtitutione predicatoꝝ didiciſſet. et btō dñi
co acceſſito eidē ſuū ꝓpoſitum reuelaſſet. extunc
ipius ordinis deliberauit ingreſſuz. Nec mora gra
ui febriū infirmitate corripit̄. ⁊ de eius ſalute peni
tus deſperat̄. Perſeuerāte aūt in orōne beato dñi
co. ac beatā virginē cui tanq̄ ſpeciali patrone cu-
ram ordinis totā ꝯmiſerat exorante. vt vel ſaltem
modico tpe eum ſibi cōcedere dignaret̄. ecce ſubito
reginā miſcdie duabus admodū ſpecioſis comita-
tam puellis reynaldus vigilans et mortē expe-
ctans ad ſe viſibiliter venientē aſpexit blādaq̄ fa-
cie ſibi dicentē. Pete a me qđ vis et dabo tibi. De
liberāti quid peteret. vna ex predictis puellis ſug
geſſit ne quid peteret. ſed ſe totū regine miſericor
die voluntati cōmitteret. Qđ dū feciſſet illa manū
extendens virgineaz. aures eius et nares. manus
eius et pedes ſalutari quam tulerat vnctione per
unxit formulas vboꝝ ꝓprias ad ſingulas vnctio
nes ſubinferēs. Ad renes ait. Stringant̄ renes tui

cingulo caſtitatis. Ad pedes aũt ait. Ungo pedes tuos in preparationẽ euangelij pacis. Addiditq; Die tercia mittã tibi ampullam reſtitutionis plenarie ſanitatis. Tunc ei habituꝫ ordinis oſtendẽs en inquit iſte eſt habitus ordinis tui. Hanc aũt viſionẽ ſimiliter beatus dñicus ĩ oroĩe poſitus vidit. Mane aũt facto ad eum veniẽs ſanctus dñicus et ſanum repperit et ab eodẽ totius viſionis ſeriẽ audiuit: et habitũ quẽ virgo monſtrauerat aſſumpſit Nã antea fratres ſuppelicijs vtebant̃. Die aũt tercia dei mater affuit. et corpus reynaldi adeo perunxit. ꝙ non ſolum eſtũ febriũ. ſed etiã ardorẽ concupiſcentie ſic extinxit. vt ſicut ipſe poſtmodũ eſt cõfeſſus nec primus in eo motus libidinis decetero pullulauit. Hanc viſionẽ iterato exhibitã quidaꝫ religioſus de ordĩe hoſpitalioꝝ. pñte quoq; beato dñico ꝓprijs oculis vidit et ſtupuit. Hanc viſionẽ multis fratribus maxime poſt illius obitũ. beatus dñicus publicauit. Miſſus igit̃ reynaldus bononiã predicationi ardenter inſtabat. et fratrũ numerus excreſcebat. Poſt hoc aũt miſſus pariſius nõ poſt multos dies in dño obdormiuit. ¶ F Iuuenis quidã nepos dñi ſtephani cardinalis de foſſa noua cum equo in foueã ꝑcipitio lapſus inde mortuus eſt educt⁹. Qui beato dñico oblatus oratiõe fuſa vite priſtine eſt reſtitutus. ¶ In eccleſia ſancti ſixti architectum quẽdam cõductũ a fratribus ſubſcripta quedã ruina deſuꝑ reſoluta cõtriuit deniq; ſub cumulo cadẽtis macerie iacentẽ extinxit. Sed vir dei dñicus corpus de cauerna ſubductuꝫ ad ſe deferri iuſſit orõnumq; ſuarũ ſuffragio ſtatim vite ſimul et ſanitati reſtituit. ¶ In eadẽ eccleſia apud romã dum fratres circiter .xl. manerent ⁊ quadã vice panis valde modicũ inueniſſent. beatus dñicus id modicũ qḋ habebat̃ panis in partes diuidi ſuꝑ menſam mãdauit. Dumq; vnuſquiſq; bucellaꝫ panis cũ gaudio frangeret. ecce duo iuuenes euſdem habitus formeq; ꝯſimilis refectoriũ intrauerũt. pallioꝝ ſinus qui a collo pendebãt plenos panibus deferẽtes. Quibus in capite mẽſe ſerui dei dñica ſilenter oblatis ita ſubito diſceſſerunt. vt nullus decetero vel vnde venerit vel quo abierint ſcire poſſet. Tunc ſanctus dñicus manu ad fratres circũquaq; ꝓtenſa. modo inquit fratres mei comedite. ¶ Cumq; beatus dñicus aliquãdo in itinere poſitus eſſet et grauis pluuiaꝝ inundatio facta eſſet ille ſignũ crucis edidit. et a ſe et a ſocio oĩm pluuiã adeo ꝓpulſauit. vt quaſi facto papilione de cruce cum tota terra denſa ymbriũ inundatione madeſceret. nec vna gutta ad ſpaciũ trium cubitorũ eos contingeret. Quadã vice cum in partibus tholoſanis trãſiſſet nauigio quandã aquã nauta ab eo denariũ pro mercede tranſitus exigebat. Cui cũ vir dei ꝓ ſeruicio ſibi impenſe celoꝝ regnũ ꝓmitteret addens ꝙ diſcipulus xp̄i eſſet. nec aurũ vel pecuniã deportaret. ille eum ꝑ cappam trahens. michi inquit aut cappam aut denariũ dimittes. Tũc vir dei erectis ad celũ oculis paululum intra ſe orans moxq; in terrã reſpiciẽs et diuino nec dubiũ ꝓcuratũ nutu denariũ iacentẽ videns. ecce inquit frater qḋ poſtulas tolle et me liberũ in pace dimitte.

¶ Contigit aliqñ viro dei iter agenti aſſociari ſibi religioſum quendam conuerſationis quidẽ ſanctitate domeſticũ ſed loquela et lingua penitus alienũ. Dolens itaq; ꝙ diuinis eloquijs vna cum illo mutua ſe collatione refouere non poſſet. tandeꝫ a dño vt vnus lingua loqueret̃ alterius verbiſq; ſic alterutrum variatis ſeſe ꝑ triduũ quo videlicet ſimul ituri erant intelligerent impetrauit. Quadaꝫ vice cum quidã multis obſeſſus demonijs ſibi fuiſſet oblatus. ille ſtolam accipiens prius ſuꝑ ꝓpriũ collum poſuit. deinde demoniaci collũ cinxit. mandans illis vt decetero illum hominẽ non vexarent Ipi vo in eiuſdẽ obſeſſi corꝑe torqueri ſtatim fortiter ceperũt et clamare. Permitte nos exire quare nos cruciari hic cõpellis. At ille. Non dimittã vos inquit niſi michi fideiuſſorẽ dederitis ꝙ vltra nequaq̃ decetero redeatis. Quos inquiũt illi fideiuſſores poterimus tibi dare? Et ille. Sanctos martires quoꝝ corꝑa in eccl'ia hac requieſcũt. Et illi. Nõ poſſumus q: noſtra merita ꝯtradicũt. Quibus ille dixit Oportet vos dare alioquin a cruciatu hoc nequaq̃ liberos vos dimittam. Tũc reſpõderunt ad hoc operã ſe daturos. Et poſt modicũ dixerũt. Ecce impetrauimus. licet immeriti ꝙ ſancti martires fideiuſſerũt ꝓ nobis. Requirente aũt eo huius rei ſignũ dixerunt. Eatis ad capſam in qua ſunt recõdita capita martirũ et eã inuenietis inuerſaꝫ. Queſitũ eſt. et ita inuentũ eſt ſicut illi fuerãt proteſtati

¶ G Predicante aũt eo aliqñ quedã matrone ab hereticis deprauate eius pedibus ꝓuolute dixerũt. Serue dei adiuua nos ſi vera ſunt q̃ hodie predicaſti iam diu mẽtes nr̃as erroris ſpũs excecauit. Quibus ille. Cõſtantes eſtote. et expectate paulisꝑ. vt videatis quali dño adheſiſtis. Statiq; viderũt de medio ſui cattum vnũ teterrimũ ꝓſilire q̃ magni canis quãtitatẽ ꝑferens habebat groſſos oculos et flammãtes. linguã longã latãq; atq; ſanguinolentã: et ꝓtractã vſq; ad vmbilicũ. Caudã vero habẽs curtã ſurſumq; ꝓtenſam. poſterio

rum turpitudinē quocūq; ſe verteret ſpōdebat de quibus fetor intollerabilis exalabat. Cumq; circa illas matronas ſe aliquandiu huc illucq; vertiſſet. tandē ꝑ cordam campane in cāpanile cōſcendens diſparuit feda poſt ſe veſtigia derelinquens. Jlle ergo matrone deo gratias agentes ad catholicam fidem ſunt cōuerſe. Cū in ꝑtibus tholozanis quoſdam hereticos ꝯuiciſſet. et illi eſſent incendio deputati. aſpiciēs inter eos quēdam raymundū noīe ait miniſtris. Jſtū ſeruate ne aliquomodo cū ceteris comburat. Cōuerſuſq; ad eū blādeq; alloquēs ſcio inquit fili mi ſcio ꝙ adhuc licet tarde bonus homo eris et ſanctus. Dimiſſus itaq; ꝑ annos vigiti in heretica prauitate ꝑmanſit. Tandē cōuerſus et frater predicatorꝝ effectus in eodē ordine vitā ſuā laudabiliter duxit et feliciter cōſummauit. ¶ Cuȝ eſſet ī hiſpania quibuſdā ſibi fratribus ſociatis apparuit ei ꝑ viſum immaniſſimus draco qui fratres illos qui ſecū erant abſorbere aptis faucibus nitebat. qd vir dei intelligens fratres fortiter reſiſtere hortabat. Et poſt modicuȝ oēs illi excepto fratre adam ⁊ duobus cōuerſis ab eo receſſerunt. Jnterrogatus aūt quidā ex illis ab eo an ſimiliter vellet abire ait. Abſit pater vt relicto capite ſequar pedes et ꝯtinuo orōni ſe dedit. Et fere oēs poſt modicū ſua orōne ꝯuertit. Apud ſanctū ſixtū in vrbe romana cū fratribus exiſtēs. ſubito facto ſup eum ſpū dñi ad capitulū fratribus ꝯuocatis palā oībus nūciauit. quatuor fratres ex ipis in breui. duos videlicet in corpore. duos vͦ in aīa morituros. Poſt modicū duo fratres ad dñm migrauerūt. duo vero de ordine receſſerunt. ¶ Exiſtente eo bononie erat ibi quidā magiſter cunradus theuthonicus cuiꝰ ingreſſum ad ordinē fratres mirabiliter affectabāt. Cū aūt beatus dñicus cū priore monaſterij caſſamarie de ordine ciſtercieñ. in vigilia aſſumptionis beate marie ſermocinaret. familiari quadā ꝯfidētia exigente materia inter alia dixit ei. Fateor tibi prior qd tñ adhuc nulli expoſui vnꝗ̄ nec tu alteri ꝗdiu vixero reuelabis. ꝙ nunꝗ̄ a deo in hac vita aliquid petij qd nō aſſequerer iuxta votū. Cui cū predictus prior diceret ꝙ forſitan ante eū vitā finiret. beatus dñicus ſpū ꝓphetico. ꝙ ipe prior poſt ſe diu viueret. ſicut et factū fuiſſe conſtat. predixit. Tūc ille prior adiecit. Pete ergo pater vt det tibi magiſtrū cunradū ad ordinē cuius fratres introitū tm̄ flagitare vident. At ipſe rem inquit bone frater difficilē poſtulaſti. Finito completorio ceteris fratribus ad quieſcendū ꝑgentibus ipe in eccleſia remanſit. et in orōne more ſolito ꝑnoctauit. Cōuenientibus igit fratribꝰ ad primam cū cantor incepiſſet. iam lucis orto ſidere. ecce lucis noue. ſidus nouū futurus magiſter cunradus ſubito veniens ad pedes beati dñici ſe ꝓſternēs habitū ordīs inſtanter petijt. et ꝑſeuerāter accepit. Hic fuit in ordine valde religioſus. et lector in ordine plurimuȝ glorioſus. Qui tandē moriens cū iam oculos clauſiſſet. et fratres eū migraſſe crederēt ille aptis oculis fratres circūſpiciens ait. Dñs vobiſcū. Quibus rñdentibus. Et cū ſpū tuo. adiunxit. Fideliū aīe ꝑ miſericordiā dei requieſcāt in pace. Et ſic ꝓtinꝰ ille in pace quieuit. ¶ H Jnerat autē ſeruo dei dñico firma valde mentis equalitas. niſi cū ad cōpaſſionē ⁊ miſericordiā turbaret. Et quia cor gaudens exhilarat faciem placidam interioris homīs cōpoſitionem manifeſta deforis benignitate prodebat. ¶ Tēpore diurno cū fratribus ſuis ſocijſue ſaluo quidē honeſtatis tenore nemo cōmunior nocturnis horis vigilijs et orōnibus nemo inſtātior. Diem impartiebat ꝓximis. noctē deo. De oculis ſuis quaſi quendā fontem effecerat lacrimarum. Frequenter quādo corpus dñi eleuabat in miſſa in tantū mentis rapiebat exceſſum ac ſi ibideȝ xp̄m incarnatū pn̄tem videret. propter qd miſſam multo tēpore cū ceteris nō audiuit. Erat aūt ſibi in eccl̄a ꝑnoctandi ꝯſuetudo creberrima vt vix aut raro certū ad quieſcēdū locū videret habere. Et cū laſſitudine ſuccedente ſomnij interpellaret neceſſitas ſiue ante altare aut ſup lapidem capite reclinato. paululū quieſcebat. Tres ſingulis noctibꝰ accipiebat manu ꝓpria de quadā cathena ferrea diſciplinas. vnā videlȝ ꝓ ſe. alterā ꝓ peccatoribus q̄ verſant in mundo. tercīā vero ꝓ his qui ī purgatorio cruciant. ¶ Electus aliqñ in cotoroneñ. alias ciraurieñ. ep̄m omnino rēnuit ꝓteſtās ſe prius terrā deſerere ꝙ electioni alicui de ſe facte aliquatenꝰ conſentire. Jnterrogatus aliqñ cur nō libētius tholoſe in tholoſanaq; dyoceſi. in eius videlicet dyoceſi ꝙ in carchaſonenſi dyoceſi moraretur. reſpondit Quia in tholoſana dyoceſi multos q̄ me honorant inuenio. apud carchaſonā vͦ oēs econtrario me impugnāt. ¶ Jnterrogatus a quodam in quo libro plus ſtuduiſſet rñdit. Jn libro caritatis. Quadam vice dū vir dei dñicus apud bononiā cōſtitutus in eccl̄ia ꝑnoctaret. dyabolus in ſpecie fratris eidem apparuit. Quē ſanctus dñicus fratrē exiſtimās ei innuebat vt cū ceteris ad quieſcendū ꝑgeret. Jlle vͦ quaſi derridendo eundē ſibi nutibus reſpondebat. Tūc ſanctus dñicus quiſnā eſſet qui ſuum mādatū cōtemneret ſcire volens. candelā ad lampadem accēdit. et in faciem eius reſpiciēs. ꝙ dyabolus eſſet ꝯfeſtim cognouit Quare cū eum vehemē

rius i̾crepaſſet mox eidẽ dyabolus de fractione ſi-
lencij inſultare cepit Sanctus autẽ dñicus vtpote
fratrũ magiſtro ſibi loqui licere aſſerẽs. coegit ipſ;
vt ſibi diceret de quo fratres in choro temptaret.
Qui reſpondit facio eos tarde venire et cito exire.
Deinde duxit eũ ad dormitoriũ de quo ibidem fra-
tres tẽptaret inquirens. Qui ait. facio eos nimis
dormire tarde ſurgere ſicꝫ a diuino officio rema-
nere et interdum immundas cogitatões habere
Deinde ad refectoriũ ipm duxit et de quo ibidem
fratres tẽptaret queſiuit. Tunc demon per men
ſas ſaliens plus et minus. ſepius repetendo dice
bat. Quẽ cum ſcũs dñicus quid ſibi hoc vellet iter
rogaret ait. Quoſdã fratres tempto vt plus come
dant et ſic ex nimia cibi ſumptõe delinquãt Quoſ-
dam vt minꝰ ſumãt et ſic in dei ſeruitio et ſui ordi-
nis obſeruatione debiles fiant. Inde duxit eum
ad locutoriũ de quo ibidem fratres tẽptaret inq̄-
rens. Tunc ille crebro linguã reuoluẽs mirabilis
ꝯfuſionis ſonum ꝓmebat. Quẽ cum ſ͡ctus dñicꝰ
quid ſibi hoc vellet inquireret ait. Hic locus totus
meus eſt. Cum eñ fratres ad loquendũ ꝯueniunt
eos temptare ſtudio vt ꝯfuſe loquanť. multis ſe ſe
inutilibus verbis cõmiſceant vt vnꝰ aliũ nõ expe
ctet. Poſtremo duxit eum ad capitulũ. Sed cũ añ
hoſtiũ capl'i fuiſſet demõ intrare nullatenꝰ voluit
ſed ait. Huc nunq̄ȝ ingrediar, q: locus maledictio-
nis ⁊ infernus mihi eſt ⁊ totũ ibi amitto qḋ i̾ alijs
locis lucror. Nam cũ aliquẽ fratrẽ ꝑ aliquaꝫ negli
gentiã delinquere fecero. mox in loco hoc maledi-
ctionis de ipa negligentia ſe purgat et corã oĩbus
ſe ꝓclamat. Nam hic monenť. hic ꝯfitenť. hic accu
ſanť. hic verberanť. hic abſoluunť et ſic totum ami
ſiſſe me doleo qḋ alibi me lucratũ gaudebam. Et
his dictis euanuit. ¶ I Tandẽ appropinquãte
ꝑegrinationis termino ꝯſtitutꝰ apud bononiã gra
ui cepit corꝑis infirmitate languere. Sui autẽ cor-
poris diſſolutio ſibi in viſione monſtrata eſt. Uidit
eñ iuuenẽ pulcerrimũ his verbis ſe vocantẽ et di-
centem. Ueni dilecte mi. veni ad gaudia veni. Cõ-
uocatis igiť ex fratribꝰ bononieñ. ꝯuentus. xii. ne
eos exheredes et orphanos derelinqueret teſtamẽ
tum ꝯdidit dicẽs. Hec ſunt q̄ vobis tanq̄ȝ filijs he-
reditario iure poſſidẽda relinquo. Caritatẽ habe
te humilitatẽ ſeruate. paupꝛtatem voluntariã poſ
ſidete. Illa v̾o qua potuit diſtrictione ꝓhibuit ne
quis vnq̄ȝ in ſuo ordine poſſeſſiones induceret tem
porales maledictionẽ dei omnipotẽtis et ſuã terri
biliter impc̄ans ei q̄ p̄dicatoꝝ ordinẽ terrenaꝝ di-
uitiarũ puluere p̄ſumeret maculare. Fratribꝰ vero

de eiꝰ deſtitutione incõſolabiliter dolẽtibus dulci-
ter eos ꝯſolans ait. Ne vos mea filij corꝑalis tur-
bet diſceſſio nullatenꝰ dubitantes vtiliorẽ me vos
mortuũ habituros q̄ȝ viuũ. Proinde ad extremã
horam veniens. anno dñi. m. ccxxi. dormiuit i̾ dño
Cuius quidem tranſitus eadem die, eadẽꝗ hora
fratri guali tũc priori fratrũ p̄dicatoꝝ de brixia ⁊
poſtmodũ eiuſdẽ ciuitatis ep̄o hoc modo mõſtra
tus eſt. Nam cũ in cãpanili fratrũ capite ad murũ
inclinato leui ſõno dormitaſſet. vidit celũ apertũ
et duas ſcalas candidas ad terrã ſubmitti. quaruꝫ
ſummitates xp̄s cum matre tenebat et angeli per
eas iubilãtes aſcendebãt et deſcendebãt. In me-
dio autẽ ſcalarũ in imo ſedes poſita erat. et ſup ſe
dem velato capite frater ſedens. Ihũs autẽ ⁊ ma
ter eius ſurſũ ſcalas trahebãt donec ſedẽte in celũ
eleuato apertura celi clauſa eſt. Ueniens igiť p̄di
ctus frater bononiã ꝯtinuo eadẽ die et hora patrẽ
migraſſe cognouit. Frater quidã noĩe rabo poſitꝰ
apud tybur eadem die et hora qua pater migra-
uit a corꝑe miſſam celebraturus acceſſerat ad alta
re cum audiſſet eum bononie egrotaſſe. et ad locũ
canonis veniẽs in quo de viuis mentio fieri cõſue
uit ⁊ vellet ꝓ eius ſalute orare ſubito factus eſt in
exceſſu mentis viditꝗ virũ dei dñicum quadã co-
rona laurea laureatũ. totumꝗ mirabili ſplendore
fulgentem duobus quidẽ reuerendis viris comi-
tatũ Hinc inde extra bononiã in via regia ꝓceden
tem. Diem igiť notans et horam inuenit tunc ſer-
uum dei dñicum a corꝑe migraſſe. Cũ igiť corpus
eius multo tempore ſub terra iacuiſſet. et crebre-
ſcentibus indeſinẽter miraculis nõ poſſet vlterius
eius ſanctitas occultari fideliũ dignũ duxit deuo-
tio corpus eiꝰ ad altiorẽ locũ trãſferre. Cumꝗ mo
numentũ fuiſſet fracto vix ferreis inſtrumẽtis ce-
mẽto ſublatoꝗ lapide patefactũ tanta ex ipo ſua-
uiſſimi odoris ꝓrupit fragrãtia vt non tã ſepulcrũ
q̄ȝ cella videreť aromatũ patuiſſe. Cui quidẽ odor
cuncta ſupabat aromata nec alicuiꝰ rei naturalis
odor ſimilis videbať. Nec ſolũ oſſibus aut puluere
ſacri corꝑis inerat vel capſe veꝝ etiam terre circũ-
quaꝗ cõgeſte. ita vt ad lõginquas regiones poſt-
modũ delata odorẽ ipm longo tp̄e retineret. Fra-
trũ v̾o manibus maxime aliquid de reliquijs ſacro
ſanctis tangentibus ſic inheſit. vt q̄ȝtumcunꝗ lote
vel etiã ꝯfricate eſſent ꝑplures dies ꝯſeruate fra-
grantie teſtimoniũ p̄ſentarent. ¶ K In ꝓuintia
hungarie vir quidã nobilis cum vxore ſua et filio
paruulo ad reliquias beati dñici q̄ i̾ ſilon habebanť
viſitandas acceſſit. At filius eiꝰ infirmatus ibidẽ
ad extremũ vite moriente ꝑuenit. Pater aũt corpꝰ

filij coram altari beati dñici collocans lamẽtari cepit et dicere. Beate dñice letus veni ad te. en triſtis redeo. Cum filio veni. et orbatus recedo. Redde michi queſo filiũ meũ. Redde michi letitiã cordis mei. Et ecce circa mediũ noctis puer reuixit et per eccleſias ambulauit ¶ Juuenis quidã cuiuſdã nobilis dñe mancipiũ dũ in quodã fluuio piſcãdi gratia inſiſteret. i aqua lapſus et ſuffocatus diſparuit. Magno aũt ſpacio tpis interiecto eius corp⁹ de ꝓfundo fluuij eſt eductũ. Dña aũt ipſius ꝓ eius reſuſcitatione beatũ dñicum inuocãs ꝓmiſit ſe ad ſuas reliquias nudis pedibus acceſſurũ. et reſuſcitatũ mancipiũ libertati daturũ. Statimq; qui fuerat mortuus in mediũ vidẽtibus oĩbus vite redditus ꝓſilijt. votũq; ſuum ṗdicta dña ſicut ꝓmiſerat adimpleuit. Jn eadẽ ꝓuintia vngarie dux quidã vir filiũ ſuũ defunctum amare lugeret. et beatum dñicum ꝓ eius reſuſcitatiõe inuocaret. circa pullorũ cantũ qui mortuus fuerat oculos aperuit. ⁊ patri dixit. Quid eſt pater ꝙ ſic habeo faciẽ madefactam? Et ille. Lacrime pr̃is tui ſunt fili. q2 tu mortuus fueras. et ego ſolus remanſerã omni gaudio deſtitutus. Cui ille. Multũ fleuiſti pater. ſed beatus dñicus deſolationi tue cõpatiẽs. vt tibi viuus redderer ſuis meritis impetrauit. Languidus quidã et ṗ. xviij. annos cecus reliquias beati dñici viſitare deſiderãs. tanq̃ temptans ire de lecto ſurrexit tantamq; ſubito ſibi ſenſit infundi virtutem ꝙ paſſu ꝯcito gradi cepit. Tantoq; magis in cõualeſcentia corporis et illuminatione oculorũ ꝓficiens quanto quotidie in itinere ꝓcedebat. donec tandẽ ad locũ deſtinatũ ꝑueniens ꝑfectũ recepit vtriuſq; beneficiũ ſanitatis. ¶ Jn eadem ꝓuintia hungarie matrona quedã ad honorẽ beati dñici miſſam diſponens facere celebrari. ſacerdotẽ hora debita nõ inuenit. Quapropter candelas tres ad hoc paratas manutergio mũdo inuoluit. et in quodã vaſe repoſuit. Aliquantulũ autẽ diuertens et poſtea rediens candelas flãmis patentibus ardere vidit. Currentes omnes ad tam grande ſpectaculũ tam diu ibidem trementes et orantes ſteterunt donec ſine leſione manutergij penitus exarſerunt. ¶ Apud bononiã ſcolaris quidã noĩe nicolaus grauiter renũ ac genuũ dolore adeo eſt vexat⁹ ꝙ de lecto ſurgere non valebat. Cui⁹ et femur leuũ emarcuit intantum ꝙ omnis ab eo ſpes curationis abſceſſit. Deo igitur et beato dñico ſe deuouens cum ſe filo de quo fienda erat candela totũ menſus eſſet in lõgum. cepit etiã corpus collũ et pectus cingere. cũ tandẽ genu filo ambientem cinxiſſet inuocato ad quãlibet menſurationẽ nomine ihu et beati dñici. cõtinuo ſe alleuiatũ ſentiens exclamauit. Ego ſũ liberatus. Exurgẽs et pre gaudio lacrimans ſine aliquo fulſimento venit ad eccleſiã in qua corpus ſancti dñici q̇eſcebat. Jn eadẽ quoq; ciuitate multa et fere inumerabilia miracula deus ꝑ ſuũ ſeruũ dñicum operatus eſt. ¶ Jn ſicilia apud auguſtam cũ puella quedã q̃ vicio lapidis laborabat incidi deberet mater eius ꝓ inſtãti ꝑiculo filiã ſuam deo et beato dñico cõmendauit. Sequẽti igit̃ nocte dormienti puelle beatus dñicus aſtitit et i manu eius lapidẽ quo torquebat̃ poſuit ⁊ abſceſſit. Quẽ puella euigilans et ſe liberatã inueniens matri dedit. et viſionẽ ꝑ ordinẽ explicauit. Mater vero lapidẽ ad domũ fratrũ attullit. et ipm̃ in memoriã tanti miraculi coram ymagine beati dñici ſuſpẽdit. ¶ Jn auguſta ciuitate cũ in feſto tranſlationis beati dñici matrone quedã in eccl'ia fratrũ miſſarũ ſolẽnijs interfuere domũ redirent et quandã mulierẽ pre foribus domus ſue filantẽ viderent. ipſam caritatiue redarguere ceperunt. cur in feſto tanti patris a ſeruili ope non ceſſaret. Jlla v̇o indignata reſpõdit. Vos q̃ eſtis hoꝝ fratrum feſtum colite veſtri ſancti. Statimq; oculis in tumorẽ cũ pruritu ꝯuerſis. ex ipſis ceperũt vermes ꝓtinus ſcaturire. ita ꝙ vicina quedã decemocto vermes eduxit ex eius oculis numeratim. Compuncta igit̃ ad eccl'iam fratrũ venit. ibiq; peccata ſua ꝯfitẽs. et votũ emittẽs ꝙ decetero ſancto dei dominico nunq̃ detraheret et eius feſtũ deuote ageret ꝓtinus reſtituta eſt priſtine ſanitati ¶ M Sanctimonialis quedã noĩe maria apud tripolim, i monaſterio qđ dicit̃ magdalena validiſſimis infirmitatibus elaborãs at in tibia grauiter ꝑcuſſa quinq; menſibus cruciatu mirabili vrgebat̃. ita vt ſingulis horis exitus timeretur. Que intra ſe recolligẽs ſemetipam ſic exorauit. Mi dñe non ſum ego digna orare te. nec a te exaudiri. ſed rogo dñm meũ beatum dñicum vt ſit mediator inter me et te. et michi impetret beneficium ſanitatis. Cũ ergo diu cũ lacrimis exoraret in extaſi facta vidit beatũ dñicum cũ duobus fratribus apta cortina q̃ ante lectũ eius pendebat intrãtem ſibiq; dicentẽ. Quare tm̃ ſanari deſideras? Et illa. Dñe vt deo meo deuoti⁹ ſeruire poſſim. Tũc ille de ſub cappa vnctionem mire fragrantie ꝓferens tibiam eius vnxit et ſtatim ſanata fuit. Et ait Hec vnctio eſt valde ꝓcioſa dulcis et difficilis. Cuius verbi cũ mulier requireret rationẽ dixit. Hec vnctio dilectionis eſt ſignum q̃ videlicet ꝓcioſa eſt quia nullo ꝓcio emi poteſt. et q2 in donis dei nullũ

eſt melius. Dulcis q: nichil dulcius caritate. Diffi-
cilis q: cito ꝑditur niſi caute cuſtodiatur. Ipſa etiam
nocte ſorori ſue in dormitorio quieſcenti apparuit
dicēs. Ego ſanaui ſororē tuam. Que currens ipſā
ſanatā inuenit. Que cū ſe etiā ſenſibili vnctione in
unctam ſentiret. ipſam cum bombice et reuerentia
multa extersit. Que cū abbatiſſe cōfeſſori et ſorori
omīa retuliſſet. et vnctionē in bombice pſentaſſet
tanta et tam noua odoris fragrātia ſunt ꝑcuſſi. vt
nulla eis poſſent aromata comparari. Ipſam aūt
vnctionē cū multa reuerentia ſeruauerunt. Quā
gratus aūt deo exiſtat locus ī quo ſacrūſanctū cor-
pus beati dominici requieſcit. licet ex miraculis
multis claruerit. Unum tñ hic poſuiſſe ſufficiat. Re-
fert magiſter alexander eps vindonicenſis in po-
ſtillis ſuis ſup illud verbum. Miſericordia et veri-
tas obuia. ſibi ꝛc. q quidā ſcolaris degēs bononie
vanitatibus ſeculi deditus viſionē talem ꝯſpexit.
Uidebatur ſiquidē ſibi q in quodā campo magno cō-
ſiſteret et ibidem tēpeſtas ingens ſup ipm deſcen-
deret. Qui dū fugeret a facie tempeſtatis ad quā-
dam domū ꝑuenit. Quā cum clauſam inueniſſet et
pulſans ad hoſtiū ſe ibidem recipi poſtulaſſet que
deintus erat hoſpita reſpondit. Ego ſum iuſtitia q̄
hic habito. et hec domus mea eſt. Quia aūt tu iu-
ſtus nō es. in ea habitare non vales. Ad cuius ver-
ba ille plurimū merens abſceſſit. et aliam domum
vltra illā cōſpiciens ad eā venit. et pulſans ad ho-
ſtiū ſe ibidem recipi poſtulabat. Sed que deintus
erat hoſpita reſpondit. Ego ſum veritas q̄ hic ha-
bito et hec domus mea eſt. Te aūt hoſpitio nō re-
cipiam. q: veritas eū non liberat qui eā nō amat.
indeq abſcedens terciā domū vltra illam ꝓſpicit
ad quā veniens ſe ſimiliter contra impetū tēpeſta-
tis recipi flagitauit. Cui q̄ deintus erat dña reſpō-
dit. Ego ſum pax q̄ hic habito non eſt aūt pax im-
pijs ſed hominibus bone voluntatis. Uerū q: ego
cogito cogitationes pacis. ꝛ non afflictionis. vtile
conſilium tibi do. Ultra me ſoror mea habitat que
miſeris ſemꝑ auxiliū preſtat. ad hāc accede et eius
monita cōple. Cum ergo acceſſiſſet q̄ deintus erat
reſpondit. Ego ſum miſericordia q̄ hic habito. Si
igitur ab imminente tēpeſtate ſaluari deſideras va-
de ad domū in qua fratres pdicatores de bononia
habitant. ibiq inuenies ſtabulum penitētie. ꝛ pre-
ſepe cōtinētie. et pabulū doctrine. aſinū ſimplicita-
tis cū boue diſcretionis. mariam illuminantē et io-
ſeph ꝓficientē. et puerū ihm te ſaluantē. Cū igitur
predictus ſcolaris euigilaſſet. ad domū fratrū venit
et viſionē ꝑ ordinem recitās habitū ordinis petijt.
et accepit.

## De ſancto ſixto



Sixtus dicitur a ſios quod eſt deus. ꝛ ſtatus
quaſi diuinus ſtatus. Uel ſixtus a ſiſto ſiſtis
quaſi firmus et fixus in fide. paſſione et bo-
na operatione.



Sixtus papa atenienſ. natione. primo q̄dem
phs ſed poſtea diſcipulus xpi et pōtifex ſum-
mus electus. decio et valeriano cū duobus
dyaconibus ſuis feliciſſimo. et agapito pſentatus
eſt. quē cum decius nullis poſſet pſuaſionibus in-
clinare. fecit eum duci ad templum martis. vt aut
ſacrificaret. aut vt in cuſtodia mamertini reciperetur.
Sed cū ſacrificare rēnuens in cuſtodiā duceretur
beatus laurentius poſt eum clamans ibat et dice-
bat. Quo ꝓgrederis ſine filio pater quo ſacerdos
ſancte ſine miniſtro ꝓperas. Cui ſixtus. Nō ego te
deſero fili neq derelinquo. ſed maiora tibi debentur
ꝓ fide xpi certamina. Poſt triduū me ſeq̄ris ſacer-
dotem leuita. Interim ergo theſauros eccl'ie acci-
pe. et quib9 tibi videtur diuide. Quos cū ille xpianis
paupibus diſtribuiſſet. valerianus pfect9 decreuit
vt ſixtus ad templū martis ſacrificaturus duceretur.
Qd ſi rēnueret ibidē capite truncaretur. Qui cū du-
ceretur beatus laurētius poſt eū clamare cepit ac di-
cere. Noli me derelinquere pater ſancte q: theſau-
ros tuos iam expēdi. Tunc milites audientes the-
ſauros noīare laurentiū tenuerunt. ſixtū vero cū
feliciſſimo et agapito ibidem decollauerūt. In
hac die eſt feſtū tranſfigurationis dñi. et ſanguis
xpi de nouo vino ſi fieri poteſt et inueniri in aliqui

bus eccleſijs conficit vel ſaltem de matura vua ali
q̃tulū in calice eliquat. Jn hac etiā die racemi bñ-
dicunt et ppl's inde cōmunicat. Ratio autē hui⁹ eſt
ex eo q̄ dñs diſcipulis ſuis dixit in die cene. Non bi
bā amodo de hoc genimine vitis donec bibā illud
nouum in regno patris mei. Jlla vō trāſfiguratio
dñi et q̄ dixit nouū vinū repſentat glorioſaz inno-
uationē quā xp̄s poſt reſurrectionē habuit. et ideo
in hac die trāſfiguratiōis q̄ reſurrectionem dñi re
pſentat vinū nouū inquirit. non q̄ in hac die. vt q̄
dam aiunt trāſfiguratio ſit facta. ſed in hac die ab
ap'lis manifeſtata. Tranſfiguratio enī facta dicit
fuiſſe circa principiuz veris. Diſcipuli aūt propter
phibitionē ei⁹ factā ipam tādiu celauerūt et i hac
die manifeſtauerūt. Sic legit in li. q̄ dicit mitrale

## De ſancto donato cx A



Donatus dicit quaſi a deo natus. et hoc p̄ re
generationē et grē infuſionem et glorifica
tionē q̄ eſt triplex generatio ſpūalis a deo.
Nam cū ſancti moriunt tūc naſci dicunt. Unde obi
tus ſanctoꝝ non mors ſed natale vocat. Puer ei
appetit naſci vt recipiat ampliorē locū ad manen
dū vberiorē cibū ad veſcēdū. liberiorē aerē ad reſ
pirandū. et lucem ad videndū. et quia ſancti cū de
vtero matris eccleſie p̄ mortē exeunt: alla quatuor
ſcd̄m modū ſuū recipiunt. ideo naſci dicunt. Uel di
cit donatus quaſi dono dei datus.

Donatus cū iuliano imperatore eruditus ꝛ nu
tritus eſt. ita q̄ p̄dictus iulianus fuit tūc in
ſubdiaconū ordinatus. Sed cū in impium
ſublimatus fuiſſet patrē et matrē beati donati occi
dit. donatus vō in aratinā ciuitatē aufugit et apō
hilariū monachū manens multa ibidē miracula fe
cit. Nā cum p̄fectus ciuitatis hñs filiū demoniacū
eum ad donatū adduxiſſet ſpūs immūdus clama
re cepit ac dicere. Jn noīe dñi iheſu xp̄i noli michi
eſſe moleſtus. vt de domo mea egrediar. O dona-
te quare me exire coartas cū tormētis. Sed orāte
donato fuit ꝓtinus liberatus. Uir quidā euſtaſius
nomine exactor fiſci in tuſcia publicā pecuniam in
cuſtodia vxoris noīe eufroſine dereliquit. Sed cū
ꝓuintia ab hoſtibus vrgeret. pecuniā abſcondit.
et dolore p̄uenta vitā finiuit. Uir aūt eius rediens
cū pecuniā inuenire nō poſſet et iam cuz filijs ſuis
ad ſuppliciū tradi deberet ad ſanctū donatū cōfu-
git. Donatus aūt ad ſepulcrū vxoris cū eo pergēs
orōne facta clara voce dixit. Eufroſina p̄ ſpm̄ ſan-
ctū te adiuro vt dicas nobis vbi talem pecuniā po
ſuiſti. Et facta eſt vox de ſepulcro dicēs. Jn ingreſ
ſu domus mee ibi eam ſubfodi. Et euntes eam ibi
vt dixerat inuenerūt. Poſt aliquot aūt dies ſa-
tirus ep̄s in dño obdormiuit. et omnis clerus do-
natū in ep̄m elegit. Cū aūt vt refert greg. in dyal.
quadā die miſſa celebrata populus cōmunicaret
et dyaconus cōmunicans xp̄i ſanguinē ꝓpinaret.
ſubito paganoꝝ impulſu dyaconus cecidit. et cali-
cez ſanctū fregit. De quo cuz ꝛ ipe oīs populus plu
rimū meſtus eſſet donatus fragmenta colligēs ca-
licis. oratione facta ipm in priſtinā formā reſtaura-
uit. Una autē particula a dyabolo abſcōſa fuit que
in calice p̄dicto defecit. que tñ eſt ad teſtimoniū mi
raculi huius. Pagani aūt hoc viſo miraculo ſunt
conuerſi. et. lxxx. baptiſma ſuſceperūt. Fons qui
dam adeo erat infectus vt quicūq3 de illo biberet
ꝓtinus moreret. Dum igit ſanctus donatus ſup a
ſinū ſuū illuc iret. vt orōne ſua aquā ſanaret draco
terribilis inde erupit. et pedes aſini cauda inuol-
uens ꝯtra donatū ſe ꝓtinus erexit. Quē donatus
flagello quodā p̄cutiēs. vel ſcd̄m qd̄ alibi legit in
os eius expuens. continuo interfecit. orauitq3 ad
dñm et oē venenū a fonte fugauit. Aliū quoq3 fon
tem dū ipe cum ſocijs ſuis valde ſitiret quadā vice
ſua orōne ibidē ꝓduxit. Cum filia theodo
ſij imperatoris a demone vexaret et ad ſanctū dona
tum adducta fuiſſet. dixit donatus. Exi immunde
ſpūs et noli in plaſmate dei habitare. Cui demon.
Da michi tranſitū quo exeā aut quo vadā. Cui do
natus. Unde huc veniſti? Cui demon. De heremo.
Et ſanct⁹. Jlluc reuertere. Et demō. Uideo ſignū
crucis in te de quo ignis exit contra me. et p̄e ti-

more ignoro quo vadā. ſed da michi locū exeundi et exeo. Cui donatus. Ecce habes tranſitum redi ad locum tuū. Et vniuerſam domū ꝯcutiēs exiuit.

Cum quidā mortuus efferretur aduenit quidaꝫ cū cyrographo aſſerens deberi ſibi ab ipo .cc. ſolidos. Uñ nullatenus ipm ſepeliri ſinebat. Qd cum vxor eiꝰ vidua beato donato cū lachrimis indicaſſet adiūgēs ꝙ homo ille pecuniā totaliter recepiſſet aſſurgēs ad loculū iuit. ⁊ manu defunctū tāgēs ait. Audi me. Qui reſpondit. Ego ſum. Et ſanctus donatus ad eū ait. Surge et vide quid agas cum homine iſto qui te ſepeliri non ſinit. Qui reſidens cū de ſolutione debiti corā omibus cōuicit. et cyrographum accipiēs manu ſcidit. Deinde dixit ſancto donato. iube me iterum pater dormire. Et ille Uade amodo fili quieſce.

Eo tempore cum fere annis tribus non pluiſſet. ⁊ ſterilitas magna eſſet infideles ad imparorē theodoſium ꝯueniunt. petentes vt ſibi donatū traderet. qui ꝑ artez magicā hoc feciſſet. Ad imparoris igit̄ inſtātiam donatus egreſſus dn̄m exorauit. et pluuiā copioſam dedit. ſiccisq; veſtibus ceteris pluuia infuſis domū redijt

Cum aūt gothi eo tp̄e ytaliam deuaſtarent. et multi a fide xp̄i recederēt. euadracianus p̄fectus a ſancto donato et hilarino de apoſtaſia reprehēſus ſanctos ipos cepit ꝯpellēs eos vt ioui immolarēt. Qd cuꝫ rēnuerēt hilarinū expoliatuꝫ tam diu cedi fecit quouſq; ſpiritū exalaret. Donatū vero in carcerē recluſit. et poſtmodū eum decollari fecit. circa annos dn̄i. ccclxxx.

## De ſancto ciriaco cxi. A



Cyriacus a marcello papa dyaconus ordinatus. cōprehēſus et ad maximianū deductus iuſſus eſt cum socijs ſuis vt terram foderet et ad locum ſcꝫ termas qui ibidē ꝯſtruebatur ſuis cā humeris deportaret. Ubi erat ſctūs ſaturninꝰ ſenex. quē cyriacus et ſiſinnius ad portandū iuuabant. Tandē in carcerē recluſum p̄fectus iuſſit cyriacū preſentari. Et cū eum apronianus educeret ſubito vox cum luce de celo veniens dixit. Uenite bn̄dicti patris mei ⁊c. Et tūc apronianus credidit et baptiſari ſe fecit. et ad prefectū cōfitens xp̄m venit. Cui p̄fectꝰ. Nunqd tu xp̄ianus factus es? Qui rn̄dit. Ue michi quia ꝑdidi dies meos. Reſpondit prefectus. Uere modo ꝑdes dies tuos. Et miſit eū decollari. Saturninus v̄o et ſiſinnius cuꝫ ſacrificare nollēt. diuerſis ſupplicijs affecti tandē decollati ſunt. Filia aūt dyocleciani noīe arthemia cum a demonio vexaret̄ clamabat in ea demon dicens. Non exeam niſi cyriacus dyaconus veniat. Uñ ad eā adductus cyriacus cum demoni imparet rn̄dit. Si vis vt exeam da michi vas aliqđ in quod intrē Reſpōditq; cyriacus. Ecce corpus meū ſi potes ingredere. Cui demon. In vas tuū intrare non poſſum. qꝛ vndiq; eſt ſignatum ⁊ clauſuꝫ. Sed ſi eijcis me. ſcito ꝙ in babiloniā faciam te venire. Et cum coactus exiſſet. arthemia clamauit dicēs ꝙ deum quē cyriacus p̄dicat videret. Cum igit̄ illam cyriacus baptiſaſſet. et ex grā dyocleciani et ſerene vxoris eius in domo quā dederant ei ſecurus viueret venit nūciꝰ a rege pſarū ad dyoclecianū. rogās vt ad ſe cyriacus mitteret̄. quia filia ſua a demone vexaret̄. Ad preces igitur dyocleciani cyriacus cum largo ⁊ ſmaragdo naui impoſitis neceſſarijs in babiloniā letus iuit. Cūq; ad puellā ꝑueniſſet. demō per os eius clamauit dicēs. Fatigatus es cyriace? Cui cyriacus reſpōdit. Nō ſuꝫ fatigatus ſed vbiq; dei auxilio gurbernatus. Ait demon. Tamen ego ad quod volui te ꝑduxi. Tunc cyriacus dixit demoni. Imperet tibi ih̄s vt exeas. Et ſtatim exiens demon dixit. O nomen terribile qđ me coartat exire Et ſic ſanatā puellam cū patre et matre et multis alijs baptiſauit. Et cū multa ſibi munera offerrent̄ recipe noluit. ſꝫ quadragintaquiq; diebus in pane et aqua ieiunās tandē romā redijt. Poſt duos aūt menſes dyoclecianus defunctꝰ eſt. Cui maximianꝰ ſuccedēs iratus de ſorore ſua arthemia cyriacū cōprehendit. et nudum ⁊ cathenis ligatū ante currū ſuū trahi iuſſit. Iſte maximianus ꝓ tāto poteſt dici filius dyocleciani ꝙ ſibi ſucceſſit. et eius filiam habuit in vxorem. que valeriana nuncupata eſt.

Deinde iuſſit carpaſio vicario vt ipm cū ſocijs ſa-
crificare ꝯpelleret. aut diuerſis ſupplicijs occide-
ret. Et cū ipe picē ſupꝫ caput eius liquaſſet. et ī ecu
leo ſuſpēdiſſet. fecit cyriacū cū oībus ſocijs decolla
ri. Carpaſius aūt cū domū ſancti cyriaci impetraſ-
ſet. et ad deriſionē xpianoꝝ ī loco vbi ciriacus ba-
ptiſabat ſe lauaret. epulaſqꝫ cū decēnouē ſocijs ce
lebraret ſubito oēs mortui ſūt. Et extūc clauſo bal
neo gētiles xpianos timere et venerari ceperunt.

## De ſancto laurentio cxii A



Laurētius dicit̄ quaſi laureā tenēs. Que eſt
corona de lauro facta. qꝛ olim de huiuſmo-
di ramis victores coronabant̄. Hec aūt ar-
bor eſt victorie oſtēſiua. cōtinua viriditate amena
odore grata. et efficatia virtuoſa. Beatus igit̄ lau
rentius dicit̄ a lauro. quia victoriā obtinuit in ſui
paſſione. Unde et cōfuſus decius dixit. Puto quia
iam victi ſumus. Uiriditatē habuit in cordis mun
dicia et puritate. Unde et dixit. Mea nox obſcurū
nō habet ꝛc. Odorē habuit ꝑ memorie perpetuita
tē. Uñ diſꝑſit dedit pauꝑibus. et ideo iuſticia eius
manet in ſeculū ſeculi. Beatus maximus. Quō nō
ineternū huius manebit iuſticia quā et ſancto iple
uit opere et glorioſiſſimo martirio ꝯſecrauit? Effi
caciā habuit ꝑ virtuoſam ꝑdicationem. ꝑ quā lucil-
lum ypolitū et romanū conuertit. Huiuſmodi aūt
arboris efficatia eſt. qꝛ calculū frāgit. ſurditati ſub
uenit. fulmen nō metuit. Sic laurentius frāgit cor
durum ſpūalem. reddit auditū. protegit a fulmine
ſententie reprobozum. B

Laurentius martir et leuita. genere hiſpan⁹
a beato ſixto romā deductus eſt. Nā ſicut di
cit mgr̄ iohēs beleth. cū idē beatus ſixtus in
hiſpaniā ꝓuectus eſſet. duos iuuenes ibidē repe-
riens. ſcꝫ laurentiū et vincentiū eius cognatū. mo
rum honeſtate cōpoſitos. et in omni actione precla
ros ipos ſecū romā adduxit. quoꝝ alter. ſ. laurēti⁹
ſecū rome māſit. vincētius vero ī hiſpaniā rediꝫt
et ibi glorioſo martirio vitam finiuit. Huic autem
opinioni magiſtri iohānis beleth repugnat tēpus
martirij vtriuſqꝫ. Nam laurentius ſub decio. vin-
centius autē in iuuenili etate ſub dyocleciano et
daciano paſſus eſt. Sed inter decium et dyocle-
cianū fluxerūt anni circiter quadraginta. et impa
tores ſeptē medij fuerunt. vt tunc beatus vincen-
tius nō potuit iuuenis extitiſſe. Beatus aūt ſixtus
laurentium ſuum archidyaconū ordinauit. Eodē
tempore philippus imperator et filius ſuus noīe
philippus fidem xpi receperant. et xpiani effecti
eccleſiam ſublimare plurimum nitebant̄. Iſte phi
lippus primus imperator fuit qui fidem xpi rece-
pit. quē origenes vt dicitur ad fidem xpi conuertit
licet alibi legat̄ qꝫ beatus pontius eum conuertit
Regnauit autē anno milleſimo ab vrbe condita.
vt milleſim⁹ ānus rome xp̄o potius qꝫ ydolis dedi
caretur. q̄ quidem ānus milleſimus fuit a romanis
cum ingenti ludorū et ſpectaculorū apparatu cele
bratus. Erat aūt philippo imperatori miles qui-
dam nomine decius in armis bellicis plurimū ſtrē
nuus et famoſus. Cum aūt ijſdem temporibus gal
lia rebellaret. illuc imperator decium miſit. vt re-
bellantem galliam romano imperio ſubiugaret.
Miſſus decius ꝓſpere cūcta geſſit. et ad libitū po
titus victoria romā rediꝫt. Audiens impator eius
aduentum eum altius honorificare voluit. et eidē
a roma vſqꝫ vd veronā obuius iuit. Sed quia ma-
lorū mentes quo magis ſe honorari ſentiūt eo am
plius ꝑ ſupbiā tumeſcunt. decius in ſupbiā elatus
imperiū cepit ambire. ꝛ de morte ſui dñi ptractare
Cū igit̄ impator in ſtratu ſuo ſub papilione quie-
ſceret. decius papilionē latēter introiuit ꝛ dormiē
tem dñm iugulauit. Exercitum autē qui cum impe
ratore venerat ad ſe prece et precio muneribus et
promiſſis attraxit. et ad vrbem regiam gradu cōci
to properauit. Audiēs hoc philippus minor vehe
menter extimuit. et totū theſaurū patris et ſuū vt
ait ſicardus in cronica ſua beato ſixto et ſancto lau
rentio ꝯmēdauit vt ſi ipm a decio interfici cōtinge
ret theſaurū ipm eccleſijs ꝛ pauperibus erogaret
Nec te moueat qꝫ theſauri quos beatus laurētius

diſpẽſauit nõ dicunꝶ theſauri imꝑatoris ſed eccle
quia potuit eſſe ꝙ cũ ipſis theſauris philippi impe
ratoris aliquem etiã theſaurũ eccleſie diſpenſauit
Uel forte ideo dicunꝶ theſauri eccleſie. quia philip
pus eos reliquerat eccleſie pauperibus diſpẽſan-
dos. Licet habeat dubitationẽ vehementẽ vtrum
ſixtus tunc tẽporis fuerit ſicut infra dicet. Poſtea
philippus aufugit et ſe a facie decij occultauit. Se
natus igitur obuiam decio proceſſit. et ipſum in
imperiũ confirmauit. Ne vero proditorie. ſed zelo
ydolatrie dominuꝫ ſuum occidiſſe videretur xpia-
nos cepit crudeliſſime perſequi. p̃cepitq; illos ſi-
ne vlla miſericordia trucidari. In hac perſecutiõe
multa milia martirũ corruerunt. Inter quos etiaꝫ
philippus iunior martirio eſt coronatus Poſt hoc
decius de theſauro dñi ſui inquiſitionem faciens
oblatus eſt ei beatus ſixtus tanꝙ qui xpm coleret
et imperatoris theſauros haberet. Tũc decius iuſ
ſit eum in carcerem recipi. vt per illata tormenta
xpm negaret. ⁊ theſauros proderet. Beatus autẽ
laurentius ipm ſequens. poſt eũ clamabat. Quo
ꝓgrederis ſine filio pater. quo ſacerdos ſancte ſi-
ne diacono ꝓperas? Tu nunꝙ ſine miniſtro ſacri-
ficium offerre conſueueras. Quid ergo in me diſ-
plicuit paternitati tue? Nunquid degenerẽ proba
ſti? Experire certe vtrũ ydoneũ miniſtrum elege-
ris cui cõmiſiſti dominici ſanguinis diſpenſationẽ
Cui beatus ſixtus dixit. Nõ ego te deſero fili. neq;
derelinquo. ſed maiora tibi debenꝶ pro fide xpi cer
tamina. Nos quaſi ſenes leuioris pugne curſuꝫ re
cipimus. Te aũt quaſi iuuenẽ manet de tyranno
glorioſior triumphus. Poſt triduũ me ſequeris ſa
cerdotẽ leuita. Deditq; ei omnes theſauros preci
piens vt eccleſijs ⁊ pauperibus erogaret. Beatus
igiꝶ laurentius xpianos die ac nocte diligenter q̃
ſiuit. ⁊ vnicuiq; prout opus fuerat miniſtrauit. Ue
nitq; ad domũ cuiuſdam vidue que multos xpia-
nos in domo ſua abſconderat. quaꝫ longus dolor
capitis detinebat. Sanctus aũt laurẽtius ꝑ impo
ſitionem manus eam a dolore capitis liberauit. ⁊
pauperũ pedes lauans omnibus elemoſinã dedit
Eadẽ nocte in domo cuiuſdaꝫ xpiani veniens quẽ
dam cecũ ibidem repperit. et facto ſigno crucis eũ
illuminauit. ¶ C Cum aũt beatus ſixtus decio
nollet conſentire. nec ydolis immolare. ipm ad de
collandum duci precepit. Accurrens autẽ beatus
laurẽtius poſt ipm clamauit. Noli me derelinq̃re
pater ſancte q: theſauros tuos iam expendi quos
tradidiſti michi. Tũc milites audiẽtes theſauros
laurentium tenuerunt et parthemio tribuno tradi

derunt. Ipſe autẽ eum decio preſentauit. Cui de-
cius ceſar ait. Ubi ſunt theſauri eccleſie quos apud
te cognouimus eſſe reconditos? Qui cum ſibi non
reſpõderet tradidit valeriano prefecto. vt aut the
ſauros prodat et ydolis ſacrificet. aut diuerſis euꝫ
interire faciat ſupplicijs et tormẽtis. Ualerianus
autẽ cuidam prefecto nomine ypolito in cuſtodiã
eum tradidit. Quem ille cum multis alijs in carce
re recluſit. Erat autẽ in cuſtodia ibi quidam genti
lis nomine lucillus. qui ꝑplorando lumen oculoruꝫ
amiſerat. Cui cum laurentius lumen ſe reſtaura-
re promitteret ſi in ipm crederet et baptiſma ſuſci
peret. ille ſe inſtantius baptiſari poſtulauit. Acci-
piens ergo aquam laurentius dixit ei. Omnia in
confeſſione lauantur. Cumq; ipſum de articulis fi-
dei diligenter interrogaſſet. et ille omnia ſe crede
re confeſſus fuiſſet. aquam ſuꝑ caput eius effudit.
et ipſum in chriſti nomine baptiſauit. Quapropter
multi ad eum ceci veniebant. et ab eo illuminati
redibãt. Hoc videns ypolitus dixit ei. Oſtende mi
chi theſauros. Cui laurentius. O ypolite ſi in do-
minum iheſum chriſtum credideris. et theſauros
tibi oſtendo. et vitam eternam promitto. Cui ypo
litus. Si dictis facta compenſes faciã quod horta
ris. Eadem hora ypolitus credidit. et ſacrũ bap-
tiſma cum familia ſua ſuſcepit. Baptiſatus aũt ait
Uidi animas innocentiũ letas gaudere. Poſt hoc
mandauit valerianus ad ypolitũ vt laurentiũ pre
ſentaret. Cui laurẽtius ait. Ambulemꝰ ambo pa-
riter. quia michi et tibi gloria preparaꝶ. Ad tribu-
nal ergo ambo veniunt. et fit iterum inquiſitio de
theſauro. Laurentius aũt triduo inducias petijt.
quas valerianus eidem ſub ypoliti cuſtodia cõceſ
ſit. In hoc triduo laurẽtius pauperes. claudos. ⁊
cecos collegit. et eos in palatio ſaluſtiano corã de-
cio preſentauit dicens. Ecce iſti ſunt theſauri eter
ni qui nunꝙ minuunꝶ ſed creſcunt. qui in ſingulis
diſpergunꝶ et in omnibus inueniunꝶ. Horꝫ eñi ma
nus theſauros in celũ deportauerũt. Ualerianus
preſente decio dixit. Quid variaris ꝑ multa? Jam
nunc ſacrifica. et magicã artem depone. Cui lau-
rentius. Quis debet adorari. qui factus eſt. an q̃ fe
cit? Iratus decius iuſſit eum ſcorpionibus cedi. et
omne genus tormentoꝝ ante ipm deferri. Quem
cũ ſacrificare iuberet. vt hec tormenta euaderet. re
ſpõdit. Infelix has epulas ſempꝰ optaui. Cui deciꝰ
Si epule iſta ſunt tibi ſimiles pande prophanos.
vt tecum pariter epulenꝶ. Cui laurentius. Jam ce
lis nomina ſua dederunt. et eoꝝ aſpectibus nõ es
dignus. Tunc iubente decio nudus fuſtibus cediꝶ

et ardẽtes lamine ad latera apponuntur. Dixitqꝫ
laurẽtiꝰ. Dñe ihu xp̄e deus de deo miſerere ſerui
tui. Quia accuſatus nõ negaui nomen ſanctũ tuuz
interrogatus te dñm confeſſus ſum. Dixit ei deciꝰ
Scio quia per artẽ magicã tormenta deludis. me
tamen deludere diu nõ valebis. Teſtor deos deaſ
qꝫ. quia niſi ſacrificaueris diuerſis ſupplicijs punie
ris. Tunc iuſſit cũ plumbatis diutiſſime cedi. Lau
rentius aũt orauit dicẽs. Dñe iheſu xp̄e accipe ſpi
ritum meum. Tunc audiente decio vox de celo in
ſonuit. Adhuc tibi multa certamina debẽtur. Tũc
decius furore repletus dixit. Uiri romani audiſtis
demones iſtum ſacrilegum cõſolãtes qui nec deos
colit. nec tormẽta metuit. nec iratos principes ex
paueſcit? Juſſitqꝫ eum iterum ſcorpionibus cedi.
ſubridens aũt laurẽtius gratias egit. et pro aſtan
tibus exorauit. Eadem hora miles quidam noĩe
romanus credidit. et beato laurentio dixit. Uideo
ante te iuuenem pulcherrimum ſtantem. et mem
bra tua cum lintheo extergentem. Adiuro ergo te
per deum ne me derelinquas ſed feſtina me bapti
ſare. Dixitqꝫ decius valeriano. Puto quia iaz per
artem magicam victi ſumus. Juſſit ergo eum de
catbaſta ſolui. ⁊ in cuſtodia ypoliti recludi. Roma
nus autẽ afferẽs vrceũ cũ aqua ad pedes laurẽtij
procidit et ab eo ſacrũ baptiſma ſuſcepit. Qđ vbi
decius comperit romanũ fuſtibus cedi iuſſit. Qui
cum libere ſe chriſtianũ profiteretur. iuſſu decij de
collatus eſt. Eadẽ nocte laurẽtius ad deciũ addu
citur. Cum aũt ypolitus fleret et ſe xp̄ianũ eſſe vel
let clamare. dixit ad eum laurentius. Jn interiori
homine magis xp̄m abſconde. et dum clamauero
audi et veni. Omĩa igitꝰ tormentoꝝ genera afferũ
tur. Dixit ergo decius laurentio. Aut dijs ſacrifica
bis aut nox iſta in te cũ ſupplitijs expendetur. Cui
laurentius. Mea nox obſcurũ nõ habet ſed omĩa
in luce clareſcunt. Dixitqꝫ decius. Afferatꝰ lectus
ferreus. vt requieſcat in eo contumax laurentius
Miniſtri ergo eũ exuerũt et ſup cratẽ ferream ex
tenderũt. et prunis ſuppoſitis eũ cuz furcis ferreis
cõpreſſerũt. Dixitqꝫ laurẽtius valeriano. Diſce mi
ſer quia carbones tui ſunt michi refrigeriũ. tibi aũt
eternũ ſuppliciũ preſtãt. Quia ip̄e dñs nouit ꝙ ac
cuſatus non negaui eum. interrogatus xp̄m cõfeſ
ſus ſum. aſſatus gratias ago. Dixitqꝫ hilari vultu
ad deciũ. Ecce miſer aſſaſti vnam partẽ. gira ad a
liam et manduca. Et gratias agens dixit Gratias
tibi ago dñe quia ianuas tuas ingredi merui et ſic
ſpiritũ emiſit. Cõfuſus decius cũ valeriano abijt
in palaciũ tiberij relicto corpe ſup ignẽ. Qđ ypoli

tus mane rapuit. et cum iuſtino preſbitero in agro
verano ꝯditu aromatibus ſepeliuit. Xp̄iani igitꝰ
ieiunãtes triduo vigilias celebrarũt. mugitꝰ dãtes
et lacrimas effundentes. ¶ D Utrũ aũt hoc ve
rũ ſit ꝙ laurentius ſub iſto decio impatore marti
rium ſit paſſus a multis dubitatur cuz in cronicis
ſixtus longe fuiſſe poſt deciũ legatꝰ. Eutropius aũt
hoc aſſerit dicẽs. Decius perſecutionẽ in xp̄ianos
mouens inter ceteros beatiſſimũ leuitam et mar
tirem laurentiũ extinxit. Jn quadã aũt cronica ſa
tis auctentica dicitꝰ ꝙ non ſub decio impatore qui
philippo ſucceſſit. ſꝫ ſub quodã decio minore q̃ ce
ſar non impator extitit. martiriũ paſſus fuit. Nã in
ter decium imperatorẽ et hunc decium minorem.
ſub quo laurẽtius dicitꝰ paſſus plurimi impatores
et ſummi pontifices intermedij extiterũt. Etenĩ vt
ibidem dicitꝰ cum decio impatori gallus et voluſia
nus eius filius in impio ſucceſſiſſent. et valerianus
cum galieno poſt eoſdẽ imperium tenuiſſent. dicti
valerianus et galienus minorem deciũ ceſarez nõ
tñ impatorem fecerunt. Nam antiquitus quãqꝫ ali
qui ab imperatoribus fiebãt ceſares. non tñ augu
ſti vel impatores ſicut legitꝰ in cronicis ꝙ dyocleci
nus maximianũ ceſarem fecit. poſtmodũ ex ceſa
re auguſtum creauit. Tp̄e aũt hoꝝ impatoꝝ ſcꝫ va
leriani et galieni. ſixtus romã ſedem tenebat. Hic
igitꝰ decius ceſar appellatus non impator effectus
beatum laurentiuz martirẽ fecit. Unde nꝰ ſꝗ in le
genda beati laurentij vocatur decius impator ſed
tm̃ decius ceſar. Decius eñ imperator duobus tñ
annis regnauit. et beatũ fabianũ papam martirẽ
fecit. Fabiano ſucceſſit cornelius qui ſub voluſiano
et gallo paſſus eſt. Cornelio ſucceſſit lucius. Lucio
ſtephanus qui ſub valeriano et galieno qui annis
xv. impauerũt paſſus eſt. Stephano ſucceſſit ſixtꝰ
Hec in cronica illa leguntꝰ. Oĩs cronice tam euſe
bij ꝗ bede et yſidori in hoc concordãt ꝙ ſixtus pa
pa non fuit tẽpore decij impatoris ſed galieni. Le
gitur tñ in alia quadã cronica ꝙ p̄dictus galienus
fuit binomius. dictus eſt eñ galienus et decius. et
ſub illo paſſi ſunt ſixtus ⁊ laurẽtius circa annũ dñi
cclvij. Godofredus quoqꝫ in libro ſuo q̃ dicitꝰ pan
theon idem aſſerit ꝙ ſcꝫ galienus vocatus eſt alio
noĩe decius. et ꝙ ſub eo paſſi ſunt ſixtus et lauren
tius. Et ſi hec vera ſunt tunc poſitio iobis beleth
vera poſſet eſſe. ¶ Refert greg̃. in libro dyalogo
rũ ꝙ in ſabina quedã ſanctimonialis fuit. q̃ carnis
quidẽ cõtinentiaz habuit ſed lingue ꝓcacitatẽ nõ
declinauit. Hec dum in eccleſia ſancti laurẽtij fuiſſꝫ
ſepulta ante altare martiris a demonibꝰ ſecata ps

# ¶ De ſancto Laurentio

illeſa ꝑmanet. altera ꝯcrematur ita vt mane viſi
biliter aduſtio appareret. ¶ Greg. quoq̧ thuro-
neñ. ait. ꝙ dũ quidã ſacerdos quandã eccleſiã ſan
cti laurẽtij repararet. ⁊ trabs qͥdam nimiũ breuis
eſſet: rogauit beatũ laurentiũ vt q̇ paupes foue-
rat ſue inopie ſubueniret. Que ſubito ſic excreuit
vt pars nõ modica habũdaret. Quã partẽ ſacer-
dos minutatim incidit. ⁊ multas inde infirmita-
tes ſanabat. Idẽ teſtatur beatus fortunatus. Fa
ctũ eſt aũt hoc apud prioras caſtrũ italie ꝙ quidã
dũ dolore dentiũ ꝑmeretur de illo ligno tangitur
⁊ ꝓtinꝰ dolor fugat̃. ¶ Quidã inſup ꝑbiter noĩe
ſanctulꝰ vt refert greg. in dyalogo. ſcĩ laurẽtij
eccłiam a longobardis incenſam reparare volẽs
artifices młtos cõduxit. Quadã aũt die dũ q̇d eis
apponeret non hr̃et: ꝑmiſſa oratione in clibanũ
reſpexit ⁊ ibidem candidiſſimũ panem inuenit.
Sed cũ vix ad vnꝰ prãdij eſum tribus ꝑſonis ſuffi
cere videret̃. laurẽtius artifices ſuos nolens defi
cere ſic ꝑdictũ panẽ multiplicari fecit ꝙ in alimẽ
tum decẽ dierũ operarijs cũctis ſuffecit. ¶ In eccle
ſia ſancti laurẽtij apud mediolanũ. vt refert vin-
centiꝰ in ſua cronica. calix quidam criſtallinꝰ mi-
re pulcritudinis habebatur: qui cum in quadã ſo-
lennitate ad altare a dyacono portaret̃. elapſus
e manibus in terram cecidit: ⁊ ſtatim cõminutus
fuit. At dyaconus merens fragmẽta collegit. ⁊ ſu
per altare ponẽs beatũ laurentiũ exorauit. ⁊ fra
ctum calicẽ integrũ ⁊ ſolidatũ recepit. ¶ E Le
gitur quoq̧ in libro de miraculis beate marie vir
ginis ꝙ quidam iudex ſtephanus nomine rome
erat qui munera libenter accipiẽs multorũ iudi-
cia ꝑuertebat. Hic tres domos eccłie ſancti lau-
rentij ⁊ vnũ ortũ ſancte agnetis violenter abſtu-
lit. ⁊ ablata iniuſte poſſedit. Accidit aũt vt more-
retur ⁊ ante dei iudiciũ duceretur. Quẽ ſanctus
laurẽtius cernens ad eum cũ nimia indignatiõe
acceſſit. ⁊ tribus vicibus brachiũ eius duriſſime
ſtrinxit: ⁊ dolore nimio cruciauit. Sancta vero a-
gnes cũ ceteris virginibꝰ eũ videre noluit ſed fa-
ciem ſuam ab eo auertit. Tũc iudex ſup eũ ſniãm
ferẽs dixit. Qm̃ aliena ſubtraxit. ⁊ mũera accipi
ens veritatẽ vẽdidit in loco iude ꝓditoris trada
tur. Sãctus aũt ꝓiectus quẽ idẽ ſtephanꝰ in vita
ſua valde dilexerat. ad beatũ laurẽtiũ ⁊ ad btãm
agnetẽ accedẽs ꝓ eo veniã ꝑcabatur. Illis voce
btã virgine ꝓ eo orãtibus cõceſſum eſt vt eiꝰ aĩa
ad corpꝰ rediret. ⁊ ibidẽ. xxx. diebꝰ pniãz ageret.
Accepit inſup a beata virgine in mãdatis vt pſal
mũ beati immaculati ſingulis diebus vite ſue di
ceret. Cunq̧ ad corpus rediſſet brachium eius ita
erat liuidũ ⁊ aduſtũ ac ſi hoc ĩ corpe paſſus eſſet.
Qd̃ ſignũ in eo extitit quoad vixit. Male igit̃ ab
lata reſtituẽs: ⁊ pniãz agẽs die. xxx. migrauit ad
dñm. ¶ Legit̃ in vita ſancti heinrici imperatoris ꝙ
dũ ipſe ⁊ kunegũdis vxor eius virgines inſimul
ꝑmanerẽt: diabolo inſtigãte de quodã milite vxo
rem ſuſpectã hñs ipſam ſup candẽtes vomeres.
xv. pedũ nudis pedibꝰ incedere fecit. Qua aſcen-
dente dixit. Sicut me ab heinrico ⁊ oibꝰ intactã
nouiſti: ita adiuua me xp̃e. Heinricꝰ vero verecũ
dia ductus eam in maxillã ꝑcuſſit. Cui vox dixit.
Uirgo maria te virginẽ liberauit. Totã igitur cã-
dentẽ maſſam illeſa ꝑcurrit. Cũ ergo ceſar obijſſz
młtitudo maxima demonũ ante cellã cuiuſdã he-
remite trãſibat. Qui apta feneſtra interrogauit
vltimũ q̇ nam eſſent. Et ille. Legio demonũ ſumꝰ
q̇ ad mortẽ ceſaris ꝓperamꝰ ſi forte aliq̇d ꝓpriũ
in eo reꝑire poſſimꝰ. Adurat̃ igitur vt ad ſe re-
deat. Qui rediẽs dixit. Nichil ꝓfecimꝰ qꝛ dũ falſa
vxoris ſuſpitio ⁊ alia mala et etiã bona in ſtate-
ra fuiſſent poſita: aduſtus ille laurẽtius ollam au
reã immenſi ponderis attulit. Et dũ ſupaſſe vide
bamur illa iactata ꝑs alia ſtatere plurimũ ponde
rauit. Tũc ego iratꝰ vnã partẽ auree olle prerupi
Ollã calicẽ vocabat quẽ dictꝰ ceſar in honore ſan
cti laurentij eccłie aiſtetenſi fieri fecerat quem in
ſpãli deuotiõe habuerat. Cui propter magnitu-
dinẽ due aures inerãt. Reꝑtũq̧ eſt ⁊ imperatorẽ
tũc obijſſe: ⁊ vnã aurẽ calicis fractã fuiſſe ¶ Re-
fert greg. in regiſtro ꝙ dũ ꝑdeceſſor ſuus quedã
ad corpus ſancti laurentij cupet meliorare. ⁊ vbi
nam corpꝰ eſſet neſciret. ſubito corpꝰ eius ignorã-
ter apitur. omneſq̧ q̇ aderãt tam monachi q̃ mã
ſionarij q̇ corpꝰ eius viderãt infra. x. dies mortui
ſunt. ¶ F Notandũ ꝙ paſſio laurẽtij inter cete
ras ſctõꝝ martirũ paſſiones excellẽtiſſima videt̃
eſſe in quatuor ſicut ex dictis ſancti maximi epi ⁊
bti auguſ. colligit̃. Primo in paſſionis acerbitate.
Scd̃o ĩ effectu ſiue vtilitate. Tercio in ꝯſtãtia ſiue
fortitudine: Quarto in mirabili pugna ⁊ mõ vi-
ctorie. ¶ Primo igit̃ excellẽtiſſima fuit ĩ pene acer
bitate. De cuiꝰ pene acerbitate ſic dicit btũs maxi
mus eps. vel ſcd̃m quoſdã libros ambro. Non eñ
frẽs btũs laurẽtiꝰ breui vel ſimplici paſſiõe patit̃
Nam q̇ gladio ꝑcutitur ſel̃ moritur q̇ in flãmaꝝ ca
mino mergit̃ vno impetu liberat̃. Hic aũt longa
⁊ młtiplici pena cruciatur: vt mors ei nõ deſit ad
ſuppliciũ ⁊ deſit ad finẽ. Legimꝰ btõs pueros in
penaꝝ ſuaꝝ deãbulaſſe flãmis ⁊ igneos globos

pedibus conculcaſſe. Unde ⁊ beatus laurentius
nō minori glīa pferend⁹ eſt. Siqdem illi in penaꝝ
flāmis ambulabāt. hic in ipſo ſupplicij ſui igne di
ſcubuit. Illi veſtigijs pedū ꝯculcauerūt incēdia.
iſte laterū ſuoꝝ diffuſione reſtrinxit. Iſti ſtātes in
pena eleuatis manib⁹ orabāt ad dn̄m. iſte pſtra-
tus in ſua pena toto corpe dn̄m depcabatur ¶ Et
notandū q̄ beat⁹ laurēti⁹ poſt beatū ſtephanū in
ter ceteros martires primatū tenere dicit: nō qꝛ
maiorē penā ſuſtinuerit q̄ ceteri martires cū mul
ti tantā penā ⁊ aliq etiā maiorē ſuſtinuiſſe legan
tur ſed hoc dicit ppter ſex cauſas inſi occurrētes
Primo ppter paſſionis locū: qꝛ rome q̄ eſt caput
mūdi ⁊ vbi eſt ſedes aplica paſſus eſt. Scđo pro
pter pdicationis officiū: qꝛ officiū pdicationis di-
ligēter impleuit. Tercio propter laudabilē diſtri
butionē theſauroꝝ quas omnes pauperibus ſa-
piēter diſtribuit. Has tres rōnes ponit magiſter
guilhelm⁹ altiſiodorenſis. Quarto ppter aucten-
ticatū ⁊ approbatū ei⁹ martiriū qꝛ ⁊ ſi de aliqbus
maiora tormēta legātur. tn̄ hoc auctenticū nō ha
betur ⁊ aliqn̄ in dubiū vertitur. Hui⁹ aūt paſſio
in eccleſia valde eſt ſolennis ⁊ approbata. Unde
⁊ multi ſancti in ſuis ſermonib⁹ eius paſſionē ap-
probant ⁊ ꝯfirmāt. Quinto ppter dignitatis gra
dum qꝛ fuit archidiacon⁹ ſedis aplice. Poſt quem
vt aiunt in romana ſede archidiaconus nō ſurre-
xit. Sexto propter ſeuiciā tormentoꝝ qꝛ grauiſſi-
ma ſupplicia ꝑtulit. vtpote q̄ ſup cratē ferreā aſſa
tus fuit. Unde de eo dicit beat⁹ auguſ. Laceratos
artus ⁊ multa verberū ſectione ꝯciſos ſubiecto
pcepit igne torreri vt per cratē ferream q̄ iam de
feruore cōtinuo vim in ſe hrēt vrendi. conuerſoꝝ
alterna mutatione membroꝝ fieret cruciat⁹ vehe
mentior ⁊ pena pductior. ¶ B Secūdo fuit ex
cellentiſſima in effectu ſiue vtilitate. Ipſa en̄ pe
ne acerbitas ſcđm auguſtinū ⁊ maximū. fecit eū
glorificatione ſublimē. opinione ⁊ fama celebrem
deuotione laudabilē. ⁊ imitatione inſignē. ¶ Pri
mo igitur glorificatione ſublimē. Unde auguſ. di-
cit. Seuiſti pſecutor in martirē. conſeuiſti ⁊ auxi-
ſti palmam dum augeres penam. Iterū maxim⁹
vel ſcđm quoſdā ambro. Quāuis in fauillā mem-
bra ſoluātur fidei tn̄ fortitudo nō ſoluitur. Corpis
detrimentū ſuſtinet ſed lucrū ſalutis acqrit. Itē
auguſ. Uere beatū corp⁹ qđ nō a fide xp̄i tormē-
tū immutauit ſed ad reqem ſcā religio coronauit

Scđo opinione ⁊ fama celebrē. Maxim⁹ vel
ſcđm quoſdā libros ambro. Beatū martirē laurē
tiū grano ſinapis poſſum⁹ ꝯpare qꝛ diuerſis attri
tus paſſionibus ꝑ totū orbem grā ſui meruit fra-
grare myſterij. Qui antea ꝯſtitut⁹ in corpe hūilis
ignot⁹ ⁊ vilis. poſtea q̄ vexat⁹. laceratus. exuſtus
fuit. vniuerſis ꝑ totum mundū eccleſijs odorē ſue
nobilitatis infudit. Idē ¶ Sanctū eſt ac deo pla-
citū vt natale ſancti laurētij pcipua deuotiōe ve
neremur cui⁹ radiantibus flāmis victrix in hunc
quoq̄ diē toto orbe chriſti choruſcat eccl'ia. Idē.
Tanta en̄ glīa martirij pclar⁹ extitit in paſſione
ſua q̄ mundū illuminauerit vniuerſuꝫ. ¶ Tercio
deuotione laudabilē. Quare aūt ſit laudandus ⁊
cū deuotione ſuſcipiēdus oñdit auguſ. trib⁹ rōni-
bus ſic dicēs. Beatū virū laurentiū tota debem⁹
deuotiōe ſuſcipe. Primo qꝛ pcioſum ſanguinē ꝑ
pter deū tradidit. Deinde qꝛ ei ꝑrogatiuā apud
deum noſtrū nō minimā contulit oñdens qualis
debet eſſe chriſtiana fides. de cui⁹ ꝯſortio exiſtere
martires meruerūt. Tercio q̄ idem tante ⁊ tam
ſancte ꝯuerſationis fuit vt coronā martirij tpe pa
cis inueniret. ¶ Quarto fecit eum imitatione in
ſignem. Un̄ aug⁹. Hec toti⁹ cauſa paſſionis ppter
quā morti addict⁹ eſt vir ſanctus: vt ſui ſiles cete-
ros eſſe hortaret. In trib⁹ aūt ſe nobis imitabilē
exhibet. Primo in aduerſorum forti perpeſſione.
Unde aug⁹. Ad erudiendū dei populū nulloꝝ eſt
vtilior forma q̄ martirū. Eloquētia facilis ad ex-
hortandū fit ratio efficax ad ſuadendū. Ualidio-
ra tn̄ ſūt exēpla q̄ verba ⁊ pl⁹ eſt ope docere q̄ vo
ce. In quo excellētiſſimo genere doctrine beat⁹
martir laurēti⁹ q̄ glorioſa polleat dignitate. etiā
perſecutores ipſius ſentire potuerūt quo illa mi
rabilis fortitudo animi nō ſolum nō cederet ſꝫ eti
am alios exēplo ſue tollerātie roboraret. Secun-
do in fidei magnitudine ⁊ feruore. Maxim⁹ vel
ambro. Dum in fide ſua pſecutoris flāmas vicit.
oſtēdit nobis ꝑ ignem fidei gehenne incendia ſu-
perare ⁊ amore xp̄i diē iudicij nō timere. Tercio
in ardenti deuotione. Idem vel ambro. Illumi-
nauit mundum plane laurentius eo lumine quo
ipſe ſuccēſus eſt. ⁊ flāmis quas ipſe ꝑtulit omniū
chriſtianoꝝ corda calefacit. De his tribus etiam
ſic dicit maxim⁹ vel ambro. ſcđm quoſdā libros.
Beati laurētij exemplo ꝓuocamur ad martirium
accēdimur ad fidem. incaleſcim⁹ ad deuotionem.
D ¶ Tercio fuit excellentiſſima in conſtantia ſeu
fortitudine. De cui⁹ cōſtantia ⁊ fortitudine ſic di
cit beatus aug⁹. Beatus laurētius manſit in xp̄o
vſq̄ ad tentationē. vſq̄ ad tirannicā interrogati-
onem. vſq̄ ad acerrimam comminationē. vſq̄ ad
peremptionē. In qua longa morte qꝛ bene man-

ducauerat ⁊ bene biberat tanꝗ̃ ille eſca ſaginatus ⁊ illo calice ebrius factus tormēta nō ſenſit. nō ceſſit. ⁊ in regnū ſucceſſit. Adeo aūt fuit ꝯſtās ⁊ firmꝰ ꝙ nō ſolū tormētis nō ſuccubuit ſed etiã ex ipſis tormētis vt hētur ex dictis beati maximi factꝰ eſt ꝑfectior in timore. feruentior in amore. et iocūdior in ardore. De primo ſic dicit. Extēditur ſup flāmaꝝ ignitos globos ⁊ ſepe verſatur in latera: ſed quāto plus penaꝝ patitur. tanto amplꝰ chriſtum dominū pertimeſcit. Quantū ad ſecundum ſic ait maximꝰ vel ſcd̄m quoſdam libros ambroſius. Granū ſinapis cū atteritur accēditur. laurētiꝰ cū patitur inflāmatur. Idem. Nouo admirationis genere alius illum torquet. ⁊ alij ſeuientes tormēta perficiūt ſed deuotiorē laurentiū ſaluatori ſupplicia attrociora fecerunt. Quantū ad terciū ſic dicit. Cor eius tanta fide in xp̄i magnanimitate concaluit vt deſpectis ꝓprijs corporis cruciatibus. inſaniſſimo tortori ſuo ⁊ triūphans eius ignibus letus illuderet. ¶ Quarto fuit excellentiſſima in mirabili pugna ⁊ modo victorie. Beatus nanqꝫ laurētiꝰ ſicut ex verbis beati maximi ⁊ Auguſtini colligitur. quinqꝫ ignes exteriores quodammodo habuit: quos tamen omnes ſuperauit fortiter ⁊ extinxit. Primꝰ fuit ignis gehēne ſecundus ignis materialis flāme. tercius carnalis concupiſcentie. quartus ardentis auaricie. qntus furentis inſanie. ¶ De extinctione primi ignis. ſcꝫ gehēne ſic dicit maximus. Nunquid cedere poterat momētanee corporis vſtioni cuiꝰ fides eternum gehenne extinguebat ardorem. Itē tranſijt per ignem momentaneū atqꝫ terrenum ſed flammam gehenne perpetuo exurentis euaſit. ¶ De extinctione ſecundi ignis ſcilicet materialis flamme ſic ait maximꝰ vel ambroſius ſcd̄m quoſdam libros. Corporali laborabat incēdio. ſed diuinus ardor materialem reſtrinxit ardorē. Itē. Quāuis rex improbꝰ ligna ſubijceret. incēdia maiora ſupponeret. tñ ſanctus laurētius has flammas fidei calore accenſus nō ſenſit. Itē augꝰ. Superari charitas xp̄i flamma nō potuit ⁊ ſegnior fuit ignis q̄ foris vſſit ꝗ̃ qui intꝰ accendit. ¶ De extinctione tercij ignis ſcꝫ carnalis cōcupiſcētie ſic dicit maximus. Ecce beatꝰ laurētius trāſijt ꝑ ignē non quo adustus inhorruit ſed illuminatꝰ effulſit. arſit ne arderet: ⁊ ne vreretur vſtus eſt. ¶ De extinctiōe quarti ignis ſcꝫ auaricie qualiter euanuit auaricia illoꝝ qui theſauros cupiebāt ⁊ fruſtrata eſt ſic dicit auguſtinus. Armatur gemina face homo cupidus pecunie: atqꝫ veritatis inimicus. auaricia vt rapiat aurum. impietate vt auferat xp̄m. Nichil obtines. nichil ꝓficis humana crudelitas Subtrahit tormētis tuis materia mortalis. ⁊ laurentio in celum abeunte tu deficis flammis tuis. ¶ De extinctione quinti ignis ſcꝫ furentis inſanie qualr̄ videlꝫ inſania ꝑſequētiū fruſtrata eſt ⁊ ānichilata ſic dicit maximꝰ. Superatis flāmaꝝ miniſtris: oē mūdane inſanie reſtrixit incendiū. Ad hoc vſqꝫ diabolica ꝓfecit intentio vt vir fidelis ad dn̄m ſuū glorioſus aſcēdat. ⁊ crudelitas ꝑſequentium cum ſuis ignibus ꝑfuſa torpeat. Qd̄ eñ ꝑſequentiū inſania ignis fuerit oñdit cū ait. Furor gētilis acceſus craticulā preparat ignitā vt indignationis ſue flāmas ignibꝰ vindicaret ¶ Nec mirum ſi hos quinqꝫ ignes exteriores ſupauit. qm̄ ex verbis p̄dicti maximi hn̄tur tria refrigeria que intus habuit. ⁊ tres ignes in corde portauit. per que omnē ignē exteriorē. ⁊ refrigerio mitigauit. et maiori incēdio ſupauit. Primū nanqꝫ refrigeriū fuit deſideriū regni celeſtis. ſecundū meditatio diuine legis. terciū puritas ꝯſciētie. Per hoc triplex refrigeriū omne ignem exteriorē extinctū fecit ⁊ frigidum reddidit. ¶ De primo refrigerio qd̄ eſt deſideriū celeſtis glorie dicit maximus vel ambroſiꝰ ſcd̄m quoſdā libros. Nec eñ beatꝰ laurentius ignium ſentire tormēta poterat q̄ in ſenſibꝰ refrigeriū paradiſi poſſidebat. Itē. Iacet ante pedes tirāni exuſta caro. corpus exanime. nichil detrimēti tñ patit cuiꝰ animꝰ demorat in cel. ¶ De ſcd̄o refrigerio qd̄ eſt meditatio legis diuine ſic dicit maximꝰ vel ambroſius. Dū xp̄i cogitat p̄cepta frigidum eſt illi omne quod patitur ¶ De tercio refrigerio qd̄ eſt puritas ꝯſcientie ſic dicit. Ardet ꝓfecto totis viſceribꝰ fortiſſimus martir et vritur. ſed regnū dei ꝑtractās refrigerio ꝯſciētie victor exultat. ¶ Habuit nichilominꝰ vt idem maximus oñdit tres ignes interiores per quos oēs ignes exteriores maiori incēdio ſuperauit. Primꝰ fuit fidei magnitudo. ſecūdus ardens dilectio. tercius vera dei cognitio q̄ ipm̄ irradiauit tanꝗ̃ ignis. ¶ De primo igne ſic dicit idē vl ambroſiꝰ. Inquantū in illo fidei ardor feruet. intm̄ ſupplicij flāma frigeſcit. Itē. Eſſe ſaluatoris ignē feruorē fidei legimꝰ in euāgelio. Ignē veni mittere in terrā. Hoc igitur igne beatus laurētiꝰ accenſus flāmaꝝ nō ſenſit incendiū. ¶ De ſecundo igne ſic ait idē vel ambroſiꝰ. Ardebat extrinſecꝰ martir laurētiꝰ tirāni ſeuictis incēdijs: ſꝫ maior illū intrinſecꝰ xp̄i amoris flāma torrebat. ¶ De tercio igne ſic dicit. Fortiſſimū martirē ſeuiſſima per

ſec utoris flamma ſuperare non potuit q: longe ar-
de nti⁹ veritatis radijs mens eius accenſa ferue-
bat. Jtē. Odio pfidie ꝛ amore veritatis accēſus
appoſitā ſibi extrinſec⁹ flammā aut nō ſenſit aut
vicit. ¶ Habet aūt inter ceteros martires beat⁹
laurētius tria priuilegia quātū ad officiū. ¶ Pri-
mū eſt in vigilia. Solus eñ inter martires vigiliā
habet. Sed vigilie ſanctoꝝ ꝓpter multas diſcordi
nationes hodie in ieiunia mutate ſunt. Mos eñ
fuit olim vt refert iohannes beleth vt in feſtiuita-
tibus ſanctoꝝ hoīes cū vxoribus ꝛ filiabus ad ec-
cleſiā venirent. ꝛ ibi cum luminarib⁹ pnoctarent.
Sed q: multa adulteria in his vigilijs fiebant.
Statutū fuit vt vigilie in ieiunia cōuerterentur.
Nomen tñ antiquū eſt retentū: q: nō ieiunia ſʒ vi-
gilie adhuc appellātur. ¶ Secundū eſt in octaua
Jpſe nāqꝫ ſolus cū ſtephano habet octauaꝫ inter
martires: ſicut martinus inter ꝯfeſſores. ¶ Ter-
ciū eſt in regreſſionib⁹ antiphonaꝝ qꝺ ſolus ipſe
et paulus habet. Sed paulus ꝓpter excellentiaꝫ
p̄dicationis. iſte ꝓpter excellentiā paſſionis.

## ¶ De ſancto ypolito. cxiiii A



Ypolitus dicitur ab yper qꝺ eſt ſupra. ꝛ li-
tos qꝺ eſt lapis quaſi ſupra lapidē. ideſt
xp̄m fundatus. vel ab in ꝛ polis qꝺ eſt ci-
uitas. Vel ypolitus quaſi valde politus. Fuit eñ
ſup lapidē xp̄m bene fundat⁹ ꝑ ꝯſtantiā ꝛ firmita-
tem. Fuit in ciuitate ſupna ꝑ deſideriū ꝛ auidita-
tem. Fuit bene politus ꝑ tormētoꝝ acerbitatem.

Ypolitus poſtq̄ corpus beati laurētij ſe-
peliuit: venit in domū ſuam: ꝛ dans pacē
ſuis ſeruis ꝛ ancill. oēs de ſacramēto al-
taris qꝺ iuſtin⁹ p̄ſbiter obtulerat cōmunicauerūt
Et appoſita menſa priuſq̄ cibū ſumeret: venien-
tes milites eum rapuerūt: ꝛ ad ceſarē duxerunt.
Quē videns decius ceſar ſubridēs dixit ei. Nun-
quid ꝛ tu magus effectus es q̄ corpus laurentij
abſtuliſti. Cui ypolitus. Hoc feci nō quaſi mag⁹.
ſed quaſi xp̄ian⁹. Tunc decius furore replet⁹ pre-
cepit vt habitu quo vt xp̄ian⁹ vtebatur expolia-
ret. ꝛ os ei⁹ lapidib⁹ tunderet. Cui ypolit⁹. Non
me expoliaſti ſed magis veſtiſti. Cui deci⁹. Quō
inſipiēs effect⁹ es vt nuditatē tuā non erubeſcas.
Nunc ergo ſacrifica ꝛ viues ne cū laurētio pere-
as. Cui ypolit⁹. Exemplū merear fieri beati lau-
rentij quē tu ore polluto auſus es noīare. Tunc
decius fecit eū fuſtib⁹ cedi. ꝛ pectinib⁹ ferreis la-
niari. Jlle aūt ſe xp̄ianū eſſe voce clara cōfitebat.
Et cum tormenta hmōi derideret. veſte militari
qua antea vtebat eūꝫ veſtiri fecit. hortās vt ami-
citiam ꝛ militiā priſtinā retineret. Cui ypolitus
cū diceret ſe xp̄o militari: deci⁹ ira repletus vale-
riano p̄fecto eū tradidit: vt oēs facultates ei⁹ ac-
ciperet: ꝛ diris tormētis eū interficeret. Jnuēto
quoqꝫ q̄ ei⁹ familia xp̄iana eſſet: adducti ſūt oēs
ante ꝯſpectū ei⁹: Qui cū ad ſacrificia cogerentur:
concordia nutrix ypoliti pro omnibus r̄ndit. Nos
cum dn̄o noſtro volumus mori potius pudice q̄
impudice viuere. Cui valerius: Genus ſeruorum
nō niſi cū ſupplicijs emēdatur. Tūc p̄ñte ypolito
ꝛ gaudente. iuſſit eam tamdiu plūbatis cedi quo
uſqꝫ emiſit ſpm̄. Dixitqꝫ ypolitus. Grās tibi ago
dn̄e q: nutricē meā ante ꝯſpectū ſanctoꝝ tuoꝝ p̄-
miſiſti. Deinde extra portā tiburtinā valerianus
ypolitū cū familia ſua duci fecit. Jpolit⁹ aūt oēs
confortās dixit. Fratres nolite metuere q: ego ꝛ
vos vnū deū habem⁹. Juſſitqꝫ valerian⁹ vt in cō-
ſpectu ypoliti omnib⁹ capita amputarent. ypoli-
ti vero pedes ad colla indomitoꝝ equoꝝ fecit li-
gari. ꝛ ꝑ carduos ꝛ tribulos trahi tamdiu donec
ſpm̄ exalaret. Circa annos dn̄i. cclvi. Eoꝝ corpa
iuſtinus p̄ſbiter rapuit: ꝛ iuxta corpus ſancti lau-
rentij ſepeliuit. Corp⁹ vero ſancte ꝯcordie inueni-
re n̄ potuit q: fuerat in cloacā ꝓiectū. Miles aūt
quidā noīe porphiri⁹ credēs beatā cōcordiā aurū
aut gēmas in veſtimētis hr̄e ad quēdā cloacariū
noīe yreneū q̄ erat occulte xp̄ian⁹ acceſſit ꝛ dixit.
Secretū cuſtodi: ꝛ extrahe ꝯcordiā q: ſpero q̄ au-
rum aut gemmas in veſtibus ſuis habet. Cui ille

# De ſancto Ipolito

Oſtende michi locū ⁊ ſecretū habeo ⁊ ꝗcq̄d inue⸗
nero nunciabo. Cum ergo corpus extractū fuiſſet
et nichil inueniſſent. miles ille protinus fugit. Et
yreneus vocato quodā chriſtiano nomine habun⸗
ſed beſtialē menteꝫ nil erat qd̄ ꝯpeſceret. nil qd̄ a
malo retraheret. Quid de cetero faciunt. Jnſanūt
ꝯtra illud ſacrū corpus. Reſpuunt egroti meden⸗
tem. orbati manuducentē. ceci ductorem. naufragi

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

gubernatorē mortui viuificatorē. Et hoc quomō:
Proijciunt nāqꝫ in pelagus corpus ſanctum. ¶ Mota eſt igitur cū impetu de regiōibus armenie ar-
cha cū quatuor aliorū martirū archis. q̄ ſimiliter
dū ſigna oparent cū ea fuerant in mare ꝓiecte. et
per tm̄ ſpaciū maris quatuor his precedētibus et
tanq̄ miniſtris obſequiū quodāmodo aplo facienti-
bus. venerunt in ptes ſicilie in inſulā q̄ lapiris nū-
cupat. ſicut epō hoſtienſi q̄ tunc preſens erat reue-
latū fuit. Uenit ad paupculā theſaurus ditiſſimus
Uenit ad ignobilem p̄cioſiſſima margarita. Ueit
ad meſtaꝫ ſplēdidiſſimū luminare. Alijs igit qua-
tuor ad diuerſas terras eūtibus. ſanctum aplm in
dicta inſula reliquerunt. Etem̄ p̄dictos. iiij. marti-
res apls relinquēs retrorſuꝫ vnū ſcꝫ papinū in ci-
uitate ſicilie milas aliū vō lucianū noīe meſſinam
tranſmiſit. reliquos vō duos in calabritiē terram
direxit. gregoriū quidē in ciuitatē calūnā. achacius
aūt in ciuitatē q̄ chale vocat. qui vſqꝫ hodie ſuffra-
gijs ſuis ſplendent. Suſceptus eſt igit cuꝫ multis
hymnis laudibus et cādelis et tēplū ſibi magnifi-
ce fabricat. Mons autē vulcanus inſule ꝯtiguus
cū habitatoribus eſſet nociuus. eo q̄ ignē emitte-
bat. quaſi p ſtadia. vij. ſe inuiſibiliter elōgauit cir-
ca mare ſuſpēſus. ita vt vſqꝫ hodie appareat vidē-
tibus quaſi figuratio fugiētis ignis. Nūc igit aue
o beate beatoꝝ et beate bartholomee. q es diui-
ne lucis ſplendor. ſancte eccl'ie piſcator rationabi-
liū piſciū periture capture. dulcis fructus viuide
palmitis. vulnerator dyaboli mūdū ſuo latrocinio
vulnerātis. Gaudeas ſol orbis terre cūcta illumi-
nans. os dei lingua ignita ſapientiā ꝓnens. fons
iugiter ſanitates emanans. qui mare meabilibus
greſſibus ſenctificaſti. q terrā purpureā tuo cruo-
re feciſti. qui ad celos cōmeaſti. vbi in medio diui-
ne faciei refulges. in ſplēdore immarceſſibilis glo-
rie ſplendes. in exultatione iocūditatis inſatiabi-
lis gaudes. Hec theodorus.

## ¶ De ſancto auguſtino cxix. A

Auguſtinus hoc nomen ſortitus eſt vel pro-
pter excellentiā dignitatis. vl ꝓpter feruo-
rē dilectionis. vel ꝓpter ethimologiā noīs
Propter excellentiā dignitatis. qm̄ ſicut impera-
tor auguſtus p̄cellebat omnes reges. ſic et iſte ex-
cellit oēs doctores. ſcd̄m qd̄ dicit remigius. Unde
alij doctores ꝯpant ſtellis Dan. xij. Qui ad iuſtitiā
erudiunt multos quaſi ſtelle ꝛc. Hic autē cōparat
ſoli. ſicut patet in epl'a q̄ de eo cantat. Quaſi ſol re-
fulgens. ſic ipſe refulſit in tēplo dei. Scd̄o ꝓpter
feruorē dilectiōis. qm̄ ſicut mēſis auguſtus valde
feruet eſtu caloris. ſic et ipſe valde incaluit igne di-
uini amoris. Unde ipē i libro ꝯfeſſionū de ſe ſic di-
cit. Sagittaueras tu cor meū caritate tua ꝛc. Itē
ibidē. Aliqn̄ intromittis me in affectū multū inuſi-
tatū introrſus neſcio ad quā dulcedineꝫ q̄ ſi pficiat
in me neſcio qd erit ſi vita eterna non erit. Tercio
ꝓpter ethimologiaꝫ nomīs. Dicit em̄ auguſtinus
ab augeo et aſtim qd̄ eſt ciuitas. et ana qd̄ eſt ſur-
ſum. Inde auguſtinus quaſi augens ſupnam ciui-
tateꝫ. Unde de eo cantat. Qui preualuit amplifica-
re ciuitatē ꝛc. De qua ciuitate ipē dicit in libro. xi.
de ciuitate dei. Ineſt ciuitati dei et origo et infor-
matio et beatitudo. Qm̄ ſi querat vnde ſit. deꝰ eā
ꝯdidit. Si vnde ſapiens a deo illuminat. Si vnde
felix. deo fruit. Subſiſtens modificat cōtemplans
illuſtrat. inherens iocūdat. Uidet ꝛ amat. In eter-
nitate dei viget. In veritate dei lucet. In bonita-
te dei gaudet. Uel vt dicit in gloſario auguſtinus
dicit magnificus. felix preclarus. Fuit em̄ magnifi-
cus in vita. p̄clarus in doctrina. felix in glia. Eius
vitā cōpilauit poſſidonius calamēſis epſ vt dicit
caſſiodorus in li. de viris illuſtribus.



Auguſtinus doctor egregius in ꝓuintia af-
fricana ciuitate carthaginenſi ortus ex ho-
neſtis valde parentibus ſcꝫ patre patritio
mater monica genitus i liberalibꝰ artibus ſufficiē-
ter edoctus fuit. adeo vt ſummꝰ phūs ꝛ rhetor lu-
culētiſſimus haberet. Nā libros ariſtotelis. et oēs
libros liberaliū artiū quoſcunqꝫ legere potuit p ſe
didicit et intellexit. ſicut ipē in li. ꝯfe. teſtat dicēs.

# De ſancto augustino

Omnes libꝛos artiū quas liberales vocant tūc ne
quiſſimus malarū cupiditarū ſeruus ꝑ meipſz legi
et intellexi quouſqz legere potui. Item in eodem
Quidqͩ eſt de arte loquēdi et diſſerendi. quidqͩ
de dimēſionibus figurarū. et de muſicis. et de nu-
meris. ſine magna difficultate nullo hoim traden
te intellexi. Scis tu dñe deus meus qꝛ celeritas in
telligendi. et diſcendi acumen donū tuū eſt. Sz nō
inde ſacrificabā tibi. Uerū qꝛ ſcientia ſine caritate
nō edificat ſed inflat in errorē manicheorū q̄ xp̄m
fantaſticū fuiſſe affirmant. et carnis reſurrectiōem
negant, incidit. et in eo ꝑ annos. ix. dū adhuc ado
leſcens eſſet ꝑmanſit. Ad has etiā nugas adductꝰ
eſt vt arborē fici ploꝛare diceret. cū ab ea foliū vel
ficus tolleret. Cū igit̄ eſſet annoꝝ. xix. et quendā
libꝛū cuiuſdē philoſophi ſcz ciceronis in quo vani
tas mundi cōtemnenda et philoſophia appetēda
docebat̄ ꝑlegeret. ex hoc quidā liber plurimū pla-
cuit. Sʒ qꝛ nomē iheſu xp̄i qͦ a matre imbiberat ibi
non erat dolere cepit. Mater vͦ eius ꝓ eo pluri-
mū flebat. et ip̄m ad vnitatē fidei reducere ſatage
bat. Quadā igit̄ vice vt legit̄ in libꝛo tercio ꝯfeſſio
nū vidit ſe ſtare in quadā linea lignea licet triſtem
et quidā ei iuuenis aſtitit et cauſaʒ tāte triſtitie re-
q̄ſiuit. Que cū diceret perditionē filij mei deploꝛo
Ille reſpōdit. Eſto ſecura qꝛ vbi tu ibi ille. Et ecce
cōtinuo filium ſuū iuxta ſe ſtare vidit. Hoc cum au
guſtino retuliſſet ille ait. Falleris mater falleris
nec ſic tibi dictū eſt. Sed vbi ego ibi tu. Econtra il
la dicebat. Nō fili michi dictū eſt vbi ille ibi tu. ſed
vbi tu ibi ille. Rogabat igit̄ ſedula mater quaſi im
poꝛtuna quendā ep̄m ſicut ī eodē libꝛo cōfeſſionū
auguſtinꝰ teſtat̄ vt ꝓ ſuo filio intercedere dignare-
tur. Qui tāta quodāmodo importunitate deuictꝰ
ꝓphetica voce reſpōdit. Uade ſecura qꝛ impoſſibi
le eſt vt filius tantarū lachꝛimarū ꝑeat. Cum aūt
apud carthaginē multis annis rhetoꝛicā docuiſſet
occulte matre neſciēte romā venit. et ibidē m̄ltos
diſcipulos cōgregauit. Cum eñ mater vſqz ad poꝛ
tuʒ eū ſecuta fuiſſet. vt aut eū retraheret. aut ſecū
iret. ip̄e eam decipiēs nocte latenter receſſit. Qͦ
illa mane cōſiderās aures dei clamoꝛibus īplebat
Quolibet aūt die mane et veſp̄e ad eccleſiā ibat et
ꝓ filio oꝛabat. His tēpoꝛibꝰ mediolanēſes a ſima
cho prefecto romanoꝝ petierūt ſibi doctoꝛē in rhe
toꝛica deſtinari. Preſulabat̄ tūc ibi vir dei ambꝛo
ſius. et ad preces mediolanenſiū illuc mittit̄ augu
ſtinus. Mater aūt eius quieſcere non valens cum
multa difficultate ad eū venit. et ip̄m iam nec vere
manicheū nec vere catholicum reperit. Cepit aūt
auguſtinus beato ambꝛoſio adherere et eius pre
dicatiōes frequēter audire. Erat aūt valde in pre-
dicatione ſuſpēſus. ne quid ꝯtra ip̄aʒ manicheoꝝ
hereſim vl' ꝓ ip̄a diceret. Quadā ei vice cōtra illū
erroꝛem ambꝛoſius diutius diſputauit. et ip̄ſum a
pertis ratiōibus et auctoꝛitatibus cōfutauit. ita vt
erroꝛ ille a coꝛde auguſtini penitꝰ pelleret̄. B
Quid aūt poſt hoc ſibi ꝯtigerit ip̄e in libꝛo ꝯfeſſio-
nū narrat dicens. Cū te pꝛimū cognoui reuerbe-
raſti infirmitatē aſpectus mei radians in me vehe
mēter. Et cōtremui amoꝛe et hoꝛroꝛe et inueni me
longe eſſe a te in regione diſſimilitudīs tanq̄ au-
direm vocē tuā de excelſo. Cibus ſum grandium
creſce et māducabis me. Nec tu me mutabis in te
ſicut cibū carnis tue ſed tu mutaberis in me. Cum
aūt ſicut ibidem refert via xp̄i ſibi placeret. ſed per
iſtā anguſtā adhuc ire pigeret immiſit dñs in men
tem eius vt ad ſimplicianū in quo lucebat lux diui
na ſcz gr̄a ꝑgeret vt ſibi actus ſuos ſecū ꝯferēti pro
ferret quis eſſet aptus modus viuendi ad ambulā
dum in via dei in qua alius ſic. alius ſic ibat. Diſpli
cebat aūt ei quicqͩ agebat in ſeculo pre dulcedīe
dei ⁊ decoꝛe domus eius quā dilexit. Simplicianꝰ
aūt cepit eū hoꝛtari. ip̄e quoqz cepit ſeip̄m hoꝛtari
et dicere. Quot pueri et puelle intra eccl'iam deo
ſeruiūt. et tu nō poteris qͦ iſti et iſte? An vͦ iſte ⁊
iſti in ſeip̄is poſſūt et nō in deo ſuo? Quid ī te ſtas
et nō ſtas ꝓijce te ī eū et excipiet te. et ſaluabit te
Inter hoꝝ colloq̄a memoꝛia victoꝛini ī mediū ve-
nit. Unde exhilaratꝰ ſimplicianus narrat qualiter
idē adhuc gētilis ob ſui ſapiētiā rome qͦ maximū
tūc erat ſtatuā in foꝛo meruiſſet. ⁊ qualiter ſe ſepiꝰ
xp̄ianū dicebat. Cui cum ſimplicianus diceret non
credo niſi te in eccleſia videro. ille iocādo dicebat.
Nunquid parietes faciūt hoīem xp̄ianum. Tandē
dū ad eccleſiā veniſſet. et ei tanq̄ verecundo occul
te liber vbi erat ſimbolum fidei ad legendum et
pꝛonūciandū vt tunc moꝛis erat datus fuiſſet. ille
in altū aſcendit. et alta voce pꝛonunciauit. mirāte
roma gaudēte eccl'ia. Omēs aūt ſubito ꝑſtrepue-
runt. victoꝛinus. victoꝛinus. cito ſonuerūt et cito ſi
luerunt. Tūc etiā ab affrica quidā amicus auguſti
ni noīe pōtianus ſupuenit. et vitā et miracula illiꝰ
magni anthonij qui nuꝑ in egipto ſub ꝯſtātino im
peratoꝛe defunctus fuerat recitauit. Hoꝝ exēplis
aug̃. vehemēter exarſit. ita q̄ ſociū ſuum alippiuʒ
tam vultu q̄ mente turbatus inuaſit. et foꝛtiter ex
clamauit. Quid patimur qͩ audimus. Surgūt in-
docti et celum rapiūt. et nos cum doctrinis noſtris
in infernū demergimur. An qꝛ preceſſerunt pudet

ſequi. et nõ pudet nec ſaltẽ ſequi. Et accurẽs ĩ quẽ
dã ortũ ſub quadã ficu ſe ꝓiecit. vt in codẽ li. ꝯfeſ.
cõmemorat ⁊ amariſſime flens lamẽtabiles voces
dabat dicens. Quãdiu ꝙ diu cras et cras. ſine mo-
do ſine paululũ. Modo nõ habebat modũ. ⁊ ſine
paululũ prodibat in longinquũ. De hac ſui tardi
tate plurimũ cõquerebat̃ ſicut poſtmodũ in codẽ
li. ſcripſit. Heu michi ꝙ excelſus es in excelſis. et ꝙ
ꝓfundus in ꝓfundis. et nuſꝙ recedis et vix redi-
mus ad te. Age dñe et fac et excita et reuoca nos
Accede et rape et fragra et dulceſſe. Impedimen
tis omibus ſic timebã expediri quẽadmodũ impe
diri timendũ eſt. Sero te amaui pulcritudo tã an
tiqua et tã noua. ſero te amaui intus eras et ego
foris. et ibi te querebã. ⁊ in iſta formoſa q̃ feciſti de
formis irruebam. Mecũ eras et tecũ nõ eram. Uo
caſti et clamaſti. et rupiſti ſurditatẽ meã. Coruſca
ſti et ſplẽduiſti. et fugaſti cecitatẽ meã. Fragraſti ⁊
duxiſti ſpũm meũ et anhelo tibi. Guſtaui et eſurio
et ſitio te. Tetigiſti me et exarſi in pacẽ tuam. Cũ
aũt amariſſime fleret audiuit vocẽ dicẽtẽ ſibi. Tol
le lege. tolle lege. Aperuitqȝ ſtatim codicẽ apl'icũ
et ꝯiectis oculis ad primũ capitulũ legit. Induimĩ
dñm ihesum xp̃m. Et ſtatim oẽs ab eo dubietatis
tenebre diffugerunt. ¶ Interim aũt tam ve-
hementiſſimo dentiũ dolore torqueri cepit. vt fere
ſicut ipe ait ad credendũ opinionẽ cornelij philo
zophi duceret̃ q̃ ſummũ bonum anime in ſapiẽtia
ſummũ vo bonũ corpis in nullũ ſentiendo dolorẽ
poſuerat. Tam vehemẽs aũt ille dolor fuit ꝙ etiã
loquelã amiſit. Quo circa vt in li. ꝯfeſ. refert in ta-
bulis cereis ſcripſit. vt omẽs ꝓ eo orarent vt dolo
rem illum dñs mitigaret. ipe igit̃ cum alijs genua
flexit. et ſubito ſanũ ſe ſenſit. Inſinuauit ergo per
litteras ſancto viro ambroſio ſuum votũ vt mone
ret quid ſibi de libris ſanctis legendum eſſet quo
aptior fieret fidei xp̃iane. At ipe iuſſit yſayã ꝓphe
tam eo ꝙ euangelij et vocationis gentiũ prenũcia
tor aptior videat̃. Cuius principiũ cum auguſtin⁹
non intelligeret. totum aliud tale eſſe arbitrãs di-
ſtulit vt illud ꝑlegeret cũ in ſcripturis ſanctis ma-
gis exercitatus eſſet. ¶ Adueniẽte vero paſchali
tempore auguſtinus cũ eſſet annorũ. xxx. cum filio
ſuo adeodato puero valde ingenioſo. quẽ auguſti
nus in ſua adoleſcẽtia dũ adhuc gẽtilis et philozo
phus eſſet genuerat. necnõ et cũ alippio amico ſuo
meritis matris et p̃dicatiõe ambroſij ſacrũ baptiſ
ma ſuſcepit. Tũc ſicut fert̃ ambroſi⁹. te deũ lauda-
mus inq̃t. ⁊ auguſtinus. te dñm ꝯfitemur. reſpõdit
et ſic tunc ipi duo hũc hymnũ alternatim cõpoſue-
runt. et vſqȝ in finem decantauerũt. Sicut etiam
teſtat̃ honorius in libro ſuo q̃ dicit̃ ſpeculũ eccleſie
In aliquibus aũt libris antiquis titulus talis pre
ponit̃. Cãticũ ab ambroſio et auguſtino cõpilatũ.
Protinus aũt in fide catholica mirabiliter confir-
mat̃ ſpem oẽm quã habebat in ſeculo dereliquit.
et ſcolis quas regebat abrenunciauit. Quãta aũt
dulcedine diuini amoris extũc frueret̃. ipe in hoc
libro cõfeſ. apperit dicens. Sagittaueras tu cor
meũ caritate tua. ⁊ geſtabã verba tua transfixa in
viſceribus meis. ⁊ exempla ſeruorũ tuorũ quos de
nigris lucidos et de mortuis viuos feceras conge
ſta in ſinũ cogitationis mee vrebãt et cõſumebãt
grauẽ torporẽ et aſcendenti a cõualle ploratiõis
et cantãti canticũ graduũ dederas ſagittas acu-
tas et carbones vaſtatores. nec ſatiabar ĩ illis die-
bus dulcedĩe mirabili ꝯſiderare altitudinẽ diuini
cõſilij ſup ſalutẽ generis humani. Quantũ fleui ĩ
himnis et cãticis tuis. ſuaue ſonãtis eccl'ie vocib⁹
cõmotus acriter voces ille influebãt aurib⁹ meis
et eliquebatur veritas tua in cor meum. et curre-
bant lachrime. et bene michi erat cũ eis. Tunc eñi
in eccl'ia mediolanẽſi hec cãtica inſtituta ſunt. Et
clamabãt clamore alto cordis mei. O in pace. O in
idipm. O qui dixit dormiã et requieſcam ⁊ ſomnũ
capiã. Tu es eñi in idipm qui nõ mutaris. et in te
requies obliuiſcẽs laborũ omniũ. Legebam totũ
pſalmũ illũ et ardebã qui fuerã latrator amarus
et cecus aduerſus litteras de melle celi melleas ⁊
de lumine tuo luminoſas. et ſup ſcripturas huiuſ-
modi tabeſcebã. Xp̃e ihesu adiutor me⁹ ꝙ ſuaue
michi ſubito eſt factũ carere ſuauitatibus nugarũ
mearũ. et quas amittere met⁹ fuerat. iã dimittere
gaudiũ erat. Eijciebas eĩ eas a me vera tu et ſum
ma ſuauitas. Eijciebas et intrabas ꝓ eis omĩ vo
luptate dulcior. ſed nõ carni et ſanguini omĩ luce
clarior ſed omni ſecreto interior. omni honore ſub
limior ſed nõ ſub liminibus in ſe. ¶ Poſt hoc
aſſumptis nebrodio et euodio et matre ad africã
remeabat. Sed cũ eſſent apud oſtia tiberina. pia
mater ei⁹ defuncta eſt. Poſt cuius mortẽ reuerſus
eſt auguſtinus ad agros ꝓprios. vbi cũ his q̃ ſibi
adherebãt. ieiunijs et orõnib⁹ deo vacabat libros
ſcribebat. et indoctos docebat. Fama aũt ei⁹ vbiqȝ
diffundebat̃. et in omibus libris ſuis et actibus ad
mirabilis habebat̃. Refugiebat aũt ad aliquã ciui
tatẽ accedere q̃ epo careret. ne ipm in p̃dicto offi-
cio impediri contingeret. Eodẽ tpe apud yponẽ
erat quidã vir magnarũ opũ. qui auguſtino miſit
ꝙ ſi ad eum accederet. et verbũ ex ore ſuo audiret

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

# De ſancto auguſtino

ſeculo renunciare poſſet. Qd̄ auguſtinus vbi com
pit illuc ꝯcitus iuit. Audiēs aūt valerius yponēſis
ep̄us famam eius ip̄m plurimū renitentem in ec-
cleſia ſua preſbiterū ordinauit. nonnullis quidē la
chrimas ſuas ſupbe interp̄tantibꝰ et tanꝙ̄ eū cōſo
lantibus et dicētibus. qꝛ et locus p̄ſbiterij licet ip̄e
maiori dignꝰ eſſet appropinquaret tñ epiſcopatui
Qui ſtatim monaſterū clericoꝝ īſtituit et cepit vi
uere ſcd̄m regulā a ſanctis apoſtolis ꝯſtitutā. De
cuius monaſterio fere decem ep̄i ſunt electi. Et qꝛ
p̄dictus ep̄s erat grecus et minus in latina lingua
et l̄ris doctus. auguſtino p̄tātem tribuit. vt cōtra
morem oriētalis eccleſie corā ſe in eccl̄ia p̄dicaret.
Unde cum multi ep̄o derogarent ille de hoc non
curabat. dummodo ꝑ eum fieret qd̄ per ſe fieri nō
valebat. Eo tp̄e fortunatū preſbiterū manicheum
et alioſꝙ̄ hereticos precipue rebaptiſatores donati
ſtas et manicheos cōuicit abſtulit et cōfutauit. Ce
pit aūt valerius formidare ne ſibi auguſtinus tol-
leret. et ab alia ciuitate in ep̄m peteret ¶ Nam ſibi
aliqñ ablatus fuiſſet niſi eū ad locum ſecretū tranſ
mittere curaſſet. ita vt inueniri minime potuiſſet.
Impetrauit igit̄ ab archiep̄o carthaginenſi vt ip̄e
cederet et auguſtinū yponenſi eccleſie in ep̄m pro-
moueret. Sed cū hoc auguſtinus oīmode recuſa-
ret ꝯpulſus tñ et coactus ſuccubuit. et ep̄atus cu-
ram ſuſcepit. Quod in ſe fieri nō debuiſſe vt ſuo vi
uente ep̄o ordinaret̄. poſtea et dixit et ſcripſit. pro
pter cōcilij vniuerſalis ꝓhibitionem quā poſtmo-
dum ordinatus didicit. Nec quod ſibi factū eſſe do
luit alijs fieri voluit. Unde etiā ſategit vt in cōci-
lijs ep̄orum cōſtitueret̄ vt omnia ſtatuta patrū or
dinandis deberent ab ordinatoribꝰ intimari. Ip̄e
aūt de ſe dixiſſe poſtmodū legit̄. In nulla re michi
dn̄m ſentio ſic iratū ſicut in hoc ꝙ cū non eſſe; dig-
nus poni ad remū poſuit me ad ampluſtre in api-
ce regiminis eccleſie. Ueſtimēta eius et calciamē-
ta et ornamēta alia. nec nitida nimiū. nec abiecta
plurimū ſ; ex moderato et cōpetēti habitu erant
Ip̄e eñ de ſe dixiſſe legit̄. Fateor de precioſa veſte
erubeſco. et ideo cū dat̄ michi vendo eam vt quia
veſtis non poteſt eſſe cōmunis p̄cium ſit cōmune.
Menſa frugali et parca ſemꝑ vſus eſt et inter ole
ra et legumina ꝑpter infirmos et hoſpites plerū-
ꝙ̄ carnes habebat. In ip̄a aūt mēſa magis lectio-
nem vl' diſputatioēm ꝙ̄ epulationē diligebat. ⁊ cō
tra peſtem detractionis in ea ſic ſcriptū habebat.
Quiſquis amat dictis abſentū rodere vitā. Hanc
mēſā indignā nouerit eſſe ſibi. Nā et aliqñ cū qui
dā ſibi familiariſſimi cep̄i ad detractioē linguā
laxaſſent. adeo dure eos redarguit. vt diceret ꝙ
niſi deſiſterēt aut verſus ip̄os deleret. aut a menſa
recederet. Quadā vice cū quoſdam ſuos familia-
res ad prandiū inuitaſſet. vnus illoꝝ curioſior ce-
teris coquinā ingreſſus eſt. Cunꝙ̄ oīa frigida re-
periſſet reuerſus ad auguſtinū interrogauit q̄d ci
boꝝ ip̄e p̄ſūſurus paterfamilias preparaſſet. Cui
auguſtinꝰ nequaꝙ̄ taliū epularꝝ curioſus reſpōdit
Et ego vobiſcū neſcio. ¶ E Tria a beato ābro
ſio ſe didiciſſe ait Primū eſt ꝙ vxorē cuiuſꝙ̄ nunꝙ̄
peteret. Scd̄m ꝙ militare volentē ad hoc non cō-
mēdaret. Terciū ꝙ ad cōuiuia inuitatus non iret.
Cauſa primi eſt ne illi inter ſe ꝯueniāt ⁊ ſibi ma
ledicāt. Cauſa ſcd̄i eſt ne militātes calūniam exer-
ceant et in eū alij culpam refundant. Cauſa tertij
eſt ne forte tēperantie modū perdat ¶ Tante aūt
puritatis et humilitatis fuit. vt ip̄a etiam minima
peccata q̄ apud nonnulla vel minima reputant̄ in
libro ꝯfeſ. cōfiteat̄ et de his corā deo humiliter ſe
excuſet. Nā ibidem accuſat ſe de eo ꝙ cum puer eēt
ludebat ad pilam dum ad ſcolas ire deberet. Ite;
de eo ꝙ nolebat legere vel addiſcere niſi a paren-
tibus vel magiſtro vrgeretur. Item de eo ꝙ fabu-
las poetaꝝ ſicut fabula; ſenex cū adhuc eſſet puer
libenter legebat. et didonē mortuā ꝑpter amore;
plorabat. Item de hoc ꝙ de cellario parentum vl'
menſa aliquid furabat̄. vt pueris ludētibus daret
Item de eo ꝙ in ludo puerorū fraudulētas victo-
rias exercebat. Item de eo ꝙ pirum de quadā ar-
bori vicina vinee ſue cum adhuc eſſet annoꝝ ſede
cim furatus fuit. In eodē quoꝙ̄ libro accuſat ſe de
ip̄a modica delectatiōe quā aliqñ in comedēdo ſen
tiebat dicēs. Sic me docuiſti vt queadmodū me-
dicamenta ſic alimēta ſumpturus accedā. S; dū
ad quiete; ſatietatis ex indigentie moleſtia tran-
ſeo. in ip̄o trāſitu inſidiat̄ michi laqueus cōcupiſcē
tie. ip̄e eñ trāſitꝰ voluptas eſt. et nō eſt alius quo
trāſeat̄. quo trāſire cogit neceſſitas. Et cū ſalus ſit
cauſa edendi et bibendi. ad iungit ſe tanꝙ̄ pediſ-
ſequa periculoſa iocunditas ⁊ plerūꝙ̄ precire cona
tur vt eius cauſa fiat qd̄ cauſa me facere vel dico.
vel volo. Ebrietas longe eſt a me miſereberis ne
appropinquat michi. Crapula aūt nōnunꝙ̄ ſubre
pit ſeruo tuo miſereberis vt longe fiat a me. Et qs
eſt dn̄e qui nō aliqñ rapiat̄ aliquantulū extra me-
tas neceſſitatis. Quiſqs ille eſt. magnꝰ ꝑfecto eſt
Magnificet nomē tuū. Ego nō ſum qui homo pec
cator ſū. Habebat etiā ſe ſuſpectū de olfactu dicēs
De illecebra odoꝝ nō ſatego nimis cu; abſunt nō
requiro cū aſſunt nō reſpuo. Paratꝰ etiā eis ſemꝑ

carere ita michi videor et forſitan fallor. Nemo ei
ſecurus eſſe debet in iſta vita q̄ tota tēptatio noia⸗
tur. Unde qui fieri potuit ex deteriori melior. non
fiat ex meliori deterior. Iterū de auditu ↄfitet̄ di⸗
cens. Uoluptates auriū tenaciꝰ me implicauerāt
et ſubiugauerant. ſed reſoluiſti et liberaſti me. Cū
michi accidit vt me amplius cātus ꝙ res que canit̄
moueat penaliter me peccare ↄfiteor et tunc mal⸗
lez nō audire cātantē. Accuſat etiā ſe de viſu ſicut
de eo ꝙ aliqñ nimis libenter vidit canez currentē
et de eo ꝙ ꝑ agrum caſu tranſiens venatōem libē
ter ꝓſpexit. ⁊ de eo ꝙ domi exiſtens araneas mu⸗
ſcas ſuis retibus capientes nimis attente ↄſpexit
Ideo autē de his corā dn̄o confitet̄. vt ibidē dicit
quia aliqñ hec a bonis meditationibꝰ auertunt et
orōnes īterrūpunt. Accuſat etiā ſe d̄ appetitu lau
dis et motu inanis gl'ie dicēs. Qui laudari ab hoī
bus vult vituꝑante. nō defendet̄ ab hoībus iudi⸗
cante te. nec eripiet̄ damnante te. Laudat̄ homo
ꝓpter aliqđ donū qđ dediſti ei. et tn̄ plus gaudet
ſe laudari ꝙ donū. Temptamur his temptationi⸗
bus quotidie ſine ceſſatiōe quotidiana fornax nr̄a
eſt humana lingua. Uerūtamen nollem vt vel au
geret mihi gaudiū cuiuſlibet boni mei ſuffragatio
oris alieni. Sed auget fateor nō ſolū ſ3 vitupera⸗
tio minuit. Contriſtor aūt aliqñ laudibus meis. cū
ea laudant̄ in me in quibꝰ michi ipe diſpliceo vel
etiam bona minora vel leuia pluris exiſtimant̄ ꝙ
exiſtimanda ſunt. ¶ Hereticos vir iſte ſanctꝰ
validiſſime cōfutabat. ita vt ipi inter ſe publice p̄
dicarēt peccatū nō eſſe interficere aug̃. quē tanꝙ
lupū occidendū dicebant. et occiſoribus omia ſua
peccata a deo dimittēda aſſerebāt. multas ab eis
inſidias ꝑtulit. ita vt ſibi aliquo pergēti in via in⸗
ſidias ponerent. ſed dei ꝓuidentia itineris errore
ſeducunt̄ vt inuenire eū no poſſes ¶ Cū pauperū
ſemper memor erat. eiſqȝ ex his habere poterat li⸗
beraliter exhibebat. Nā et de vaſis dn̄icis ꝓpter
pauperes et captiuos aliqñ iubebat frangi et con
flari. et indigētibus diſpenſari. Domū vel agrum
ſiue villam nunꝙ emere voluit. Multas etiā here
ditates ſibi dimiſſas reſpuit eo ꝙ mortuorū filijs
vl' ꝓpinqͦs potius ipa deberi dicebat. In his quo
qȝ q̄ in eccl'ia poſſidebat intentus amore vel īplica
tus nō erat. ſ3 die ac nocte de ſcripturis et rebꝰ di
uinis cogitabat. Fabricaꝝ quoqȝ nouaꝝ nunꝙ ſtu
diū habuit. deuitās ī eis īplicationē ſui animi quē
ſemꝑ liberū habere volebat ab omni moleſtia cor
porali. vt libere vacare poſſet ↄtinue meditationi
et aſſidue lectioni. Non tn̄ illa edificare volentes
prohibebat niſi forte immoderate fieri conſpexit.
Laudabat quoqȝ plurimū illos quibus moriendi
deſideriū inerat. et ſuꝑ hoc triū ep̄oꝝ exēpla ſepiꝰ
recitabat. Ambroſius ei cū in extremis eſſet. et ro
garet̄ vt ꝓlongationem vite ſibi p̄cibus obtineret
reſpondit. Non ſic vixi vt me pudeat inter vos vi⸗
uere nec mori timeo. qm̄ bonū habemꝰ dn̄m. Qđ
reſponſum aug̃. mirabiliter extollebat. Addebat
quoqȝ de alio ep̄o cui dū diceret̄ eū eccl'ie multū ne
ceſſariū fore et ꝙ ideo adhuc eū dn̄s liberaret. ait.
Si nunꝙ bn̄. ſi aliquādo. quare nō modo. De alio
quoqȝ ep̄o aiebat cyprianū referre ꝙ cū infirmita⸗
te graui laboraret adhuc ſibi ſanitatē reſtitui exo⸗
rabat. Cui iuuenis ſpecioſus apparēs cū indigna⸗
tiōe infremuit et ait. Pati timetis exire nō vultis
qđ faciā vobis? Feminarū nullā nunꝙ nec etiā ger
manā. ſororē. aut fratris ſui filias q̄ deo ꝑiter ſerui
ebant ſecū habitare ꝑmiſit. Dicebat em̄ ꝙ et ſi de
ſorore vel nepotibꝰ nulla mali poſſ3 oriri ſuſpitio
tn̄ qȝ tales ꝑſone ſine alijs ſibi neceſſarijs eſſe non
poſſent. et ad eas etiā alie aduentarēt. ex illis poſ
ſent infirmiores aut humanis tēptatiōibus cōmo
ueri. aut certe malis hoīm ſuſpitiōibus infamari.
Nunꝙ cū muliere ſolus loqui volebat niſi ſecretū
aliqđ īterēſſ3. Cōſanguineis ſic bn̄ fecit nō vt diui
tias hērent ſ3 vt aut n̄ aut minꝰ egerēt. Raro ꝓ ali
quo aut lr̄is aut v̄bis īterccedere volebat. recolēs
quē philoſophū ↄtēplatiōe fame amicis nō mlt̄a
p̄ſtitiſſe. Et ſepe dicebat plerūqȝ poteſtas q̄ petit̄
premit. Cum aūt id faciebat ſic ſtilum tēperabat.
vt onerosus nō eſſet. ſed mereret̄ vrbanitate dicta
mnis exaudiri ¶ Uolebat potius inter igno
tos ꝙ inter amicos cauſas audire dicens. qȝ inter
illos poterat libere iniquū cognoſcere. et vnū ex
his amicū eſſe facturus pro quo ſ3 iuſtitia mediā⸗
te ſentētiaꝫ daret. Ex amicis v̄o eſſet vnū perditu⸗
rus. ſ3 cōtra quē proferret ſentētiā. A multis ec⸗
cleſijs inuitabat̄. et ibi verbū dn̄i p̄dicabat. et mul
tos ab errore ↄuertebat Aliqñ a ꝓpoſito digreſſio
nē facere cōſueuerat in p̄dicatione. et tunc dicebat
deum hoc ꝓfectuꝫ ſalutis alicuius ordinaſſe. ſicut
in quodā manicheoꝝ negociatore patuit. q̄ in pre⸗
dicatione quadā auguſtini vbi ipe digreſſionē faci
ens cōtra hūc errorē p̄dicauerat cōuerſus fuit. Eo
tēpore dū gothi romā cepiſſent ydolatre et infide
les xp̄ianis plurimū inſultabant. Propter qđ au⸗
guſtinus librū de ciuitate dei cōpoſuit. ī quo iuſtos
in hac vita debere p̄remi. impios aūt florere oñdit
Ubi de duplici ciuitate. ſ3 hieruſalem et babilone
et earū regibus agit. quia rex hieruſalem xp̄s rex

babilonis dyabolus. Quas duas ciuitates vt ibi-
dem dicit duo amores ſibi fabricant. quia ciuitatē
dyaboli conſtruxit amor ſui creſcēs vſq ad cōtem
ptum dei. ciuitatem dei amor dei creſcens vſq ad
cōtemptū ſui. ¶ In diebus autem eius anno. ſcꝫ
dñi. cccc.xl. vuandali totam affrice ꝓuintiam occu-
pauerunt vaſtantes omnia. nec parcentes ſexui
ordini vel etati. Poſt hoc autē ad yponenſem ci-
uitatē peruenerunt. et ipſam manu valida obſede
runt. Sub hac tribulatione auguſtinus pre cete-
ris ſue ſenectutis amariſſimā et lugubrē duxit vi-
tam. Fuerūtq ſibi lachrime eius panes die ac no-
cte. cū alios videret occiſos. alios effugatos. eccle
ſias ſacerdotibus viduatas. ciuitates cum accolis
diſſipatas. Inter tot tñ mala cuiuſdā ſapientis ſen
tentia ſe cōſolabaꝛ dicentis. Non erit magnus ma
gnū putās ꝙ cadunt ligna vel lapides et moriunꝛ
mortales. Cōuocatis aūt fratribus dixit eis. Ecce
rogaui dñm vt aut nos ab his ꝑiculis eruat aut pa
tientiā tribuat aut me de hac vita ſuſcipiat. ne tot
calamitates videre ꝯpellar. Et ecce tercium quod
petiuit obtinuit. Et tercio obſidionis menſe febri-
bus laborans lecto decubuit. Intelligens aūt diſ-
ſolutionē ſui corporis imminere. vij. pſal. penitētia-
les ſibi ſcribi fecit. ipoſq in loco cōtra parietē po-
ſitos lecto decubans legebat. et vbertim ac iugi-
ter lachrimas fundebat Et vt deo vacaret liberiꝰ
et ei vsintētio a nullo impediri poſſet ante. x. dies
ſui exitus nullū ad ſe ingredi precepit. niſi cuꝫ me
dicus ingrederetur. vel cū ſibi refectio portaretur.
¶ Quidaꝫ aūt eger ad eū venit et vt ſibi manū
imponeret et ab infirmitate curaret ipm inſtanter
rogauit. Cui auguſtinꝰ rñdit. Quid eſt hoc fili qđ
loqueris? Putas ꝙ ſi tale quid facere poſſeꝫ michi
hoc ipm non cōferrem. Ille autē inſtabat aſſerens
ſibi in viſione preceptū eſſe vt ad eum accederet.
et ſanitatē reciperet. Uidēs autē fidē eius pro ipſo
orauit. et ſanitateꝫ recepit. Energuminos multos
curauit. et plura alia miracula fecit. ¶ In libro
xxij. de ci. dei. duo miracula de ſe tanꝗ de quodaꝫ
alio refert dicens. yponenſem quandā virginē ſcio
q̄ cū ſe oleo punxiſſet. et ꝓ illa orās p̄ſbiter lachri-
mas ſuas iſtillauerat mox a demone fuiſſe ſanatā.
In eodē etiā libro ſic ait. Scio etiā epm ſemel ꝓ a
doleſcēte quē non vidit oraſſe. illumq illico demo
nio caruiſſe. Nullum aūt dubiū videtur quin de ſe lo
quatur. ſed humilitatis cauſa ſeipm noluit noīare.
In eodē quoq libro de ci. dei ſic ait. ꝙ cū quidā in
firmus incidi deberet. ⁊ de eius morte ob inciſionē
plurimū timeretur. et infirmꝰ multis lachrimis deū

exoraret. cum eo et ꝓ eo auguſtinus orauit. ⁊ ſine
inciſione aliqua integram ſanitatem recepit. De-
niq diſſolutione corporis appropinquāte hoc me
moriale docuit. nullū videlicet hominē ꝗtumcūq
excellentis meriti ſine confeſſione et eucariſtia de
bere trāſire. Ad extremā autē horā veniēs mēbris
omibus ſui corpis incolumis integro aſpectu atq
auditu anno etatis ſue. lxxvij. epatus vero ſui. xl.
corā poſitis fratribus et orantibus migrauit ad
dñm. Teſtamentū nullū fecit. qꝛ vñ faceret pauꝑ
xpi non habuit. Floruit circa annos dñi. cccc. ¶ I
Itaq auguſtinus ſapiētie lumē prefulgidū ꝓpu-
gnaculū veritatis. et fidei munimentū oēs eccľie
doctores tā ingenio ꝗ ſciētia vicit incōparabiliter
florēs tam exēplis virtutum ꝗ affluentia doctrina
rū. Unde et beatus remigiꝰ hieronimū et quoſdā
alios doctores cōmemorans ſic cōcludit. Hos oēs
doctores aug̃. ingenio et ſcientia ſua vicit. Nam
licet hieronimus. vi. milia volumina origenis ſe le
giſſe fateatur. iſte tñ tanta ſcripſit vt non ſoluꝫ diebꝰ
ac noctibus ſcribere libros eius quis non poſſit. ſꝫ
nec legere quidē occurrat. Uoluſianus aūt cui au-
guſtinus epľam ſcripſit. ſic de eo dicit. Legi dei de
eſt quicq̇d auguſtiꝰ cōtigerit ignorare. Hiero. quo
q in quadā epľa ſcribēs auguſtino ait. Duobus li
bellis tuis erudiſſimis. et omni eloquētie ſplēdo-
re fulgentibus reſpōdere non potui. certe q̇cquid
dici potuit et aſſumi ingenio. et de ſcripturarū hau
riri fontibus a te poſitū atq diſertū eſt. Sed que
ſo reuerētiā tuā parūper patiaris me tuū laudare
ingenio. Hiero. etiā in li. de. xij. doctoribus ſic de
eo ſcribit. Aug̃. eps volās ꝑ mōtiū cacumina qua-
ſi aquila. ⁊ ea q̄ ſunt in montiū radicibus nō ꝯſide
rans multa celorū ſpacia. terrarūq ſitꝰ. et aquaꝝ
circulū claro ſermone ꝓnunciat. Deniq in quāta
cū reuerētia et dilectiōe hieronimꝰ habuit. patꝫ in
epľis quas eidē miſit. In quarū vna ſic dicit. Dño
ſancto ac beatiſſimo pape auguſtino hiero. Ui q̇-
dē tpe beatitudinē tuā eo quo decet honore vene
ratus ſum. et habitantē in te dilexi dñm ſaluatorē
Sed nūc ſi fieri pōt cumulo aliq̇d addidimꝰ. ⁊ ple
na cōplemus vt abſq noīs tui mētiōe ne vnā ho-
rā quidē preterire patiamur. Ideꝫ in alia epľa ad
eundē. Abſit aūt vt quicꝗ de libris beatitudinis
tue attigere audeā. Sufficat enī mea ꝓbare et alie
na non rapere. Greg̃. quoq in epľa ad innocētiū af
frice prefectū de eius libris ſic ait. Qđ expoſitiōem
ſancti iob vobis trāſmitti voluiſtis vr̄o ſtudio con
gaudemus Sꝫ ſi delicioſo cupitis pabulo ſaginari
beati auguſtini cōpatriote vr̄i opuſcula legite. et

ad cõparationẽ illius ſimilaginis nr̃oꝝ furfurẽ non
quereris. Idẽ quoqꝫ ĩ regiſtro ſic ait. Legit̃ ꝙ bea
tus aug̃. nec cũ ſorore ſuo habitare ꝯſenſit dicens
Que cũ ſorore mea ſunt. ſorores mee nõ ſũt. Docti
ergo viri cautela magna nobis debet eẽ inſtructio
In p̄fatione quoqꝫ ambroſiana ſic legit̃. Magnifi
centiã tuã in mortificatiõe auguſtini adoram⁹ tua
in omĩbus opante virtute. vt nullis ꝓmiſſis blan
dimentoꝝ fallaciũ vir tuo ignitus ſpũ vinceret̃. qꝫ
eũ ita omni genere pietatis imbueras. vt ipe tibi
ara et ſacrificiũ et ſacerdos eſſet et tẽplũ. Beatus
igit̃ ꝓſper in tercio libro de vita cõtemplatiua ſic
de eo dicit. Sanctus aug̃. eps acer ingenio. ſua-
uis eloquo. ſecularis litterarũ peritus. ĩ eccl'iaſticis la
borib⁹ operoſus. in quotidianis diſputatiõibus cla-
rus. in oĩ ſua actione ꝯpoſitus. in q̃ſtionib⁹ ſoluen
dis acutus. in cõuincẽdis hereticis circũſpectus. in
expoſitiõe fidei nr̃e catholicus. in explanãdis ſcri
pturis canonicis cautus. Bẽ. quoqꝫ ſic de eo ſcribit
Auguſtinus hic eſt validiſſimus malleus heretico
rum. ¶ K Poſt hoc aũt cũ barbara gens terraꝫ
illam occupaſſet. et ſancta loca ꝓphanaret fideles
corpus auguſtini ceperũt et ipm in ſardiniã trãſtu
lerũt. Trãſactis aũt ab eius obitu ãnis. cclxxx. cir-
ca annos dñi. dccxviij. liprãdus deuotus lõgobar-
doꝝ rex audiẽs ſardiniã a ſarracenis depopulatã
ſolẽnes illuc nũcios miſit. vt doctoris ſacti reliqas
papiã deferrẽt. Qui magno p̄cio dato corpus ſcti
auguſtini tulerũt. et ipm vſqꝫ ianuã deportauerũt
Qđ deuotus rex audiẽs vſqꝫ ad predictã ciuitateꝫ
cũ magno gaudio eidẽ obuiauit et reuerẽter exce-
pit. Cũ aũt mane vellẽt corp⁹ deducere. nullomõ
de loco moueri potuit. donec rex votũ emiſit. ꝙ ſi
ſe inde duci ꝑmitteret ibidẽ in ſuo noĩe eccl'iam fa-
bricaret. Cũ aũt votũ feciſſet ſtatim ſine difficulta-
te inde deductũ eſt. Rex aũt qđ vouerat adimple-
uit et ibidẽ in honorẽ ſancti auguſtini eccl'iam cõ-
ſtruxit. ¶ Idẽ miraculũ die ſequenti in quadã villa
epatus terdoneñ. q̃ dicit̃ caſſelle ꝯtigit. ⁊ eodẽ mo
do ibidẽ in honore ſancti auguſtini eccl'iam fabri-
cauit. Inſuꝑ villã ipam cũ oĩbus ſuis appendicijs
ꝯceſſit ſeruiẽtibus eccl'ie ſcti auguſtini ꝑpetuo poſ
ſidendã. Quia vo rex viderat ſancto cõplacere vt
in ſuo noĩe eccl'ia fieret vbicunqꝫ mãſiſſet. ⁊ timẽs
ne in alio loco q̄ vbi deſideraret locũ ſibi eligeret
in omni loco vbi de nocte cum corꝑe hoſpitabat̃.
in honore ipius eccl'iam ꝯſtruebat. Sicqꝫ cum ma-
gno gaudio papiã deducit̃ ⁊ in eccl'ia ſancti petri q̃
celũ aureũ dicit̃ honorifice collocat̃. ¶ Molendina
rius quidã in beatũ auguſtinũ ſpãleꝫ deuotionem
habẽs cũ quandã infirmitatẽ q̃ dicit̃ ſiegina falſuꝫ
in tibia pateret̃ beatũ auguſtinũ deuote in ſui ad-
iutoriũ inuocabat: Cui ꝑ viſuꝫ ſcrũs auguſtin⁹ ap-
paruit et tibiã manu palpãs integre reſtituit ſani
tati. Qui excitatus ſe liberatũ inuenit. et ideo et btõ
auguſtino gr̃as reddidit. Quidã puer cũ vicio la-
pidis p̄meret̃ et de ꝯſilio medicoꝝ incidi deberet.
mater pueri mortis ſibi timẽs ꝑiculũ btm̃ auguſti
nũ deuote in ſui filij ſubſidiũ inuocauit. Statimqꝫ
fuſa orõne puer lapidẽ cũ vrina emiſit et plenã ſa
nitatẽ recepit. ¶ I In monaſterio qđ elemoſina
dicit̃ monach⁹ quidã in vigilia ſancti auguſtini ra
ptus in ſpiritu vidit nubẽ ſplendidã celit⁹ elapſaꝫ
et ſuꝑ nubẽ auguſtinũ ſedentẽ pontificalibus inſi-
gnitũ cuius oculi quaſi duo ſolis radij totam illam
eccl'iam illuminabant. et odor inde nimius exala-
bat. Scrũs quoqꝫ bernardus dũ quadã vice in ma
tutinis exiſtens aliquantulum obdormiſſet. et de
quodã tractatu auguſtini lectiões legerent̃ vidit
quendã pulcherrimũ iuuenẽ ibi ſtantem. de cuius
ore tãtus inundantium aquarũ impetus exibat ꝙ
totã illam eccl'iam videretur replere. Qui auguſti
num adeſſe non dubitauit qui fonte doctrine totaꝫ
eccleſiam irrigauit. ¶ Quidã ſanctum auguſtinuꝫ
valde diligẽs monacho cuſtodi corporis ſancti au
guſtini pecuniã magnam dedit. vt ſibi ſancti augu
ſtini digitũ vnum daret. Sed ille accepta pecunia
digitũ cuiuſdã mortui ſericis inuolutũ ſibi tribuit.
ſimulãs eſſe digitũ auguſtini. Quem ille reueren-
ter accipiens ſemꝑ deuotiſſime adorabat et ori o-
culiſqꝫ apponens crebro pectori aſtringebat. Cu-
ius fidẽ deus intuens digito illo proiecto vnum di
gitũ ſancti auguſtini. tam mirabiliter. q̄ miſericor
diter ſibi dedit. Qui cũ repatriaſſet et multa ibi mi
racula fierent. fama vſqꝫ papiã delata eſt. Sed cũ
predictus monachus aſſereret ꝙ cuiuſdaꝫ mortui
digitus ille eſſet. ſepulcrũ aperuerũt. ⁊ vnũ deeſſe
de eius digitis inuenerunt. Unde abbas re cogni
ta monachum ab officio depoſuit. et dire afflixit.
¶ Apud burgũdiã in monaſterio qđ dicit̃ fonta-
netũ erat quidã monachus hugo noĩe ſancto au-
guſtino valde deuot⁹. q̃ in ei⁹ ſcriptis miro deſide
rio paſcebatur quẽ etiam crebra ſupplicatione ro
gauerat. vt ipm ex hac luce migrare non ſineret.
niſi in die ſue ſacratiſſime ſolẽnitatis. Ipſe igitur
xv. die ante feſtum eiuſdeꝫ ſic cepit duris febribus
eſtuare. vt in vigilia ipius ſuꝑ humũ tanq̄ moriẽs
poneretur. Et ecce plures decori ac fulgentes viri
amicti albis eccleſiam dicti monaſterij ꝓceſſiona-
liter intrauerũt. quos ſequebat̃ quidã reuerẽdus

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

# De ſancto Auguſtino

pontificalibus inſignitus Quidam aũt monachus
in eccleſia cõſiſtens hoc vidẽs obſtupuit. et quinã
eſſent. vel quo pergerẽt inquiſiuit. Cui vnus eoꝝ
dixit ꝙ ſanctus auguſtin⁹ eſſet cũ ſuis canonicis.
qui ad deuotũ ſuũ morientẽ ꝑgeret. vt eius animã
ad regnũ glĩe deportaret. Poſt hoc illa reuerẽda
ꝓceſſio ad infirmariã ingredit̃. Ubi cũ aliq̃diu mã
ſiſſet. ſancta illa aĩa a carne ſoluta eſt quã dulcis
amicus et ab hoſtiũ inſidijs ſecurã reddidit. et ad
celi gaudia introduxit. Legit̃ quoqꝫ ꝙ dũ adhuc au
guſtin⁹ ĩ carne viueret. et quedã relegeret ante ſe
trãſire vidit demonẽ librũ humeris baiulãtẽ. Qui
ab eo ꝓtinus adurat̃. vt q̃ ibi ſcripta lateant ſibi
pãdat. Qui pctã hoĩm ibidẽ eſſe aſſerit ſcripta. q̃
vndecũqꝫ collegit et in eo repoſuit. Moxqꝫ ei p̃ce-
pit vt ſi aliqͦd ſuoꝝ peccatoꝝ. ibi ſcriptũ retineret
ſibi legendũ ↄtinuo manifeſtet. Oſtenſo aũt loco
nichil aug. ibi ſcriptũ reperit niſi ꝙ quadã vice cõ
pletoriũ ex obliuione dimiſit. Precipiẽſqꝫ dyabo-
lo vt ſuũ preſtolaret̃ aduentũ. eccleſiam eſt ingreſ-
ſus. et cõpletoriũ deuote dixit et ſolitas orõnes cõ
plete ꝑegit. Reuerſuſqꝫ dixit ei vt predictũ locum
ſibi oſtẽderet iterum relegendũ. Qui dum crebro
reuolueret. et tandẽ locum vacuũ reperiſſet irat⁹
dixit. Turpiter me decepiſti. penitet me ꝙ librum
meũ tibi oſtendi. qꝛ peccatũ tuũ orõnum tuarum
virtute deleſti. Et his dictis ↄfuſus euanuit ❡ M
Cum quedã mulier a quibuſdã malicioſis iniuriã
pateret̃. illa ad beatũ auguſtinũ acceſſit vt ſuꝑ hoc
eius ↄſiliũ ĩploraret. Que cũ ipſũ ſtudentẽ inueniſſꝫ
et eũ reuerẽter ſalutaſſꝫ ille nec ad eã reſpexit. nec
q̃cq̃ ſibi rñdit. Cogitãs illa ne forte ob nimiã ſan-
ctitatẽ in faciẽ mulieris nollet intendere. ꝓpius
acceſſit. et negociũ diligenter expoſuit. Sꝫ ille nec
ſe ad eã ↄuertit. nec reſpõſũ aliqͦd ſibi dedit. Ideo
qꝫ illa cũ triſticia magna receſſit. Altera aũt die cũ
auguſtinus miſſam celebraret. et dicta mulier in-
tereſſet. poſt eleuationẽ corꝑis rapta in ſpũ vidit
ſe poſitã ante tribunal ſanctiſſime trinitatis. Ubi
vidit auguſtinũ faciẽ ĩclinata de trinitatis glĩa at-
tẽtiſſie et ſublimiſſime diſputantẽ. Factaqꝫ eſt vox
ad eã dicens. Cũ ad auguſtinũ iuiſti ille ſic de trini
tatis glĩa attentiſſime diſputabat. ⁊ ideo ꝙ ibi fue
ris penitus nõ aduertit. Sed ad eũ ſecure redeas
quia et eũ clementẽ inuenies et cõſiliũ ſalubre re-
peries. Qͦd cũ feciſſet aug. benigne eã audiuit. et
cõſiliũ ſalubre donauit. Fertur quoqꝫ ꝙ dũ quidã
vir ſanctus ĩ ſpũ raptus ſanctos in glĩa cõſpexiſſet
et beatũ auguſtinũ minime vidiſſet. quẽdã de ſan
ctis vbi nã aug. eſſet ꝑcunctatus eſt. Qui reſpõdit
Aug⁹. reſidet in excelſis vbi diſputat de glĩa ex-
cellẽtiſſime trinitatis ❡ Cũ quidã papiẽſes a mar
chione malaſpine in carcere detinerent̃. ab eis oĩs
potus penitus eſt interdictus. vt poſſet ab eis ma-
gna pecunia extorqueri. Unde pleriqꝫ iam ſpũm
exalabant. quidã vero vrinã bibebãt. At quidã iu
uenis inter eos qui in beatũ auguſtinũ magnã de
uotionẽ habebat ipm in ſui adiutoriũ inuocauit.
tunc circa noctis mediũ ſanctus aug. predicto ado
loſcenti apparuit. et quaſi manũ ei⁹ dexterã appre
hẽdẽs vſqꝫ ad fiumẽ graueloni ipm deduxit. ibiqꝫ
cum folio vitis in aqua madefacto ſic eius linguã
refrigerauit. vt qui iam vrinã bibere cupierat de
potu nectaris nõ curaret. Prepoſitus cuiuſdã ec-
cleſie ĩ beatũ auguſtinũ magnã deuotionẽ habẽs
cũ ꝑ tres annos grauẽ infirmitatẽ incurriſſet. ita
vt de lecto ſurgere non valeret. aduenientẽ ſolẽni-
tate ſancti aug. cũ iã ĩ vigilia ad veſpas pulſaret̃
ad rogandũ ſanctũ aug. tota deuotione ſe cõtulit
Cui in albis aug. apparẽs eidem ter citato ꝓprio
noĩe dixit. Ecce aſſũ totiẽs a te inuocatus. Surge
cito et celebra michi officiũ veſpertinũ. Qui ſane
ſurgens cunctis ſtupentibus eccleſiam intrauit et
officiũ deuote peregit ❡ Cum cuidã paſtori ſeuũ
vlcus inter ſcapulas ortũ eſſet adeo morbus inua
luit vt iã totis eſſet viribus deſtitutus. Qui dũ ad
ſanctũ auguſtinũ preces emitteret. eidem aug. in
viſu apparuit. et ſuꝑ locum infirmũ manum appo
nẽs ꝑfecte eũ ſanauit. Idẽ quoqꝫ vir ꝓcedẽte tpe
oculoꝝ lumine eſt priuatus. Qui cũ ſanctũ auguſti
nũ ſedule inuocaret. quadã die circa meridiẽ eidẽ
apparuit. et oculos manibus ſuis tergẽs priſtinã
ſibi ſanitatẽ reſtituit ❡ M Circa annũ dñi. dcccc.xij.
viri quidam grauiter infirmi numero pluſq̃. xl. de
germania et gallia romã ibant ad limina aplõrũ
viſitanda. Quoꝝ quidã ſcãnis in terra curui ſe ve
hentes. alij cum baculis ſe ſuſtentãtes. alij priuati
oculis poſt alios ſe trahẽtes. alij cõtractas man⁹
et pedes habẽtes ꝑgebãt. Qui mõtes tranſeũtes
ad locũ qui dicit̃ carbonaria ꝑuenerũt. Cũ aũt pe
ne ad locũ qui cana dicit̃ adueniſſent. q̃ tribus mi-
libus a papia diſtat. ſanctus aug. pontificalib⁹ in
dutus de quadã eccleſia in honore ſanctoꝝ coſme
et damiani ↄſtructa exiẽs. eiſdẽ apparuit. eoſqꝫ ſa-
lutans quo tẽderẽt requiſiuit. Qui cũ ei quo tẽde
rent reſpõdiſſent. adiecit. Ite papiã et de cenobio
ſancti petri qͦd dicit̃ celũ aureũ interrogate. et ibi
miſericordiam habebitis quã optatis. Qui cũ eũ
de noĩe ſuo interrogaſſent ait. Ego ſum aug. quõ-
dã yppon. ciuitatis eps. Statiqꝫ ab oculis eoꝝ eua-

nuit. Illi aũt papiã ꝑgentes cũ ad dictũ monaſteriũ ꝑueniſſent et ibi corpus ſancti auguſtini requieſcere didiciſſent. ceperũt oẽs voces leuare ac vnanimiter cõclamare. Sãcte auguſtine adiuua nos. Ad quoꝝ clamores ciues ꝛ monachi excitati ad tã grande ſpectaculũ ꝯfluebãt. Et ecce ex neruoꝝ diſtenſione ſanguis multus cepit effluere. ita vt ab introitu cenobij vſqꝫ ad tumbã ſancti auguſtini tota terra ſanguine videret̃ reſpſa. Cũ aũt ad ſepulcrũ ſancti auguſtini veniſſent omẽs ſanitati ſunt integre reſtituti ac ſi nulla in eoꝝ corporibus leſio extitiſſet. Cepit ex tunc fama ſancti auguſtini crebreſcere. et multitudo languentiũ ad eius tumulũ aduentare. Qui oẽs ſanitatis bñficia reportãtes ſue ſalutis pignora relinquebãt. Factũqꝫ eſt vt tanta predictoꝝ pignoꝝ fuerit multitudo vt inde totum oratoriũ ſancti auguſtini et porticus plena eſſent ita vt eũdi et redeundi impedimẽtuꝫ nõ modicum generaret. Quapropter monachi neceſſitate compulſi ea inde remoueri fecerũt. ¶Notãdũ ꝙ cũ tria ſint que a mũdanis hominibus appetunt̃. ſcꝫ diuitie delicie. et honores. vir iſte ſanctus tante ꝑfectiõis extitit. ꝙ ipſe diuitias ꝯtempſit. honores reſpuit. voluptates abhorruit. Qđ eñ diuitias cõtemneret ipſe teſtat̃ in libro ſoliloquioꝝ. vbi ratio interrogat eũ dicẽs. Diuitias nullas cupis? Et reſpõdet aug. Hoc quidẽ nec nunc primũ. Nam cuꝫ .xxx. annos agam .xiiij. fere anni ſunt ex quo iſta cupere deſtiti. nec aliud in his preter neceſſariũ victum cogitaui. Prorſus vnus ciceronis liber michi facile perſuaſit. nullo mõ appetẽdas eſſe diuitias. Qđ aũt honores reſpuerit. in eodẽ libro teſtat̃. vbi ratio euꝫ interrogat dicẽs. Quid honores? Et reſpondit auguſtinus. Fateor eos modo ac pene his diebus cupere deſtiti. Voluptates quoqꝫ ꝛ delicias ꝯtẽpſit et quantũ ad cõcubitũ et quãtuꝫ ad guſtũ. Quantũ ad primũ interrogat eũ ratio dicens in eodẽ libro. Quid vxor? Nõne te delectat pulchra. pudica morigerata. diues. preſertim ſi certus ſis nichil ex ea te moleſtie eſſe paſſurũ. Et rñdet auguſtinꝰ. Quantũlibet velis eã depingere atqꝫ cumulare bonis oĩbus. nil michi tam fugiendũ eſſe ꝙ̃ cõcubitũ decreui. Cui ratio. Non ergo quero quid decreueris. ſꝫ vtrum ad hoc allicieris. Et reſpondet auguſtinus. Prorſus nichil ĩ huiuſmodi quero. nichil deſidero etiã cum onere horrore et aſpernatione talia recordor. Quantũ ad ſcđm interrogat eum ratio dicens. Quid de cibis? Et reſpõdet auguſtinꝰ. Siue de cibo et potu. ſiue de balneis ceteraqꝫ corporis voluptate nichil interroges. tantũ ab ea peto ꝙ̃tũ in valitudinis opem conferri poteſt.

## ¶De decollatione ſancti iohannis baptiſte





DEcollatio ſancti iohãnis baptiſte quatuor de cauſis inſtituta fuiſſe videt̃. ſicut in li. de mitrali officio inuenit̃. Primo ꝓpter eius decollationẽ. Scđo ꝓpter oſſiũ ipꝰ cõcremationẽ et collectionẽ. Tercio ꝓpter capitis ipſius inuẽtionẽ. Quarto ꝓpter digiti ipſius trãſlationẽ et eccl'ie dedicationẽ. Et ſcđm hoc feſtũ iſtud a quibuſdã diuerſimode noiat̃. ſcꝫ decollatio. collectio. inuẽtio. et dedicatio. Primo igit̃ celebrat̃ hoc feſtũ ꝓpter ipſius decollationẽ q̃ quidẽ hoc modo facta eſt. Nã vt habet̃ in hiſtoria ſcolaſtica herodes antipas filius magni herodis romã ꝓficiſcẽs. ꝛ per fratrem ſuũ philippũ tranſitũ faciẽs cuꝫ herodiade vxore philippi. et ſcđm ioſephũ ſorore herodis agrippe. ſecreto pepigit. ꝙ in reditu ſuo vxorẽ repudiaret. et ipſam in ꝯiugẽ duceret. Qđ vxorẽ ſuã ſcꝫ. filiã arethe regis damaſcenoꝝ minime latuit. et ideo nõ expectato viri reditu ad patrẽ ꝙ̃totius feſtinauit. Rediẽs aũt herodes herodiadẽ philippo abſtulit et arethã regẽ et herodẽ agrippã cuꝫ philippo in ſui inimiciciã cõcitauit. Iohãnes aũt cũ de hoc arguebat. qm̃ ſcđꝫ legẽ quã receꝑat fratris ſui vxorẽ ipſo viuente ſibi minime habere licebat. Vidẽs herodes ꝙ iohãnes taꝫ dire cũ ſup hoc redargueret et q: ob predicationẽ et baptiſmũ ſcđm ioſephum magnũ pplm congregaret. ipm in carcere vinculauit. vxori placere cupiẽs et ppl'i ſubſequẽtis iohãnẽ diſpendiũ ꝑtimeſcẽs. ipm aũt occidere voluit. ſꝫ pplm timuit. Deſiderãtes aũt herodias pariter et

# De decollatione ſancti iohannis

herodes occaſionē aliquā inueīre vt iohānē occi
dere poſſent. videnť inter ſe ſecreto ꝯdixiſſe vt he-
rodes natalis ſui diē corā p̄rimis galilee ſuiſq; pri
cipibus celebraret. et puelle ſaltāti filie herodiađ.
quicq̄d petierit ſe ſibi daturū iuramento firmaret.
et ip̄a caput iohānis petēte. illđ ſibi ꝓpter iuramē
tum factū eū tribuere oporteret. ſed de iuramēto
facto ſe ꝯtriſtari ſimularet. Qđ eñ hanc verſutiā
et ſimulationē habuerit videť innui in hiſtoria ſco.
vbi ſic diciť. Credibile eſt ꝙ herodes cum vxore de
nece iohānis ſub tali occaſiōe faciēda pri⁹ ſecreto
tractauerit. Jtē hiero. ī glo. Jdeo forte iurauit. vt
occaſionē inueniret occidēdi. Nā ſi illa patris aut
matris interitū poſtulaſſet. herodes nō vtiq; ꝯſen
ſiſſ;. Ordinato igiť conuiuio puella adeſt. corā oīb⁹
ſaltat. placet cūctis. Se ſibi quicq̄d petierit datu-
rū rex iurat. A matre p̄monita caput iohānis ex-
poſtulat. S; verſipellis herodes ꝓpter iuſiurādū
ſe ꝯtriſtatū ſimulauit eo ꝙ vt dicit raban⁹ temere
iuraſſet qđ eū facere oporteret. S; triſtitia; p̄fere
bat in facie cū letitiā haberet in mēte. Excuſat ſce-
lus iuramēto. vt ſub occaſione pietatis impius fie
ret. Jgiť ſpiculator mittiť. caput iohānis p̄cidiť. pu
elle dať. et a puella matri adultere p̄ſentať. Aug̃.
occaſiōe huius iurationis narrat in ſermone quo-
dā quē fecit ī decollatiōe iohis bap. tale exēplum.
A ¶ Fuit quidā homo innocēs et fidelis a quo au-
diui qđ narro. Cū eñ quedā ſibi negaſſet. qđ ei ac
cōmodauerat vľ qđ ſibi debebať. ꝯmot⁹ ille ꝓuo-
cauit eū ad iuſiurādu;. Jlle igiť iurauit. iſte p̄didit
Uidebat ergo in ip̄a nocte ſe ad iudiē raptū fuiſſe
et ab eo interrogatū fuiſſe his verbis. Quare pro
uocaſti hoīem ad iurationē quē ſciebas falſum eē
iuraturū. R̄ndit ille. Negauit michi rē meā. Et iu
dex. Melius erat vt rē tuā p̄deres q̃ꝫ vt aīam illi⁹
falſa iuratiōe p̄imeres. Proſtratus igiť tā graui-
ter cedi iuſſus eſt vt ī dorſo euigilātis plagarū ve
ſtigia apparerēt. Sed indultū eſt ei poſtq̃ꝫ emēda
tus eſt. Hec aug̃. Jn hac aūt die iohānes decolla
tus nō eſt. ſ; circa dies azimoꝝ āno p̄cedēte paſſio
nē xp̄i. Oportuit ergo vt ꝓpter dñica ſacramenta
minor cederet maiori. Hic exclamat Jo. criſo. Jo-
hānes ſcola virtutū. magiſteriū vite. ſāctitatis for
ma. norma iuſtitie. v̇ginitatis ſpeculū. pudicicie ti
tulus. exēplu; caſtitatis. pn̄ie via. peccatoꝝ venia
fidei diſciplina. Johānes maior hoīe. par āgelis le
gis ſūma. euāgelij ſctōꝝ. aplꝰoꝝ vox. ſilētiū ꝓphera
rū. lucerna mūdi. p̄curſor iudicis. totius. medius
trinitatis. Et hic tātus dať inceſtuoſe. tradiť adul
tere. addiciť ſaltatrici. Herodes aūt impunit⁹ nō
abijt ſ; exilio dānatus fuit. Na; ſicut habeť in hiſt.

ſco. alter herodes ſc; agrippa cū eſſet vir ſtrēnuus
ſed paup. p̄re nimia paup̄tate deſperās quandam
turrim intrauit. vt ibidē ſe fame afficiēs moreret.
Qđ cū herodias ſoror ſua audiſſet viro ſuo. ſc; he-
rodi antipe tetrarche ſupplicauit vt eū inde educe
ret et ſibi neceſſaria miniſtraret. Qđ cum feciſſet et
ambo inuicē epularenť. herodes tetrarcha vino ī
caluit. et herodi agrippe beneficia q̄ ſibi cōtulerat
improperare cepit. Ex hoc ille vehemēter doluit.
et romā ꝓficiſcēs intantū a gayo ceſare in gratiā
eſt receptus. vt ei duas tetrarchas. ſc; liſanie et a-
biline tribueret. et regem in iudeā impoſito dyade
mate deſtinaret. Uidēs herodias ꝙ frater eius ha
beret nomen regis. viro ſuo moleſtis precibus in-
ſiſtebat vt romā pergeret et ſibi nomē regiū cōpa
raret. Jlle vero cū multis diuitijs habundaret ac
quieſcere nolebat. magis diligēs ocium q̃ꝫ honorē
laborioſum. Tandē deuictus vxoris precibus ro-
mā cum ip̄a p̄rexit. Quod agrippa intelligēs ceſa
ri litteras deſtinauit ꝙ herodes cū rege parthorū
amicicias firmauerit. et romano imp̄io voluerit re
bellare. Et in argumentū huius rei ſignificauit ei
ꝙ in ciuitatibus ſuis habebat arma q̄ ſufficerent.
lxx. milibus armatoꝝ. Lecta autem ep̄la gayus
quaſi aliunde incipiēs herodē de ſtatu ſuo inter-
rogauit. et inter cetera. vtrū tanta copia armorum
eſſet ī vrbibus q̃ꝫtum ip̄e audierat requiſiuit. Qđ
ille minime negauit. Tunc gayus verū eſſe credēs
quod herodes agrippa ſcripſit ip̄m in exilium rele
gauit. Uxori aūt eius q̄a erat ſoror herodis agrip
pe quē maxime diligebat poteſtatem tribuit vt in
terrā ſuam rediret. Jpſa aūt viru; ſuū voluit comi
tari dicēs ꝙ illū cui cōmunicauerat in ꝓſperis nō
derelinqueret in aduerſis. Lugdunū igitur depor-
tati fuerunt. et ibi vitā miſerabiliter finierūt. Hec
in hiſtoria ſcolaſtica. ¶ C Scđo ꝓpter oſſium
ip̄ius ꝯcremationē et collectione; q̄ ip̄ſa die ſcđm
quoſdā fuerunt ꝯcremata. et a fidelibus ex p̄te col
lecta. Uñ quaſi ſcđm martiriū patiť qñ ip̄ſe in ſuis
oſſibus ꝯcremať. Et ideo eccleſia tanq̃ꝫ ſcđm eius
martiriū hoc feſtū celebrat. Sicut eī legiť in. xij. li.
hiſtorie ſcolaſtice vel eccleſiaſtice. cū diſcipuli iohā
nis corpus eius apud ſebaſten vrbē paleſtine īter
heliſeum et abdiam ſepeliſſent. et ad eius tumulū
multa miracula fierent. iubente iuliano apoſtata.
gentiles eius oſſa ſperſerunt. et cu; miracula non
ceſſarēt. poſt collecta et igne cōcremata ī puluere;
redegerūt. et p agros ventilauerunt. ſicut diciť in
hiſtoria ſcolaſtica et eccl̄iaſtica ¶ Beda vero dicit
ꝙ ip̄a oſſa collecta latius ſparſerūt. et ſic ſcđm mar
tiriū quodāmodo paſſus videť. Hoc quidā rep̄ſen

# De decollatione ſancti iohannis

ſupplicationis verbo deflectere vt a tali luſu rece
derent hoc non fecit ſed impetu ſui vſus eloquij
iubētes fieri talia maledicebat. Auguſta vō rur⸗
ſus ad ſuā hoc trahebat iniuriā. ⁊ denuo labora⸗
bat vt aduerſus eū ſinodꝰ iterū celebraret. Hoc
ſentiens iohēs illam famoſiſſimā in eccľia ꝓtulit
omeliā cuiꝰ iniciū eſt. Rurſus herodias veſanuit.
rurſus turbat. denuo caput iohannis in meſſorio
ꝯcupiſcit accipe. Qḋ factū ad iracūdiā plꝰ incita⸗
uit auguſtā. Dū aūt quidā iohānē vellet occidere
a ppľo eſt ꝯprehenſus ⁊ ad iudicandū traditus.
Sed a pfecto ne occideret ereptꝰ eſt. Quidā etiāꝫ
ſeruus cuiuſdā preſbiteri in eū impetū faciēs ipm̄
occidere molitꝰ eſt. Qui dum a quodā teneretur.
ipſum ꝗ tenebat. ⁊ aliū aſtantē ⁊ terciū percuſſit
Tunc clamore facto multis ꝯcurrētibꝰ plurimos
interfecit. Ex illo tp̄e pplꝰs iohannē cuſtodiebat
eius domū diebus ac noctibus muniēs. Suadēte

igitur auguſta epī ꝯſtantinopolim ꝯuenerunt. et
accuſatores iohīs fortiter inſiſtere ceperūt. Cum
aūt feſtiuitas natalis dn̄i ſuꝑueniſſet mādauit im
perator iohī q̄z niſi prius criminib⁹ exuerꝫ. nō cō-
municaret eidē. Epī aūt nichil ꝯtra eū reperūt. ni
ſi ꝙ poſt depoſitionē reſidere in ſede epali ſine ꝺe
creto ꝯcilij pſumpſiſſꝫ. Et ſic dānauerūt eū. ¶ Ap
propinquāte tandē ſolēnitate paſcali mādauit ei
imꝑator ñ poſſe ſecū in eccl'ia manere. cū euz duo
ꝯcilia ꝯdēnaſſent. Uacabat igiꝰ iohēs ⁊ nequāꝗ̄
in eccl'iam deſcēdebat Jlli q̄ iohī fauebāt iohām-
te dicebātur. Poſt hoc aūt imꝑator iohannē de ci
uitate expelli fecit. ac duci in exiliū in quandā ci-
uitatē paruā vbi fines ſūt ponti imperijq̄z romani
q̄ loca crudelib⁹ barbaris ſunt vicina. Sed cle-
mēs dn̄s nō ꝑmiſit diu in locis talib⁹ athletā ſuū
fideliſſimū cōmorari. Hoc innocēti⁹ papa audiēs
moleſte ferebat: volenſq̄z ꝯciliū celebrare ſcripſit
clero ꝯſtantinopolitano: ne iohī ſucceſſorē aliquē
ordinarēt. ¶ Cū igiꝰ longo fuiſſet itinere fatiga-
tus ⁊ dolore capitis vehemētiſſime cruciat⁹. nec
nō ⁊ ardorē ſolis intolerabilem pateref. ſancta il
la aīa in cumanis. xiiij. die mēſis ſeptēbris e car
ne ſoluta eſt. Quo defūcto grādo vehemēs in con
ſtantinopolim ⁊ oīa ſuburbana deſcēdit dicētib⁹
cunctis hoc dei iracūdia geſtū eſſe. eo ꝙ iniuſte io-
hannes fuerit ꝯdēnat⁹. Quib⁹ verbis fidem fecit
mors auguſte ꝓtin⁹ ſubſecuta. Quarta nāq̄z die
poſt grandinē eſt defuncta. Mortuo quoq̄z oīm
doctore terrarū. occidētales epī cū oriētalib⁹ nul
laten⁹ cōmunicare voluerūt: donec illi⁹ ſacratiſſi-
mi viri nomē inter ꝑdeceſſores epos ponereꝰ. Ue
rum theodoſi⁹ xp̄ianiſſim⁹ filius ꝑdicti archadij
q̄ aui ſui nomē ⁊ pietatē tenebat: ſacras hui⁹ do-
ctoris reliq̄as in menſe ianuario in regiā ciuitatē
transferri fecit. Cui fideliſſim⁹ ppl'us cū lampadi
bus ⁊ cereis obuiauit. Theodoſi⁹ aūt ſuppliciter
eius adorās reliq̄as. ꝓ archadio ⁊ eudoxia geni
toribus ſupplicauit. vt ignorāter delinquētib⁹ ve
niam ꝯdonaret. Dudū eñ parētes ei⁹ mortui fue
rāt. Hic theodoſius clemētiſſim⁹ fuit. adeo vt nul
lum ſe ledentiū morti adiudicaret dicēs. Utinam
eſſet michi poſſibile ad vitā etiā mortuos reuoca
re. Ei⁹ curia monaſteriū videbaꝰ matutinas lau
des agebat. codices diuinos legebat. Huic erat
vxor noīe eudoxia q̄ heroyco metro poemata ml'-
ta ꝯfecit. Habuitq̄z filiā noīe eudoxiā quā valen-
tiniano quē imꝑatorē fecerat dedit vxorē. Hec oīa
de hiſtoria tripertita extracta ſunt. Mortu⁹ eſt aūt
circa annos dn̄i. cccc.

# De ſanctis Cornelio et Cipriano.



Cornelius interꝑtatur intelligēs circūciſi-
onē. Ipſe eñ intellexit ⁊ intelligēdo ſer
uauit circūciſionē a ſuꝑfluis licitis: ⁊ etiā
neceſſarijs. Uel corneli⁹ dicꝰ a cornu. ⁊ leos qḋ
eſt ppl's. quaſi cornu. id eſt. fortitudo ppli. ¶ Ci-
prianus dicꝰ a cipro qḋ eſt mixtura. ⁊ ana qḋ eſt
ſurſum. Uel dr̄ a cipro qḋ eſt meſticia vel heredi-
tas. Ipſe eñ habuit ſuꝑnā mixturā grē ⁊ virtutū
meſtitiā peccatoꝝ. ⁊ hereditatē celeſtiū gaudioꝝ.

Cornelius papa ſucceſſor ſancti fabiani a
decio ceſare cū ſuis clicis ī exiliū relegaꝰ.
Ibiq̄z a ſctō cipriano carthaginenſi epō
lr̄as ꝯfortatiōis accepit. Tandē de exilio reduct⁹
decio p̄ntaꝰ. ⁊ dū immobilis ꝑmaneret: iuſſit eum
decius plūbatis cedi. ꝑcepitq̄z vt ad templū mar-
tis ducereꝰ. vt ibi aut ſacrificaret. aut ſententiā ca
pitalē ſubiret. Cū ergo illuc ducereꝰ: miles quidā
rogauit eū vt ad domū ſuā diuerteret. ⁊ ꝓ vxore
ſua ſaluſtia q̄ p. v. ānos paralitica iacebat oraret.
Que dū ad orōnem ei⁹ ſanata eſſet. xx. milites cū
ip̄a ⁊ viro ſuo dn̄o crediderūt. Qui oēs iubēte de-
cio ad templū martis deducti. ⁊ in illud expuētes
cū ſācto cornelio martirizati ſunt. Paſſus eſt autē
circa annos dn̄i. cclij. ¶ Ciprian⁹ aūt carthagi-
nēſis eps in eadē ciuitate patrono ꝓcōſuli p̄ntaꝰ.
Qui cū a fide nullaten⁹ mutari poſſꝫ. in exiliū mit
titur. Indeq̄z reuocat⁹ ab anglirico ꝓconſule qui
patrono ſucceſſerat ſententiā capitalem accepit.
Qua ſentētia lata dixit ciprian⁹. Deo grās. Cum

autem ad locum cum ſpiculatore veniſſet: precepit ſuis vt eidẽ ſpiculatori pro mercede .xv. aureos darent. Accipienſq; lintheũ manu ſua oculos texit. ⁊ ſic coronã ſuſcepit. circa ãnnos dñi. cclvi.

De ſancta euſemia cxxxiiii A



Euſemia dr̃ ab eu qđ eſt bonum. ⁊ femina quaſi bona femina. i. vtilis. honeſta ⁊ delectabilis: q2 hoc triplici modo dr̃ bonũ. Fuit eñ vtilis alijs ꝑ ꝯuerſationẽ. honeſta ſibi ꝑ moꝝ ꝯpoſitionẽ. delectabilis deo ꝑ celeſtẽ ꝯtemplationẽ. Uel euſemia dr̃ quaſi euſomia quod eſt ſuauis ſonoritas. Suauis aũt ſonꝰ fit tribus modis. ſ3 voce vt in cãtu. pulſu vt in cithara. flatu vt in organo: ſic beata euſemia fecit deo dulcẽ ſonũ cum voce ꝑdicationis. cũ pulſu bone opationis. ⁊ cum flatu interne deuotionis B

Euſemia filia ſenatoris vidẽs xp̃ianos tpe dyocleciani tã diuerſis penis laniari. ad priſcũ iudicẽ ꝓperauit. ⁊ xp̃m publice cõfitens exẽplo ſue ꝯſtãtie etiã viroꝝ aĩos ꝯfortabat. Cũ igit̃ iudex xp̃ianos ſucceſſiue occideret. alios pñtes eſſe iubebat vt ſaltẽ territi immolarent dũ ꝯſtãtes tam crudelr̃ laniari viderẽt. Cum ergo corã euſemia ſanctos crudelr̃ detrũcaret ipa coꝝ ꝯſtãtia amplꝰ ꝓuocata iniuriam a iudice ſe pati clamabat. Tunc iudex gauiſus eſt: putãs eã ſacrificijs velle ꝯſentire. Uñ cũ ab ea quã ſibi iniuriã faceret reqſiſſet. Jlla ait. Cũ ſim genere nobilis cur michi ignotos ⁊ aduenas ãnponis ⁊ priores facis ad xp̃m ꝑtingere ⁊ ad ꝓmiſſam gl'iam ꝑuenire. Cui iudex. Putabã te ad mentẽ rediſſe. ⁊ gaudebã te tue nobilitatis vel ſexus meminiſſe. Recluſa igit̃ in carcere. ⁊ ſequẽti die cũ vinctis ſine vinclo adducta iterũ grauiſſime ẽ ꝯqſta cur cõtra legẽ imparoꝝ ſibi ſoli a vincul' ꝑceret. Tũc alapis duriſſime cedit̃. ⁊ in carcere recludit̃. Quã iudex ſecutꝰ ex libidine opprimere voluit. S3 illa virilr̃ reluctãte manũ eiꝰ v̈tus diuina ꝯtraxit. Tũc putãs ſe incãtatũ. ꝑpoſitũ domꝰ ſue ad ipſã direxit multa ꝓmittẽs ſi eã faceret ꝯſentire. Sed ille carcerẽ clauſu3 nec clauibꝰ apire potuit nec ſecuribus frãgere: donec a demone arreptꝰ. clamãs ⁊ ſe ipſum dilaniãs vix euaſit. Deinde educta poſita eſt ſuꝑ rotã cuiꝰ vectes carbonibꝰ pleni erãt. ⁊ artifex intra rotã tale ſignũ trahẽtibꝰ dedit: vt qñ ſonũ faceret ſil' traherẽt. ⁊ ſic exeũte igne vectes corpus eiꝰ diſſiparẽt. S3 nutu dei ferramẽtũ quo rota ꝑpabat̃ de manu eiꝰ decidẽs ſonũ fecit. ⁊ ꝯtinuo illis trahẽtibꝰ rota artificẽ ꝯminuit. ⁊ euſemiã ſtãtem ſuꝑ eã illeſã ſeruauit. Tũc parẽtes artificis lamentãtes ſuppoſito igne ipa3 cũ rota ꝯburere voluerũt. S3 rota cõbuſta euſemia ab ãgelo ſoluta in quodã loco excelſo icolumis ſtare ꝯſpicit̃. Appellianꝰ iudici ait. Uirtꝰ xp̃ianoꝝ nõ niſi in ferro vincit̃. Uñ ꝯſulo vt eã facias decollari. Erectis igitur ſcalis cũ quidã ad eã capiendã manũ mittere vellet mox totꝰ paliſi ſolutꝰ vix inde ſemiuiuꝰ eductꝰ eſt. C Alius aũt noĩe ſoſtenes aſcendẽs ꝯtinuo mutatꝰ ab ea veniã petijt. ⁊ euaginato gladio ad iudicẽ clamauit ꝙ ſeipm̃ libẽtiꝰ occideret. ꝙ eam quã angeli defendebãt ꝯtingeret. Deniq; inde educta. iudex cãcellario ſuo dixit vt ad eam oẽs petulãtes iuuenes ꝯuocaret. Qui tãdiu illa3 illuderẽt donec fatigata deficeret. Sed ille ad eã ingrediẽs. ⁊ mltas virgines ſplendidiſſimas circa eam orantẽ vidẽs. monitis eiꝰ ꝓtinus xp̃ianꝰ effectꝰ eſt. Preſes v̈o ꝑ capillos virginẽ ſuſpẽdit. Sed immobilẽ ꝑmanentẽ negato cibo in carcere3 recludi fecit. vt. vij. die inter quatuor magnos lapides ſicut oliua ꝯſtringeret̃. Jlla v̈o quotidie ab angelo ſatiata. dum. vij. die intra lapides duriſſimos poſita eſſet: ad eiꝰ orõnem ipſi lapides in cinerẽ tenuiſſimũ ſunt redacti. Uñ pſes ſe vinctũ a puella erubeſcẽs ea3 in foueã ꝓijci iuſſit vbi tres tante immanitatis beſtie erãt que omnẽ hoiem deglutirẽt. Que ſtatim blãdiẽdo ad virginẽ ꝯcurrentes ⁊ iunctis ad inuicẽ caudis ei quaſi cathedram ad ſedendũ prebẽtes iudicẽ hoc videntem vehementius confuderunt. Unde cum preſes fere pre anguſtia moreretur. ingreſſus carnifex vt dñi

sui iniuriam vindicaret. gladiū in latus suū fixit. ꝛ xp̄i martirē fecit. Quē iudex ꝓ mercede veste serica induit. ꝛ torque aurea circūdedit. Sꝫ egrediens a leone arripit. ꝛ ab eo penitus deuoratur Unde sui eū diuti⁹ ꝗrētes vix pauca ei⁹ ossa cū veste serica ꝛ torque aurea repperit. Prisc⁹ quoqꝫ iudex seipm̄ comedens mortu⁹ est inuētus. Sancta aūt eufemia in calcedonia cū honore sepulta est. Meritis cui⁹ oēs iudei ꝛ gentiles calcedonie in xp̄m crediderūt. Passa est aūt circa annos dn̄i cclxxx. ¶ Ambrosi⁹ de hac virgine in p̄fatione sic ait. Uirgo alma triūphatrix eufemia. v̄ginitatis retinēs mitram. passionis meruit vestiri corona. Cui⁹ p̄cibus hostis inimicus euincitur. priscus aduersarius supatur. a fornacis igne virgo sospes eripitur duri lapides in puluerē ꝯuertūtur. Fere mansuescūt collaqꝫ submittūt atqꝫ oīa penaꝝ supplicia eius orōne supantur. Nouissime gladij mucrone confossa. carnea relinquēs claustra. celesti choro iungitur leta. Hec sacra virgo tibi dn̄e ecclesiā tuā ꝯmēdet. hec ꝓ nobis peccatorib⁹ interpellet. hec etiā vota nr̄a vt virgo vernula illibata tibi prestet.

## De sancto lamberto. cxxxiiii. A



Lambert⁹ nobil' genere sꝫ nobilior sanctitate vite. ꝛ a primeuo etatis sue lr̄is eruditus adeo ꝓ sui sāctitate ab oībus amabat. vt p⁹ theodardū mgr̄m suū trecēsis eccl'ie in ep̄m meruit ꝓmoueri. Quē childeric⁹ rex plr̄imū diligebat. ꝛ p̄ oībus ep̄is carū sp̄ hēbat. Sed crescente inuidoꝝ malicia eū sine causa impij expellentes honore debito priuauerūt. ꝛ feramundū in ei⁹ cathedrā statuerūt. At lambert⁹ monasteriuꝫ ingressus ꝑ. vij. annos ibidē optime ꝯuersat⁹ est. Quadā v̄o nocte ad orōnē surgēs in pauimēto ꝑ ignorantiā sonū fecit. Quod audiēs abbas dixit. Quisqꝭ hūc fecit sonū stati vadat ad crucē. Tūc lambert⁹ illico nudis pedib⁹ in cilicio ad crucē cucurrit ibiqꝫ tādiu ꝛ in niue ꝛ gelu ac glacie fix⁹ stetit donec frib⁹ post matutinas se calefaciētib⁹ abbas eū deesse ꝯgnouit: ꝛ audiēs a quodā frē q' ille esset q̄ ad crucē iuisset. eū introduci fecit. ꝛ ab eo cū mōachis veniā postulauit. Ille v̄o nō soluꝫ clemēter indulsit sꝫ ꝛ de bono paciētie eis sublimiter p̄dicauit. Post. vij. ānos feramūdus expulsus est. ꝛ sctūs lābert⁹ iubēte pipino ad sedē ꝓpriaꝫ est reduct⁹. Cū aūt sicut pri⁹ v̄bo ꝛ exēplo polleret: insurgētes in eū duo maligni eū grauiter inquietare ceperūt. Quos amici pōtificis eos sicut meruerāt occiderūt. Eo t̄pe lābert⁹ pipinū de quadā meretrice quā tenebat plr̄imuꝫ increpauit. Dodo aūt ꝯsanguine⁹ eoꝝ q̄ occisi fuerāt. ꝛ fr̄ ipsi⁹ meretricis dōestic⁹ aule regie. ꝯgregato exercitu domū ep̄i circūquaqꝫ obsedit. volens occisoꝝ necē in sctū vindicare lambertū. At cū puer lamb. in orōne posito nūciasꝫ. ille ꝯfisus in dn̄o vt eos expugnaret mucronē arripuit. Sꝫ ad se rediēs gladiū de manu ꝓiecit meli⁹ iudicās vt ꝯsistēdo ꝛ moriēdo vinceret q̄ꝫ vt sacratas man⁹ de impioꝝ sanguine macl'aret. Tūc vir dei suos admonuit. vt peccata sua ꝯfiterētur. ꝛ mortē patiēter sustinerēt. Statimqꝫ impij irruētes sanctū in orōne lambertū ꝓstratū pemerūt. Circa ānos dn̄i. dcxx. Quibus discedētib⁹ quidā ex ei⁹ famul' euadētes corp⁹ eius occulte ad cathedralē eccl'iam nauigio p̄duxerunt ꝛ cū multa ciuitatis mesticia sepulture dederūt.

## ¶ De sancto mattheo xxxv

Mattheus binomi⁹ extitit. scꝫ mattheus ꝛ leui. Matthe⁹ aūt interp̄tat donū festinationis. vl' donator ꝯsilij. Uel dr̄ matthe⁹ a magn⁹ ꝛ theos: q̄d est deus quasi magn⁹ deo. vl' a man⁹ ꝛ theos quasi man⁹ dei. Fuit ei donū festinationis ꝑ festinā ꝯuersionē. donator ꝯsilij ꝑ salubrē p̄dicationē. magn⁹ deo ꝑ vite p̄fectionē. manus dei ꝑ euāgelij ꝯscriptionē. Leui interp̄tatur assumpt⁹ vl' applicatus siue addit⁹ aut apposit⁹. Fuit em̄ assumpt⁹ ab exactione vectigaliū. applicat⁹ nūero aploꝝ. additus ꝯsortio euāgelistaꝝ. et appositus cathalogo martirū.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK Baden-Württemberg

# De ſancto Mattheo



Mattheus apl's in ethiopia p̄dicans in ci=
uitate que dr̄ nadabar duos magos noīe
zaroen ⁊ arphaxat repit q̄ ita hoīes ſuis
artib⁹ demētabāt vt quoſcūq; vellēt mēbroꝝ offi
cio ⁊ ſanitate priuare viderent̄. Qui in tantā ſup
biā erupert̄ vt ſe quaſi deos ab hoīb⁹ facerēt ado
rari. Matthe⁹ aūt apl's p̄dictā ciuitatē ingreſſus
⁊ apud eunuchū cādacis regine quē philipp⁹ ba=
ptizauerat hoſpitat⁹. ita magoꝝ p̄ſtigia detege=
bat: ꝙ q̄cq̄d ipſi faciebāt hoīb⁹ in ꝑniciē: hoc ipſe
ꝯuerteret in ſalutē. Eunucho aūt ſanctū mattheū
interrogāte quō tot līguas loq̄ret̄ ⁊ intelligeret.
expoſuit ei matthe⁹ ꝙ ſpū ſancto deſcēdente oīm
linguaꝝ ſciam recepiſſet: vt ſicut illi q̄ ꝑ ſupbiam
turrim vſq; in celū edificare volebāt: p̄ ꝯfuſiōe lin
guaꝝ ab edificatiōe ceſſauert̄: ſic apl'i ꝑ oīm lin=
guaꝝ ſciam turrim nō de lapidib⁹ ſ; de v̄tutibus
ꝯſtruāt ꝑ quā oēs q̄ crediderint in celū aſcendāt.
Tūc venit q̄ diceꝛ magos illos cū duob⁹ aduenîſ=
ſe draconib⁹ q̄ ignē ſulphureū ex ore ⁊ narib⁹ euo
mētes cūctos hoīes occiderēt. Apl's aūt ſigno cru
cis ſe muniēs ad eos ſecure exiuit. Quem mox vt
dracones viderūt añ ei⁹ pedes ꝓtin⁹ dormierūt. Di
xitq; magis. Ubi eſt ars v̄ra? Excitate eos ſi pote
ſtis. Ego aūt niſi dn̄m rogaſſem qd̄ in me cogita=
ueratis inferre in vos ꝓtin⁹ retorſiſſem. Cum aūt
ppl's ꝯueniſſet. in noīe ihesu draconib⁹ vt abirēt
p̄cepit. et nullū ledētes ꝓtin⁹ abierūt. Cepit quoq;
pplo de gl'ia ꝑadiſi terreſtris magnū ſermonē cō
terere aſſerēs ip̄m oīb⁹ mōtibus eminere ⁊ ꝓxi=
mum celo eſſe. ſpinas vel tribulos ibi nō eſſe. lilia
vl' roſas ibi nō marceſcere. ſenectutē ibi nō eueni
re ſ; hoīeꝫ ibi iuuenē ſꝑ manere angeloꝝ organa
ibidem ſonare. aues vocatas ꝯtinuo obedire. De
hoc aūt ꝑadiſo terreſtri dixit hoīem eiectū eſſe: ſ;
per xp̄i natiuitatē in ꝑadiſum celeſtē reuocatum
fuiſſe. Et cū hoc pplo loqueret̄: ecce ſubito tumul
tus exortus eſt: in quo regis filius mortu⁹ plan=
gebatur. Quē cum magi ſuſcitare nō poſſent ſua=
debant regi ꝙ in deoꝝ conſortium raptus fuiſſet.
⁊ ideo ſimulacrū ⁊ templū ſibi ꝯſtrui oporteret.
Predictus aūt eunuchus magos cuſtodire faciēs
apl'm aduocauit. Qui orōne fuſa eū ꝓtin⁹ ſuſcita
uit. Qua ꝓpter rex noīe egipp⁹ hoc viſo ꝑ vniuer
ſas ſuas ꝓuīcias miſit dicēs. Uenite ⁊ videte deū
in effigie hoīs latentē. Uenerūt igit̄ cū coronis
aureis. ⁊ diuerſis ſacrificioꝝ generib⁹ volētes ſa
crificare ei. Quos matthe⁹ cōpeſcuit dicēs. Uiri
quid facitis. Ego deus nō ſum ſed ſeru⁹ dn̄i ihesu
xp̄i. Illi igitur de auro ⁊ argēto qd̄ ſibi attulerāt
ipſo iubente eccl'iam magnā fabricauerūt quā in=
tra. xxx. dierū ſpaciū ꝯſummauerūt. In qua apl's
xxxiij. annis ſedit ⁊ totū egiptū ad fidē ꝯuertit.
Rex aūt egipp⁹ cū vxore ſua ⁊ oī pplo baptizat⁹ ē.
Ephigeniā quoq; filiā regis apl's deo dicatā pl⁹
q̄ .cc. virginib⁹ p̄fecit. B ¶ Poſt hoc hirtac⁹ re
gi ſucceſſit. ⁊ virginē predictā ꝯcupiſcēs dimidiū
regni ſui aplo ꝓmiſit ſi eā in ꝯiugiū ſuū ſibi face
ret ꝯſentire. Cui apl's ait vt iuxta morē p̄deceſſo=
ris die dn̄ica ad eccleſiā ꝯueniret ⁊ p̄ñte ephige=
nia cuꝫ ceteris virginib⁹ q̄ bona ſint iuſta ꝯiugia
audiret. Quo rex cum gaudio feſtinauit putās ꝙ
ephigenie vellet ꝯiugiū ſuadere. Matthe⁹ igitur
virginib⁹ ⁊ omni pplo ꝯgregatis de bono matri=
monij diu locut⁹. a rege plurimū eſt laudat⁹ cre=
dens ꝙ hoc ideo diceret vt v̄ginis animū ad m̄ri=
moniū ꝓuocaret. Deinde impato ſilēcio ſermonē
repetit dicēs. Cū ergo bonū ſit matrimoniū ſi ſal
uo federe teneat̄. bn̄ ſcitis aſtātes ꝙ ſi regis ſpon
ſam aliq̄s ſeruoꝝ vſurpare p̄ſumeret. non ſolū re=
gis offenſam ſ; mortē inſuꝑ mereret̄. nō q2 vxorē
duxiſſe ꝓbatur ſed q2 ſponſaꝫ dn̄i ſui accipiēs ei⁹
matrimoniū violaſſe ꝯuincit̄. Itaq; ⁊ tu rex ſciēs
ephigeniā regis eterni ſponſaꝫ effectā. ⁊ ſacro ve
lamine ꝯſecratā quō poteris ſponſam potētioris
te tollere ⁊ tuo m̄rimonio copulare? Quo audito
rex pre ira inſaniēs furibūdus abſceſſit. Apl's au
tem intrepidus ⁊ ꝯſtans oēs ad patientiā ⁊ ꝯſtā
tiam ꝯfortauit. ⁊ ephigeniā corā ſe ex timore pro=
ſtratā cū ceteris virginib⁹ benedixit. Poſt miſſaꝝ

autem ſolennia rex ſpiculatorẽ miſit qui iuxta al-
tare mattheũ ſtantẽ ⁊ expãſis manibꝰ in celũ orã-
tem miſſo a tergo gladio interfecit ⁊ martirẽ fe-
cit. Qd̃ ppl's audiẽs ad palaciũ regis oĩa incenſu-
rus ꝓꝑabat. Sed a p̃ſbiteris ⁊ dyaconibꝰ vix de-
tẽti apl'i martiriũ cũ gaudio celebrauerũt. Rex vo-
cũ nec ꝑ matrõas ad cãdidas. nec ꝑ magos ephi-
geniã poſſet aliquatenꝰ immutare. totã eiꝰ domũ
igne copioſo vallauit vt ipaꝝ cũ ceteris virginibꝰ
ↄcremaret. Apl'us aũt eiſdẽ apparẽs omnẽ ignẽ
ab eaꝝ domo excuſſit. Qui erũpens regis pala-
ciũ inuaſit. ⁊ ſolo rege euadente vix cũ vnico filio
cũcta ↄſumpſit. Statimqꝫ filiꝰ arreptus a demo-
nio patris crimina ↄfitẽs ad ſepulcrũ apl'i prope-
rauit. Pater vero turpiſſimꝰ leproſus effectꝰ. cũ
curari nõ poſſꝫ. manu ꝓpria gladio ſe ꝑemit. Po-
pulꝰ aũt frẽm ephigenie ab apl'o baptiſatũ regem
ↄſtituit. Qui ꝑ ãnos. lxx. regnauit. ⁊ filiũ ſuũ ſibi
ſubſtituẽs xp̃ianũ cultũ magnifice ãpliauit. ⁊ totã
ethiopie ꝓuinciã eccl'ijs xp̃i repleuit. Zaroes aũt
⁊ arphaxat ab ea die qua regis filiũ apl's ſuſcita-
uit in perſidẽ fugerũt. Sed ſimon ⁊ iudas ibidem
eos vicerũt. C ¶ Notandũ ꝙ in btõ mattheo
quatuor principal'r ↄſiderãtur. Primũ eſt obedi-
entie velocitas: qꝛ mox vt xp̃s eũ vocauit: ↄtinuo
teloneũ reliquit. nec dñ̃os ſuos timẽs rõnes ve-
ctigaliũ imꝑfectas reliquit. ⁊ xp̃o ꝑfecte adheſit.
Pro hac velocitate obediẽtie quidã occaſionẽ er-
roris ſibi aſſumpſerũt. ſicut recitat hiero. in origi-
nali ſuꝑ p̃dictũ locũ dicẽs. Arguit in hoc loco por-
phirius ⁊ iulianus auguſtꝰ vel impericiã hiſtorici
mentiẽtis vel ſtultitiã eoꝝ q̃ ſtatim ſecuti ſunt ſal-
uatorẽ: quaſi irrõnabil'r quẽlibet vocantẽ hoiem
ſint ſecuti. cũ tãte virtutes tãtaqꝫ ſigna p̃ceſſerint
que apl'os anteq̃ crederẽt vidiſſe nõ dubium eſt.
Certe fulgor ipſe ⁊ maieſtas diuinitatis occulta
que etiã in hũana facie relucebat ex primo ad ſe
videntes trahere poterat aſpectu. Si eñ̃ in ma-
gnete lapide hec eſſe virtꝰ dicit̃: vt anulos ⁊ feſtu-
cas ſibi copulet: quantomagis dñ̃s oĩm creaturaꝝ
ad ſe poterat trahere quos volebat. Hec hiero.
¶ Secundum eſt eiꝰ largitas ſiue liberalitas: qꝛ
ſtatim fecit ei ↄuiuiũ magnũ in domo ſua. Qd̃ q̃-
dem ↄuiuiũ nõ tm̃ fuit magnũ ex rõne laute pre-
parationis ſꝫ etiã fuit magnũ primo rõne voti. qꝛ
cũ magno affectu ⁊ deſiderio ipũm recepit. Scd̃o
rõne myſterij. qꝛ fuit indicatiuũ magni myſterij.
Qd̃ myſteriũ exponit glo. ſuꝑ lucã dicẽs. Qui do-
micilio xp̃m recipit interno. maximis exuberãtiũ
paſcit̃ delectationibꝰ voluptatũ. Tercio rõe docu-
mentoꝝ. qꝛ ibi magna documenta exhibuit ſicut
miſc̃dia volo ⁊ nõ ſacrificiũ. ⁊ nõ egẽt q̃ſani ſunt
medico ⁊c. Quarto rõne inuitatoriũ. qꝛ magni di-
ſcũbẽtes etiã inuitati fuerũt. ſcꝫ xp̃s ⁊ diſcipuli eiꝰ.
¶ Terciũ eiꝰ hũilitas q̃ appãuit in duobꝰ. Prĩo in
hoc ꝙ ſe publicanũ manifeſtauit. Ceteri euãgeli-
ſte vt dicit glo. verecũdie cã ⁊ euangeliſte honore
nomen vulgatũ nõ ponũt. Ipſe ſcd̃m qd̃ ſcriptũ
eſt iuſtus in primis accuſator eſt ſui mattheũ ſe ⁊
publicanũ nominat: vt oñdat nullũ ↄuerſuꝫ debe-
re de ſalute diffidere. cũ apl's ⁊ euãgeliſta de pub-
licano repẽte ſit factꝰ. Scd̃o in hoc ꝙ ad ſuas in-
iurias patiẽs fuit. Qñ eñ̃ pħ̃ei murmurabant ꝙ
xp̃s ad hoiem peccatorẽ diuertiſſet. potuiſſet eis
mattheꝰ rñ̃diſſe ac dixiſſe. Uos potius miſeri ac
peccatores eſtis q̃ vos iuſtos arbitrãtes medicuꝫ
refugitis. Ego aũt iam pctõr dici non valeo q̃ ad
medicũ ſalutis ↄfugio. ⁊ eidẽ vulnꝰ meũ nõ abſcõ-
do. D ¶ Quartũ eſt euãgeliũ ipſiꝰ in eccl'ia ma-
gna ſolẽnitas. Eius eñ̃ euãgeliũ p̃ ceteris euãge-
lijs magis in eccl'ia frequentat̃: ſicut ⁊ pſalmi da-
uid. ⁊ epl'e pauli p̃ ceteris ſcripturis amplꝰ in ec-
cleſia recitãtur. Cuiꝰ hec eſt ratio: qm̃ teſte iaco-
bo tria ſunt genera pctõꝝ. ſcꝫ pctm̃ ſuꝑbie. luxurie
⁊ auaritie. Pctõ ſuꝑbie peccauit ſaulꝰ a ſaule ſuꝑ-
biſſimo rege dictꝰ: q̃ eccl'iam ſupra modũ ꝑſecutꝰ
eſt. Pctõ luxurie peccauit dauid: q̃ ⁊ adulteriũ cõ-
miſit. ⁊ ꝓpter ipm adulteriũ fideliſſimũ militem
vriã occidit. Pctõ auaritie peccauit mattheꝰ: q̃ ꝑ
auariciã lucris turpibꝰ inhiabat. Fuit eñ̃ telonea-
rius. Eſt aũt teloneũ. vt dicit yſido. locus in portu
maris: vbi merces nauiũ ⁊ nautaꝝ emolumenta
reddũtur. Thelos aũt grece. vt dicit beda. latine
dr̃ vectigal. Licet igit̃ iſti pctõres extiterint: coꝝ
tñ̃ pñia adeo placuit vt non ſolũ dñ̃s eoꝝ culpis
ignoſceret ſed etiã in eis dona ſua multipliciꝰ cu-
mularet. Nam ſeuiſſimũ perſecutorẽ fecit fideliſſi-
mũ p̃dicatorẽ. adulterũ ⁊ homicidã fecit ꝓpħam
⁊ pſalmiſtã. lucris inhiantẽ ⁊ cupidũ fecit apl'm ⁊
euãgeliſtã. Ideo igit̃ hoꝝ triũ dicta nobis tã fre-
quẽtius recitant̃. vt nullꝰ q̃ ↄuerti voluerit deſpe-
ret de venia. qñ tãtos in culpa tales ↄſpicit fuiſſe
in grã. ¶ Notandũ inſuꝑ ꝙ ſcd̃m beatũ ambro.
circa ↄuerſionẽ beati matthei quedã ex ꝑte medi-
ci. quedã ex ꝑte infirmi ſanati. quedã ex ꝑte modi
ſanandi ↄſiderãtur. In medico tria fuerũt. ſcꝫ ſa-
pientia qua radicẽ morbi cognouit. bonitas qua
medicamẽta adhibuit. potẽtia qua ipm tã ſubito
mutare potuit. De his tribus ſic idem dicit am-
bro. in ꝑſona ipſius matthei. Hic poteſt auferre

cordis mei dolorem ⁊ anime pallorem qui nouit occulta. Et hoc quantū ad primū. Inueni medicum qui in celis habitat ⁊ in terris ſpargit medicamenta. Hoc quantū ad ſecundū. Hic pōt ſolus ſanare vulnera mea qui neſcit ſua. Hoc quantum ad terciū. In ipſo aūt infirmo ſanato ſcꝫ in beato mattheo tria ꝯſiderātur ſcðm ꝙ dictꝰ ambro. oſtendit. Ipſe nanqꝫ morbū ꝑfecte exuit. curanti gratus extitit. ⁊ in ſanitate recepta ſemꝑ mundū ſe ſeruauit. Unde ait. Sequebat mattheus iam letus ⁊ alacer ⁊ exultabat dicens. Jam non publicanum gero. iam non porto leui. Exui leui poſt ꝗ xp̄m indui. Et hoc quo ad primū. Odio genus meū. fugio vitam meā. ſolum te ſequor dn̄e iheſu: q̄ ſanas vulnera mea. Hoc quo ad ſecundū. Quis eſt q̄ me ſeparat a charitate dei que in me eſt tribulatio an anguſtia an fames? Hoc quo ad terciū. Modus autē ſanandi ſcðm beatū ambro. triplex fuit. Primo em̄ xp̄s ipſum vinculis ligauit. Secūdo cauteriū ipſum impreſſit. Tercio omnem putredinē emundauit. Unde ait ambro. loquens in perſona matthei. Ligatꝰ ſum fidei clauis ⁊ bonis cōpedibus charitatis. Aufer iheſu meoꝝ putredines peccatoꝝ dū habes vinculis charitatis ligatū. Seca quodcūqꝫ inueneris vicioſum. Hoc quantū ad primū. Omne mandatū tuū ſicut cauteriū impſſum tenebo. ⁊ ſi vrit cauteriū mandati. tn̄ putrefacta carnis exurit. ne ad virꝰ ſerpet cōtagio. Et ſi mordet medicamentū tn̄ vlceris tollit viciū. Quantū ad ſcðm. Ueni cito dn̄e incidēs occultas ⁊ latētes varias paſſiones. Aperi cito vulnus: ne noxiꝰ ſerpat humor. emūda oē qð fetidū eſt ꝑegrino lauacro. Hoc quantū ad terciū. Eius aūt euangeliū anno dn̄i. d. qð manibꝰ ſuis ſcripſerat cū oſſibus beati barnabe repertū eſt. Qð q̄dā euangeliū beatꝰ barnabas ſecū ferebat. ⁊ ſuꝑ infirmos illud ponens. omnes tam fide barnabe ꝙ merito matthei ꝯtinuo liberabat.

## De ſancto mauricio. cxxxvi. A

Mauricius dicitur a mari ⁊ cis qð dicitur vomēs vel durus ⁊ vs qð interp̄tatur cōſiliator vel feſtinās. Uel dr̄ a mauron qð ſcðm yſidoꝝ grece dr̄ nigrum. Ipſe nanqꝫ habuit amaritudinē ꝓ incolatu miſerie ⁊ dilatione patrie. Fuit vomēs per ſuꝑfluoꝝ abiectionē. durꝰ ⁊ firmus per tormentoꝝ ꝑpeſſionē. ꝯſiliator per cōmilitonū exhortationē. feſtinās per feruorē ⁊ bonoꝝ operū multiplicationē. niger per ſui deſpectionem. Huiꝰ paſſionē ſcripſit ⁊ cōpilauit beatꝰ eucharius lugdunenſis archiepiſcopus.



Mauricꝰ in ſacratiſſima legione q̄ thebea dr̄ dux extitiſſe ꝑhibet. Dicti aūt ſunt thebei a ciuitate ſua q̄ thebea nūcupata eſt. Eſt aūt ipſa regio in ꝑtibꝰ oriētis vltra fines arabie habilis opibꝰ. fructibus fertil. arboribꝰ delectabil. Habitatores vō illiꝰ regionis dicūtur eſſe magni corpibꝰ. armis ſtrēnui. in bello fortiſſimi. callidi ingenio. ſapīa locupletiſſimi. Ipſa aūt ciuitas centū portas habuit. ⁊ ſuꝑ nilū fluuiū qui de ꝑadiſo egredit ⁊ gion dicit ſita fuit. De qua dicit Ecce vetꝰ thebea centū iacet obruta portis. His iacobus frater dn̄i verbū ſalutis p̄dicauit: ⁊ fidē xp̄i ꝑfecte eos docuit. Dyoclecianꝰ aūt ⁊ maximianus q̄ ceperūt anno dn̄i. cclxxvij. volētes fidem xp̄i penitꝰ extirpare. tales ep̄l'as ꝑ oēs ꝓuincias in q̄bus xp̄iani morabātur tranſmiſerūt. Si aliq̄d determinari oporteret aut ſciri. ⁊ totus mundꝰ ex vna ꝑte ꝯgregatꝰ eſſet. ⁊ ſola roma ex alia ꝑte ꝯſiſteret. mūdus totꝰ victus fugeret. ⁊ ſola roma in culmine ſcientie remaneret. Cur ergo vos parua plebecula eiꝰ p̄ceptis reſiſtitis. ⁊ ꝯtra ipſiꝰ ſtatuta tam ſtolide ſuꝑbitis? Aut igit deoꝝ immortaliū fidē ſuſcipite. aut immutabilis de vobis ſnīa ꝓferret damnatiōis. Xp̄iani aūt hmōi l'ras ſuſcipientes. nūcios oēs vacuos remiſerūt. Tunc dioclecianꝰ ⁊ maximianꝰ in ira cōmoti: ꝑ oēs ꝓuincias miſerūt vt oēs bellicis armis apti ad romā venirēt. ⁊ rebelles rōano impio ſubiugarēt. Lr̄e aūt auguſtoꝝ ad ppl'm thebeoꝝ delate ſūt. Qui ppl's ſcðm dei p̄ceptum que dei erant deo. ⁊ que erant

ceſaris ceſari reddebant. Congregãtes igitur ele
ctam militũ legionẽ ſcʒ. vi. milia. dclxvi. eos ad
imꝑatorẽ miſerũt: vt in bellis iuſtis imꝑatorẽ iu=
uarẽt ñ vt ꝯtra xp̄ianos arma mouerẽt ſʒ eos po
tiꝰ defenſarẽt. Huic aũt ſacratiſſime legioni dux
erat inclitꝰ vir mauriciꝰ. ſigniferi aũt candidꝰ. in
nocẽtius. exuperiꝰ. victor ⁊ ꝯſtãtiꝰ. Dyocleciañꝰ
igitur maximianũ quẽ ſibi in collegã impij aſſum
pſerat ꝯtra gallias cũ infinito exercitu miſit. et ei
legionẽ thebeã ſociauit. Hi a ſancto marcellino
papa exhortati ſunt vt ante gladijs interirẽt ꝙ fi
dem xp̄i quã acceꝑant violarẽt. B Cũ igitur
vniuerſus exercitꝰ montes alpiũ tranſmeaſſet. et
octodoꝝ aduenisset. iubet imꝑator vt oẽs q̄ ſecuʒ
erãt ydolis immolarent. ⁊ ꝯtra rebelles imperio
⁊ maxime ꝯtra chriſtianos vnanimiter coniura=
rent. Qḋ ſancti milites audiẽtes octo miliaribus
ab exercitu ſeceſſerũt. ⁊ in quodã loco amene cui
aganũ nomẽ eſt iuxta rodanũ ꝯſederũt. Qḋ au=
diens maximianꝰ: miſſis militibus p̄cepit vt ad
deoꝝ ſacrificia cũ alijs feſtinarẽt. Qui ſe nõ poſſe
facere rñderunt eo tpore q̄ fidem xp̄i hrẽnt. Tunc
imꝑator ira ſucceñſus ait. Iungit deſpectui meo
celeſtis iniuria. ⁊ mecũ religio romana ꝯtemnit.
Sentiat ꝯtumax miles nõ ſolum michi ſed etiam
dijs meis me poſſe dare vindictã. Tũc ceſar miſſis
militibus ſuis iuſſit vt aut dijs ſacrificare eos cõ
pellerẽt. aut decimũ quẽqꝫ eoꝝ ꝑimus decolla=
rent. Sancti igitur cũ gaudio capita extẽdentes.
vnus ante alterũ feſtinabat ⁊ ad mortẽ preueni=
re certabat. Tũc ſanctus mauriciꝰ aſſurgẽs inter
cetera ſic ꝯcionatꝰ eſt. Congratulor vobis qꝛ pro
fide chriſti omnes mori parati eſtis. Cõmilitones
veſtros necari ſuſtinui: qꝛ vos ad paſſionem pro
xp̄o paratos vidi: ⁊ dñi mandatũ ſeruaui q̄ ait pe
tro. Mitte gladiũ tuum in vaginã. Quia ergo iam
cõmilitoꝝ corporibꝰ vallati ſumus. ⁊ ſocioꝝ ſan=
guinibꝰ rubricatas veſtes habemꝰ. nos ipſos ad
martiriũ ſequamur. Hec ergo ſi placet ceſari mã=
demꝰ rñſa. Milites tui imꝑator ſumus. ⁊ ad de=
fenſionem reipublice arma ſuſcepimꝰ. Non eſt in
nobis proditio. nõ formido. ſed xp̄i fidẽ nullatenꝰ
deſeremus. Cũ hoc imꝑator audiſſet: iuſſit iteruʒ
vt decimũ trucidarent. Quo facto exuperius ſigni=
fer vexillũ arripiens. ⁊ inter cõmilitones ſtans di
xit. Glorioſus dux noſter mauriciꝰ de noſtroꝝ com
militonũ gl'ia eſt locutꝰ. nec exuperiꝰ ſignifer no=
ſter ideo hec arma arripuit vt talibus reſiſtamus
Proijciãt dextre noſtre arma hec carnalia. ⁊ ar=
mentur virtutibus. ⁊ talia ſi placẽt: ceſari remãde
mus. Milites ſumus imꝑator tui. ſerui aũt qḋ li=
bere ꝯfitemur xp̄i. Tibi debemꝰ militiã: illi inno=
centiã. A te laboris ſtipendiũ. ab illo exordiũ ſum
pſimꝰ vite. Omnia pro xp̄o tormẽta ſuſcipe para=
ti ſumꝰ. ⁊ ab eius fide nunꝙ diſcedemꝰ. Tũc im=
pius ceſar iuſſit ſuũ exercitũ totam legionẽ circun=
dare ita ꝙ vnꝰ euadere nõ poſſet. Vallãtur igitur
milites xp̄i a militibꝰ diaboli. ⁊ nephandis mani
bus trucidant. ⁊ pedibus equoꝝ ꝯculcãtur. ⁊ xp̄o
precioſi martires ꝯſecrãtur. Paſſi ſunt aũt circa
annos dñi. cclxxx. Dei aũt nutu ꝗplures euaſerũt.
vt in regiones alias venientes xp̄i nomen p̄dica=
rent. ⁊ glorioſiſſime in locis alijs triũphareñt. Ex
quibus fuiſſe dicũtur ſolutor. auentor ⁊ octauiꝰ
apud thaurinũ. alexãder apud ꝑgamũ. ſecũdus
apud vintinũ. necnõ ⁊ beatꝰ ꝯſtantius ⁊ victor ⁊
vrſus ⁊ ꝗplures alij. Cũ igitur carnifices p̄dam
diuiderẽt. ⁊ inſimul epularẽtur: quendam ſenem
nomine victorẽ inde caſu tranſeuntẽ ad ſecũ ꝯui=
uandũ inuitant. Ille aũt req̄rere cepit quõ inter
tot milia occiſoꝝ poſſent cũ gaudio epulari. Cum
aũt a quodã audiſſʒ ꝙ pro fide xp̄i mortui eſſent:
ſuſpirãs ille vehemẽter ingemuit beatũ omnino
ſe clamitãs ſi cũ illis fuiſſet occiſus. Cuʒ aũt com=
periſſent qm̄ chriſtianus eſſet in eum impetũ fece
runt: ⁊ ipſuʒ ꝑimus trucidarũt. C Poſt hec
maximianꝰ apud mediolanũ. diocleciañꝰ vo apud
nichomediã vna die purpurã depoſuerunt. vt pri
uatam vitam agerent. ⁊ adoleſcẽtiores. ſcʒ ꝯſtan
tius ⁊ maximꝰ ⁊ galerius quos ceſares fecerant
imꝑarent. Sed cum maximianꝰ iterũ tirãnice im=
perare vellet a ꝯſtãtio genero ſuo pſecutꝰ ſuſpen
dio vitam finiuit. Tandẽ corpus ſancti innocẽcij
de eadẽ legione in vndã rodani immerſuʒ a domi=
ciano genauenſi ⁊ grato auguſtano ⁊ prothaſio
eiuſdeʒ loci ep̄is cũ alijs in eccleſia eſt ſepultũ. In
cuius ꝯſtructione quidã gentilis artifex erat qui
alijs die dñico ſolenniʒãtibus ſolus opus ſuũ ex=
ercebat. Adeſt ſãctoꝝ exercitꝰ. rapitur. ceditur et
arguit ꝙ opus ſuum ꝓphanus aſſumpſerit. ⁊ die
dñico cum alij diuinis intenderent ipſe operibus
mechanicis inhiaret. Correctꝰ ad eccl'iam cucur=
rit. ⁊ ſe fieri chriſtianũ poſtulauit. C Ambro. in p̄
fatione de his martiribus ſic ait. Caterua fideli=
um diuino luſtrata lumine ab extremis terre fini
bus veniẽs tibi fidel'r ſupplicauit. Et tam corpo=
reis bellatoꝝ legio mucronibꝰ circũſepta ꝗqꝫ ſpi
ritualibꝰ etiã armis vallata: ad martiriũ vigili cõ
ſtantia ꝑperauit. Quos peſtifer tirannus vt eos
metu ꝯterreret ad internẽtionẽ ſupplicij gladio

decimauit. atq̃ poſtmodū ꝯſtanter eos ꝑdurātes in fide vniuerſos pariter capite plecti precepit. Sed hi tanto charitatis ardore feruebant. vt eiectis armis flexo poblice paſſim geniculantes. ſpiculatoꝝ tela hilari corde ſuſciperent. Inter quos beatus mauriciꝰ ita fidei amore ſuccenſus decertando martirij eſt coronā adeptꝰ. Hec ambroſius Mulier quedā filium ſuum abbati monaſterij in quo ſanctoꝝ martirū corpora requieſcūt erudiendum tradidit quē in breui defunctū irremediabili luctu plangebat. Cui apparēs mauriciꝰ cur filiū ſuū ſic fleret queſiuit? Que ſibi reſpondit ꝙ q̄diu viueret lachrimis nō ceſſaret. Cui ille. Noli eum flere vt mortuū: ſed ſcias eum habitare nobiſcū. ꝙ ſi ꝓbare deſideras cras ⁊ in oīb' diebus vite tue ſi ad matutinas ſurrexeris vocē eiꝰ inter monachoꝝ pſallentiū voces audire valebis. Qđ illa ſemꝑ fecit: ⁊ vocē filij cū monachis cantantē ſemper diſcernēs audiuit. ¶ Rex gaturanicus cum theſauros ſuos relictis ſeculi pōpis pauperibꝰ ⁊ eccleſijs erogaret. quendā preſbiterū miſit vt ſibi de ſacroſāctis ipſoꝝ reliquijs aſportaret. Qui cū reliquijs impetratis redičs. dū nauis orta tempeſtate in lacu lauſanenſi ꝑiret: capſā cū reliquijs fluctibus oppoſuit. ⁊ mox ſecuta fuit trāquillitas magna. ¶ Anno dñi. dcccclxiij. cum quidā monachi obtētu karoli a nicolao papa corꝑa ſancti vrbam pape ⁊ ſancti tiburcij martiris īpetraſſent. ⁊ redeuntes ſanctoꝝ martirū eccliam viſitaſſent. ab abbate ⁊ monachis impetrarūt vt corpꝰ ſancti mauricij ⁊ caput ſancti innocēcij apud anthiſiodoꝝ in eccleſia quā ſanctꝰ germanꝰ eiſdē martiribꝰ dudū dedicauerat tranſportarēt. ¶ Refert petrꝰ damiani ꝙ in burgūdia erat quidā clericꝰ ſuꝑbus, ⁊ ambicioſus qui quandā eccliam ſancti mauricij ſibi vſurpauerat. quodā potēte milite ſibi plurimū obſiſtēte. Dū aūt quadā die miſſa cantaret. ⁊ in fine euāgelij diceret. oīs qui ſe exaltat humiliabit. deriſit miſer ⁊ ait. falſum eſt. Nam ſi ego meis hoſtibꝰ me humiliaſſem: tot hodie diuitias ecclie non haberē. Et ecce fulmen inſtar gladij in os eius ꝑ qđ blaſphemie verba euomuit introiuit. ⁊ ſubito eum extinxit.

## De ſancta iuſtina. cxxxvii. A

Iuſtina a iuſtitia dicta eſt. Ipſa eñi ꝑ iuſtitiam vnicuiq̃ qđ ſuū eſt reddidit. ſcʒ deo obedientiā. ſuperiori prelato reuerentiā per ꝯcordiā. inferiori diſciplinā. inimicis patientiam. miſeris ⁊ afflictis cōpaſſionē. ſibi ſanctimoniam. ⁊ proximis charitatem.



Iuſtina virgo de ciuitate antiochie. filia ſacerdotis ydoloꝝ quotidie ad feneſtras ſedens. prelum diaconē euangeliū legentem audiebat. a quo tandem ꝯuerſa eſt. Quod cū mater patri in lecto retuliſſet. ⁊ ambo dormiſſent xp̄s cū angelis apparuit eis dicēs. Uenite ad me ⁊ dabo vobis regnū celoꝝ. Qui euigilātes ſtatim cum filia ſua ſe baptizari fecerunt. Hec ergo iuſtina virgo a cipriano plurimū moleſtata. ipm tandem ad fidē ꝯuertit. Ciprianus eñi a ſua pueritia magus extiterat. Nam cū. vij. annoꝝ eſſet: a parētibus diabolo ꝯſecratꝰ eſt. Hic igitur magice arti inſeruiebat. ⁊ matronas in iumēta ꝯuertere videbat. ⁊ multa alia ꝓſtigia exercebat. Ardēs igit in amore iuſtine ꝟginis: ad magicas artes ſe ꝯtulit: vt ipſam ꝓ ſe vł pro viro quodā acladio q̄ ſilr in eius amorē exarſerat poſſet hr̄e. Aduocat igit demonem vt ad ſe veniat ⁊ iuſtinā per eū valeat hr̄e. Adueniēs demon dixit ei. Quid me vocaſti? Cui ciprianus. Amo virginē de galileis potes ne facere vt ipſam habeam. ⁊ voluntatē meam ſecū perficiā? Cui demon. Ego qui hominē de paradiſo eijcere potui. cayn frēm ſuū occidere ꝓcuraui. iudeos xp̄m occidere feci. homīes ꝑturbaui. ⁊ nō potero facere vt vnā puellam habeas. ⁊ ea iuxta tuū placitū fruaris? Unguentū hoc accipe ⁊ circa domū eiꝰ deforis ſparge. ⁊ ego ſuꝑueniēs cor eiꝰ in tuū amorē incendā. ⁊ tibi eam aſſentire ꝯpellam. Sequēti nocte demō ad eam ingredit: ⁊ cor eius ad amorē illicitū incitare conat. Qđ illa ſen-

tiens deuote ſe dño ꝯmēdauit. ⁊ totū corpus ſuū ſigno crucis muniuit. Ad ſignū aūt ſancte crucis diabolus territ⁹ fugit. ⁊ ad ciprianū veniēs ante eum ſtetit. Cui ciprian⁹ dixit. Quare nō adduxiſti ad me virginē illā? Cui demon. Vidi in ea quoddam ſignū ⁊ ꝯtabui: ⁊ omnis virt⁹ in me defecit. Ciprianus aūt eum dimiſit: ⁊ aliū fortiorē vocauit. Cui demon. Audiui tuā iuſſionē. ⁊ vidi illius impoſſibilitatē. Sed ego emendabo ⁊ tuā cōplebo voluntatē. Aggrediar eam ⁊ cor eius vulnerabo in amorē libidinis. ⁊ ea iuxta deſideriū tuū ꝑfrueris. Ingrediēs igit̄ diabol⁹ nitebat̄ ei perſuadere. ⁊ animū ei⁹ ad amorē illicitū inflāmare. Illa aūt ſe deo deuote recommendās: ſigno crucis omnē tēptationē repulit. ⁊ inſufflās in demonem ꝓtinus eū abiecit. Demon aūt ꝯfuſus abijt ⁊ aufugit: ⁊ añ ciprianū ſtetit. Ad quē ciprianus. Et vbi eſt v̄go ad quā te trāſmiſi? Et demon. Victū me fateor: ⁊ qualr̄ dicere p̄timeſco. Quoddam eñ ſignū terribile in ea vidi. ⁊ ꝯtinuo robur om̄e amiſi. Tūc ciprian⁹ eū deridens dimiſit. ⁊ ipſum principē demonū aduocauit. Cūq̄ veniſſet ad eū: dixit. Que eſt virt⁹ v̄ra tam modica vt vincat̄ ab vna puella? Dixit demon. Ecce egrediēs varijs febribus eā vexabo. ⁊ animū ei⁹ ardētius inflāmabo. ⁊ totū corp⁹ eius vehemēti ardore reſpergā. ⁊ freneticā illam faciā. ⁊ varia ſibi fantaſmata offeram. ⁊ media nocte eā adducā tibi. Tūc diabol⁹ in ſpēm vni⁹ v̄ginis ſe trāſfigurauit. ⁊ ad virginē veniēs dixit. Ecce ad te venio q2 tecū in caſtitate viuere ꝯcupiſco. Veruntñ dic q̄ſo te: quenā certaminis nr̄i merces erit? Cui ſctā virgo rñdit. Merces quidā multa: labor modic⁹. Dicit ei demon. Quid eſt ergo qđ deus precipit? Creſcite ⁊ multiplicamini: ⁊ replete terrā. Timeo ergo bona ſocia ꝙ ſi in virginitate manſerim⁹ verbum dei irritū faciem⁹ ⁊ velut ꝯtēnentes ⁊ inobediētes in graue iudiciū decidem⁹. ⁊ vnde videbamur ſperare premiū graue incurrem⁹ tormentū. Cepit aūt cor virginis grauibus cogitationib⁹ ꝑ immiſſionē demonis ꝯcuti. ⁊ ardore ꝯcupiſcētie fortius inflāmari: adeo vt iam ſurgēs abire vellet. Tūc ſancta v̄go ad ſe reuerſa. ⁊ quis eſſet qui ſecū loq̄ret̄ intelligens. ꝯtinuo ſe cruce muniuit. ⁊ in diabolum ſufflans ipſum inſtar cere ꝓtinus liquefecit. ⁊ ab omni tēptatiōe ſtatim liberatā ſe ſenſit. C ¶ Poſtmodū diabol⁹ in ſpeciē iuuenis pulcerrimi ſe trāſfigurauit. ⁊ thalamū eius ingrediēs cū ipſa in lectulo iaceret. impudenter in ei⁹ lectulū ꝓſiliuit. ⁊ in eius amplex⁹ ruere voluit. Qđ videns iuſtina et malignū ſpiritū adeſſe ꝯgnoſcens: mox ſignum crucis edidit ⁊ inſtar cere diabolū liquefecit. Tūc diabolus ꝑmittēte deo febrib⁹ eā fatigans ⁊ plꝛes cum gregib⁹ ⁊ armētis occidens: maximā mortalitatem in tota antiochia futurā per demoniacos p̄dicebat: niſi iuſtina ꝯiugio ꝯſentiret. Qua ꝓpter tota ciuitas morbo languens: ad ianuam parentum iuſtine ꝯuenit: clamans vt iuſtinā ꝯiugio traderent. ⁊ ſic ciuitatē a tanto ꝑiculo liberarēt. Sz cū iuſtina nullaten⁹ ꝯſentiret. ⁊ ex hoc mortē eidē oēs minarētur. vij. anno mortalitatis ipſa ꝓ eis orauit ⁊ omnē peſtilētiā ꝓpulſauit. Vidēs at diabolus ꝙ nichil ꝓficeret. in formā iuſtine ſe traſmutauit vt famā iuſtine pollueret ⁊ ciprianū deludēs ſe iuſtinā ad ſe adduxiſſe iactabat. Pergens igit̄ diabolus ad ciprianū in ſpecie iuſtine. ad ipm̄ cucurrit ⁊ eū quaſi que ei⁹ amore lāgueret oſculari voluit. Quā ciprian⁹ videns ⁊ iuſtinā eſſe credēs gaudio repletus ait. Bñ veniſti iuſtina omniū feminarꝫ decora. Mox vt ciprian⁹ nomē iuſtine nominauit: diabolus nomen illud ferre nō potuit. ſz ad ei⁹ ꝓlationē inſtar fumi ſtatim euanuit. Quapropter ciprian⁹ deluſum ſe vidēs triſtis remāſit. Unde ⁊ amplius in amorem iuſtine eſtuans ad hoſtiū v̄ginis diu vigilauit. ⁊ q̄nq̄ i feminā. q̄nq̄ in auē vt videbat̄ arte magica ſe cōmutans. cū veniſſet ad hoſtiū virginis neq̄ femina neq̄ auis ſz ciprian⁹ ꝓtin⁹ apparebat. ¶ Acladi⁹ quoq̄ arte diabolica mutat⁹ in paſſerē cū ad feneſtrā iuſtine volaſſꝫ: mox vt virgo eū aſpexit: nō paſſer ſz acladi⁹ apparuit. anguſtiariq̄ nimis cepit: ac tremere q2 nec fugere poterat nec ſalire. Timēs v̄o iuſtina ne cadēs creparet cū ꝑſcalā deponi fecit. ⁊ admonēs vt a ſua veſania ceſſaret: ne iuxta leges tāq̄ malefic⁹ puniret̄. Iſta oīa ſcꝫ figmēta dyabolica ad quādaꝫ apparentiā fiebāt. D ¶ Vict⁹ igit̄ ꝑ oīa diabol⁹ ad ciprianū redijt. ⁊ añ eū ꝯfuſus ſtetit. Cui dixit ciprian⁹. Nunqd ⁊ tu vict⁹ es? Que ē miſer virt⁹ v̄ra vt vnā puellā nō poſſitis vincere. nec in eam ptātem hr̄e: ſꝫ ecōuerſo ipſa vos vincat. ⁊ tam miſerabilr̄ vos ꝓſternat? Dic tñ michi obſecro in quo eſt eius tam maxia fortitudo. Cui demō ait. Si michi iuraueris vt a me nequaq̄ recedas: virtutē eius victorie tibi pandā. Cui ciprianus. Per qđ tibi iurabo? Cui demō. Iura michi ꝑ v̄tutes meas magnas ꝙ a me nūq̄ diſcedas. Dicit ei ciprianus. Per v̄tutes tuas magnas tibi iuro ꝙ a te nunq̄ diſcedaꝫ. Tūc diabol⁹ quaſi ſecur⁹ ei dixit. Puella illa ſignū crucifixi edidit. ⁊ ſtatim ꝯtabui ⁊ omnē virtutē amiſi. ⁊ quaſi cera a

# De ſanctis Coſma et Damiano

facie ignis effluxi. Dicit ei ciprianus. Ergo crucifixus maioꝛ te eſt. Et demon. Utiqꝫ maioꝛ oībus eſt: ⁊ nos ⁊ oēs quos hic decipim⁹ tradet igni inextinguibili cruciādos. Cui ciprian⁹. Ergo ⁊ ego amic⁹ debeo fieri crucifixi: ne tantā aliqñ penam incurrā. Cui diabol⁹. Juraſti mihi ꝑ virtutes mei exercit⁹ ꝑ quas nemo piurare valet ꝙ a me nunꝙ diſcederes. Ad quē ciprian⁹. Te ⁊ oēs fumigantes tuas virtutes ꝯtēno. ⁊ tibi ⁊ oībus diabolis tuis abrenuncio. ⁊ crucifixi ſalutari ſigno me munio. Statimqꝫ ab eo diabol⁹ ꝯfuſus diſceſſit. Tūc ciprian⁹ ad epm iuit. Quē vidēs eps ⁊ credēs eū veniſſe vt xpianos in errorē mitteret. ait ei. Sufficiant tibi cipriane hi qui foris ſunt. Nichil em̄ poteris aduerſus eccl'iam dei. Jnuicta eſt em̄ virtus xpi. Cui ciprian⁹. Certus ſum qꝛ inuicta eſt virt⁹ xpi. Narranſqꝫ que ſibi acciderāt ab eo ſe baptizari fecit. Qui poſtmodum tam in ſciētia ꝙ in vita valde ꝓficiēs: mortuo epo ipſe in epm oꝛdinat⁹ ē. Beatā vo virginē iuſtinā in monaſterio poſuit ⁊ multis ſacris virginib⁹ eā ibidē in abbatiſſam ꝓfecit. Sanct⁹ aūt ciprianus martirib⁹ ep'las ſepe mittebat. ⁊ eos in certamīe roboꝛabat. Comes āt regionis illi⁹ audiēs famā cipriani ⁊ iuſtine eos ad ſe ꝑñtari fecit. ⁊ an ſacrificare vellent reqſiuit Qui dū in fide xpi ꝑſiſterēt firmi: iuſſit eos in ſartaginē plenā cera. pice ⁊ adipe poni. Que tn̄ eis mirum refrigeriū ꝑſtitit. nec aliqḋ ſuppliciū irrogauit. Sacerdos aūt ydoloꝝ ꝑfecto dixit. Jubeas me ante ſartaginē ſtare. ⁊ ꝯfeſtim vincam omnē virtutē coꝝ. Cū ergo iuxta ſartaginē veniſſet dixit. Magnus es deus hercules. ⁊ pater deoꝝ iupiter. Et ecce ꝯtinuo de ſartagine ignis exiuit. et penit⁹ eū ꝯſumpſit. Tūc ciprian⁹ ⁊ iuſtina ḋ ſartagine extrahunt. ⁊ data ſup eos ſnīa pariter decollātur. Hoꝝ coꝛpa cū. vij. dieb⁹ ad canes ꝓiecta māſiſſent. poſtmodū romā tranſlata ſunt. Nunc aūt vt dꝛ placētie reqeſcūt. Paſſi ſunt aūt. vi. kl's octobꝛis Circa annos dn̄i. cclxxx. ſub dyocleciano.

## De ſctis coſma ⁊ damiano cxxxviii

Coſmas dꝛ a coſmos qḋ eſt foꝛma vel oꝛnatus. Uel ſcḋm yſidoꝝ coſmos grece dꝛ mūdus latine. Fuit em̄ foꝛma alijs in exemplis oꝛnat⁹ virtutib⁹ bonis. mūdus ab omnib⁹ vicijs. ¶ Damianus dict⁹ eſt a dama quadā beſtia que homil' eſt ⁊ manſueta. Uel damian⁹ a dogma qḋ eſt doctrīa. ⁊ ana qḋ eſt ſurſum. Uel a damū qḋ eſt ſacrificiū. Uel damian⁹ quaſi dn̄i man⁹ Jpſe em̄ manſuetudinē habuit in ꝯuerſatione. doctrinam ſupernam habuit in pꝛedicatione. ſacrificium fuit in carnis maceratione. dn̄i manus fuit in medicinali curatione.



Coſmas ⁊ damianus germani frēs in ciuitate egea ex religioſa mr̄e noīe theodora nati ſunt. Hi arte medicine edocti tantam a ſpūſancto grām accepert vt oēs languoꝛes nō ſolū ab hoībus ſed etiā a iumētis curarēt. gratis oīa tribuētes. Matrona aūt quedā noīe palladia cū oīa ſua in medicis ꝯſump ſiſſet. ad ſctōs acceſſit. ⁊ ab eis ſanitatē integrā repoꝛtauit. Tūc illa quoddā munuſculū ſctō damiano obtulit. Et cū nollet recipe illa eū ſacramētis terribilib⁹ adiurauit. Qḋ ille acquieuit recipe: nō quidā duct⁹ cupiditate muneris: ſed ⁊ deuotioni ſatiſfaciēs offerentis. ⁊ ne nomē dn̄i videret ſpernere ꝑ qḋ videbat ſic ſe adiuratū eſſe. Hoc vbi ſanct⁹ coſmas cōperit ꝑcepit ne coꝛpus ei⁹ vna cū ipſi⁹ coꝛpe poneret. Sed ſequenti nocte dn̄s coſme apparuit ⁊ frēm de ſuſcepto munere excuſauit. ¶ Audiens coꝝ famā ꝓconſul liſias eos ad ſe acceſſiri fecit. ⁊ q̄ coꝝ ſunt noīa. q̄ patria. q̄ foꝛtuna inqrere cepit. Sācti martires dixerūt. Noīa nr̄a ſunt coſmas ⁊ damian⁹. ⁊ alios tres frēs habem⁹ quoꝝ noīa ſunt antim⁹ leonci⁹ ⁊ euprepius Patria aūt nr̄a arabia eſt Poꝛro foꝛtunā xpiani neſciūt. Juſſit ergo proconſul vt frēs ſuos adducerēt. ⁊ ſil' ydolis immolarēt. Sed cum oīno immolare ꝯtemnerēt ꝑcepit eos in manib⁹ ⁊ pedibu dire toꝛqueri. Cū aūt eius toꝛmēta deriderēt: iuſſit eos cathena ligari ⁊ in mare ꝑcipitari. Sed ſtatim ab angelo de

mari liberantur ⁊ ante preſidem ſtatuuntur. Quod
pſes ꝯſiderans ait. Per deos magnos maleficijs
vincitis: qꝛ tormēta ꝯtēnitis ⁊ mare ſopitis. Do-
cete ergo me hec vr̄a maleficia: ⁊ in noīe dei adri
ani ſequar vos. Et hoc dicto ſtatim duo demōes
affuerūt ⁊ eū grauiſſime in faciē ceciderūt. Et ille
clamās dixit. Dep̄cor vos o boni viri: vt pro me
ad dn̄m veſtrū oretiſ. Quibꝰ orātibꝰ ꝯtinuo demo
nes diſceſſerūt. Preſes aūt dixit. Uidetis qualr̄
aduerſuꝫ me dij indignati ſunt: qꝛ eos relinquere
cogitabam. Jam ergo deos meos vos nō patiar
blaſphemare. Tunc eos in ignē copioſum iactari
pcepit. ſꝫ tn̄ eos nil leſit qn potiꝰ flāma ꝓſilijt lon
ge. ⁊ mltos de aſtantibꝰ interemit. Jubētur ergo
in eculeo ſuſpēdi. Sed ab angelo ipos cuſtodiēte
fatigatis ad modū in cedēdo miniſtris añ pſideꝫ
deponūtur illeſi. Tres igit frēs in carcerē fecit re
cludi. ⁊ coſmā ⁊ damianū crucifigi. ⁊ a pplo lapi-
dari. Sed in ſuos lapides redibāt auctores. ⁊ q̄-
plurimos vulnerabāt. Tunc pſes furore repletus
eductis tribus fratribꝰ ⁊ ſtātibꝰ iuxta crucē iuſſit
coſmā ⁊ damianū ſupra crucē a quatuor militibꝰ
ſagittari. Sagitte vero ꝯuerſe plurimos vulnera
bant: ſed ſanctos martires nō ledebāt. Uidēs au
tem preſes in oībus ſe ꝯfuſū. vſqꝫ ad mortē angu-
ſtiatus: oēs quinqꝫ frēs fecit ſil decollari. Memo
res aūt xp̄iani verbi qd̄ dixerat ſanctus coſmas:
ne in vnū ſepelirētur. cogitabāt quō vellēt marti
res ſepeliri. Et ecce ſubito camelus aduenit ⁊ hu
mana voce ꝓclamans ſanctos in vno loco ſepeli-
ri pcepit. Paſſi ſunt ſub diocleciano qui cepit cir
ca annos dn̄i. cclxxxvij. B ❡ Ruſticus quidam
cum poſt laborē meſſis in cāpo apto ore dormiret
ſerpens in eius ventrē ingreſſus eſt. Euigilans
autē cum nichil ſentiret domū redijt. ⁊ ſero facto
grauiſſime torqueri ſe ſenſit. Uoces igit miſerabi
les emittebat. ⁊ ſanctos dei coſmā ⁊ damianū in
ſui auxiliū inuocabat. Sed cū dolor ſp increſceret.
ad eccleſiā ſanctoꝝ martirū ꝯfugit ⁊ ibidē eo ſub
ito dormiēte ſerpens ſicut p os eiꝰ intrauerat ſic
exiuit. ❡ Uir quidā longe ꝓfecturus: ſanctis mar
tiribus coſme ⁊ damiano vxorem ſuam cōmenda
uit dās ei ſignū cui ꝯtinꝰ deberꝫ annuere ſi aliqn̄
eam vocaret. Poſt hoc aūt ſciēs ſignū diabolꝰ qd̄
ei maritꝰ dederat ſe in hoiem transfigurauit ⁊ ſi
gnū viri offerēs dixit. Uir tuꝰ ab illa ciuitate me
miſit ad te: vt ducam te ad eum. At illa adhuc ire
formidans ait. Signum quidē agnoſco ſed qꝛ ſan
ctis martiribꝰ coſme ⁊ damiano cōmendata ſum
ſup eoꝝ altare michi iura qꝫ ſecurā me duces. et
tunc ꝯtinus ꝓficiſcar. Jlle aūt ꝯtinuo vt dixerat
ſibi iurauit. Secuta ergo eū cum ad quendā locū
ſecretū veniſſent: voluit eam de iumēto diabolꝰ
pcipitare vt eā occideret. Quod illa ſentiēs exclama
uit. Deus ſanctoꝝ coſme ⁊ damiani adiuua me.
Uobis eñ credidi ⁊ ſecuta ſum eū. Confeſtim aūt
ſancti cū multitudine dealbatoꝝ ibidē affuerūt ⁊
eam liberauerūt. Diabolꝰ vo ſtatim euanuit. Et
dixerūt ei. Nos ſumꝰ coſmas ⁊ damianus quoꝝ
iuramēto credidiſti. ideoqꝫ feſtinauimꝰ venire in
auxiliū tibi. ❡ Felix papa attauꝰ ſancti gregorij
in honore ſanctoꝝ coſme ⁊ damiani nobilē ecclīaꝫ
rome ꝯſtruxit. Jn hac ecclīa vir qdā ſanctis mar
tiribꝰ ſeruiebat cui cācer vnū crus totū ꝯſumpſe-
rat. Et ecce dormiēte illo ſancti coſmas ⁊ damia-
nus deuoto ſuo apparuerūt. vnguēta ⁊ ferramēta
ſecū portāt. Quoꝝ vnꝰ alteri dixit. Ubi carnes ac
cipiemꝰ vt abſciſa carne putrida locum vacuū re-
pleamꝰ. Tunc ait alter. Jn cimiterio ſancti petri
ad vincula hodie ethiops recens ſepultꝰ eſt. De
illo ergo affer vt huic ſuppleamꝰ. Et ecce ad cimi
teriū ꝓperauit. ⁊ coxā mauri attulit. pcidenteſqꝫ
coxā infirmi loco eiꝰ coxā mauri inſeruerūt. ⁊ pla
gam diligenter vngentes coxā infirmi ad corpus
mauri mortui detulerūt. Euigilans aūt cū ſe ſine
dolore ſenſiſſet manū ad coxā appoſuit. ⁊ nil leſi-
onis inuenit. Apponenſqꝫ candelam cū in crure
nichil mali videret: cogitabat an nō ipſe q̄ erat ſꝫ
alius alter eſſet. Rediēs aūt ad ſe pre gaudio de
lectulo ꝓſilijt. ⁊ quid in ſomnis viderat ⁊ qualr̄
ſanatus fuerat omnibus enarrauit. Qui ꝯciti ad
tumulum mauri miſerūt ⁊ coxam mauri preciſaꝫ
et coxam predicti viri loco illius in tumulo poſi-
tam repererūt. Paſſi ſunt autem circa annos dn̄i
cclxxx ſub diocleciano.

## ❡ De ſancto foroſeo cxxxix A

Foroſeus ep̄s cuiꝰ hiſtoriā beda ſcripſiſſe
creditur. dum oī virtute ⁊ bonitate pol-
leret. ad extremū veniēs ſpm̄ emiſit. Ui-
dens quoqꝫ duos angelos ad ſe venientes. ⁊ eius
animā deferētes. terciū vero armatū ſcuto cādido
⁊ gladio fulgureo ſe pcedentem ꝯſpexit. Deinde
demones clamātes audiuit. Precedamꝰ ⁊ añ fa-
ciem eius bella ꝯmoueamꝰ. Cum ergo pceſſiſſent
ꝯuerſi iactabant in eū ignita iacula. Sed angelꝰ
pcedēs ſcuto ea ſuſcipiebat. ⁊ ꝯtinꝰ extinguebat.
Tunc demones angelis opponētes dixerūt. Oci-
oſos ſermones ſepe dixit. ⁊ ideo illeſus nō debet
pfrui vita beata. Quibus angeli. Niſi principalia
vicia ꝯtra eū ꝓtuleritis: ppter minima nō pbit.

# De ſancto Foroſeo



Tunc dixit eis demon. Si iuſtus eſt deus: homo hic nõ ſaluabit̃. Scriptũ eſt em̃. Niſi ꝯuerſi fueritis. ⁊ efficiamini ſicut puuli: nõ intrabitis in regnũ celoꝝ. Cui angelus excuſans ait. Intelligẽtiã in corde habuit: ſed ꝯſuetudo hominũ ꝯcitauit. Cui demon. Sicut accepit malũ ex ꝯſuetudine. ita accipiat vindictã a ſupno iudice. Sãctus angelꝰ dixit. Judicemur añ deũ. Precliãte angelo aduerſarij territi ſunt. Tũc demon dixit. Seruꝰ q̃ ſcit voluntatẽ dñi ſui ⁊ nõ facit: plagis vapulabit multis. Cui angelꝰ. Quid em̃ iſte de dñi ſui volũtate non impleuit? Et demon. Dona iniquoꝝ recepit. Cui angelus. Credidit ꝙ vnuſquiſq; eoꝝ penitẽtiã egiſſet. Demon dixit. Ante debuit ꝓbare penitẽtie ꝑſeuerantiã: ⁊ ſic fructꝰ ſuſcipe. Angelus rñdit. Judicemur añ deũ. Sed demon ſuccubuit. Iterũ aũt ad bellandũ ſurrexit dicẽs. Vſq; nunc deũ exiſtiabamꝰ veracẽ q̃ oẽ delictũ qd̃ in terris non purgatur ſe in eternum puniturum ꝓmiſit. Hic ergo homo quandã veſtem a quodã vſurario recepit. nec de hoc punitus fuit. Vbi eſt ergo iuſticia dei? Cui angelꝰ. Silete q: occulta dei iudicia ignoratis. Quãdiu em̃ ſperat̃ penitẽtia: comitat̃ hominẽ diuina miſc̃dia. Demon rñdit. Sed nullꝰ hic locus eſt penitẽtie. Cui angelus. Profunditatem iudicioꝝ dei ignoratis. Erit etem̃. Tũc diabolus tam grauiter eũ ꝑcuſſit: vt poſtmodũ vite reſtitutus ſp̄ ꝑcuſſionis veſtigiũ retineret. Arripiẽtes em̃ demones vnũ de his quos in ignibus torquebant. ipſum in eum iactauerũt. qui eiꝰ humerum maxillamq; incendit. Cognouitq; hominem q: ille erat cuiꝰ veſtem accepat. Dixitq; angelus. Qd̃ incẽdiſti arſit te. Si em̃ huiꝰ viri in peccatis mortui donũ non accepiſſes: nec pena in te arderet. Et hãc ꝑcuſſionẽ ꝑmittẽte deo ꝓ receptione veſtimẽti illiꝰ ꝑcepit. Alter aũt demon dixit. Adhuc reſtat illi anguſta porta vbi illũ ſupare poterimus. Diliges ꝓximũ tuũ ſicut teipſum. Rñdit angelus. Vir iſte in ꝓximos ſuos operatꝰ eſt bona. Aduerſariꝰ rñdit. Non ſufficit hoc: niſi etiã ſicut ſeipm̃ dilexerit. Cui angelus. Fructꝰ dilectionis eſt bene oꝑari: q: deus reddet vnicuiq; ſcd̃m oꝑa ſua. Dixitq; demon. Sed q: verbũ de diligendo nõ impleuit damnatꝰ erit. Pugnante turba nefanda. ſancti angeli victores fuerũt. Dixit iterum demon. Si deus iniquus nõ eſt. ⁊ verbi illiꝰ tranſgreſſio ei diſplicet. iſte penaꝝ expers ñ erit. Promiſit em̃ ſeculo abrenũciare: ⁊ ecõtrario ſeculum dilexit ꝯtra id qd̃ dictũ eſt. Nolite diligere mundum neq; ea que in mũdo ſunt. Sanctꝰ angelus rñdit. Non ſibi ea que ſunt ſeculi ſed hoĩbus indigentibꝰ diſpenſanda dilexit. Diabolꝰ rñdit. Qualicunq; modo diligatur ꝯtra p̃ceptum diuinum eſt. Victis aduerſarijs rurſus diabolꝰ ad callidas cõuertitur accuſationes dicẽs. Scriptũ eſt. Si non annuntiaueris iniquo iniquitatẽ ſuam: ſanguinẽ eiꝰ de manu tua requirã. Hic nõ annũciauit, digne pctõribus penitentiã. Sãctus angelꝰ rñdit. Qñ auditores deſpiciũt verbũ. lingua doctoris loqui prepeditur dũ videt ꝙ p̃dicatio audita deſpicitur Vnde prudẽtis eſt dũ nõ eſt loquẽdi tp̄s noſſe tacere. In omni vero ꝯtradictione demonũ preualida nimis extitit pugna: donec iudice dño triumphãtibus angelis. deuictiſq; aduerſarijs. immenſa claritate vir ſanctꝰ circũfuſſus eſt. Vnꝰ autẽ. vt beda teſtat̃. ex angelis dixit ei. Reſpice mundum Reſpiciẽſq; vidit vallem tenebroſam ⁊ quatuor ignes in aere aliqbꝰ ſpacijs a ſe diſtãtes. Dixitq; ei angelꝰ. Hi ſunt quatuor ignes q̃ mũdũ ſuccendunt. Vnꝰ eſt ignis mẽdacij. cũ hoc ꝙ abrenũciare diabolo ⁊ omnibꝰ pompis eiꝰ in baptiſmo hoĩes ꝓmiſerũt: minime implent. Scd̃s cupiditatis. cũ mũdi diuitias amore celeſtiũ preponũt. Tercius eſt diſſenſiõnis: cum aĩos ꝓximoꝝ in ſupuacuis rebus offendere nõ formidãt. Quartꝰ impietatis cũ infirmiores expoliare ⁊ eis fraudẽ facere pro nichilo ducũt. Deinde illi ignes appropinquãtes in vnũ redacti ſũt. ⁊ illi appropinquabãt. Timẽſq; angelo dixit. Dñe ignis michi appropinquat. Cui angelus. Quod nõ accẽdiſti nõ ardebit in te.

# De ſancto Michaele

Ignis enĩ iſte ſcđm merita operũ hominũ ſinglos examinat. Nam ſicut corpꝰ ardet ꝑ voluntatẽ illicitã. ita etiã ardebit ꝑ debitã penã. Tandẽ ad proꝑiũ reductꝰ eſt corpus. plangẽtibꝰ ꝓpinqs q̃ eũ mortuũ eſtimabãt. Ille aũt aliquãto tꝑe ſuꝑuixit et in bonis oꝑibus laudabilr̃ vitam finiuit.

## De ſancto michaele cxl A



Michael interꝑ̃tatur quis vt deus. Et quotiens ſicut ait greg. mire virtutis aliqd agitur michael mitti ꝑhibetur. vt ex ipſo actu ⁊ nomine detur intelligi ꝙ nullus põt facere qđ facere ꝑ̃ualet deus. Et idcirco eidẽ michaeli multa que ſunt mire virtutis attribuuntur. Ipſe enĩ vt daniel atteſtaᵗ in tꝑe antichriſti ꝯſurget. ⁊ pro electis tanꝙ̃ defenſor ⁊ ꝓtector aſtabit. Ipſe cum dracone ⁊ angelis eiꝰ pugnauit. ⁊ ipm̃ de celo eijciẽs victoriã fecit magnã. Ipſe cũ diabolo de moyſi corꝑe altercatꝰ eſt: eo ꝙ diabolus eiꝰ corpꝰ ꝓdere voluit: vt ipſum pro deo iudeoꝝ ppl̃s adoraret. Ipſe ſanctoꝝ aĩas recipit ⁊ in paradiſum exultationis perducit. Ipſe olim princeps fuit ſinagoge: ſed nunc conſtitutus eſt a dño in principem eccleſie. Ipſe vt dr̃ plagas egiptijs intulit. mare rubrum diuiſit. ppl̃m per deſertũ duxit. ⁊ in terram ꝓmiſſionis introduxit. Ipſe inter ſanctoꝝ acies angeloꝝ ſignifer xp̃i habetur. Ipſe ad dñi imperiũ antixp̃m exiſtentẽ in monte oliueti ꝓpotenter occidet. In voce ipſiꝰ archangeli michaelis mortui reſurgẽt. Ipſe crucem. clauos. lanceam ⁊ coronã ſpineã: in die iudicij p̃ntabit. B

Michaelis archangeli ſacra ſolennitas dr̃ apparitio. dedicatio. victoria ⁊ memoria. Apparitio ipſiꝰ angeli mltiplex eſt. Prima qua in monte gargano apparuit. In appulia namq; eſt quidã mons noĩe garganꝰ: iuxta ciuitatem q̃ dr̃ ſipõtus. Anno aũt dñi. cccxc. in p̃dicta vrbe de ſiponto erat quidã vir noĩe garganus q̃ ſcđm quoſdam libros a monte illo nomen acceꝑat. vel a quo mons ille nomen acceꝑat. Qui ouiũ ⁊ boũ infinita multitudine pollebat. Cum aũt circa predicti montis latera paſcerẽtur. Contigit quẽdam thaurũ alios relinquere. ⁊ verticẽ montis ꝯſcendere. Cum domũ alijs redeũtibꝰ nõ rediſſet. collecta dñs multitudine famuloꝝ ꝑ deuia queq; req̃rens. ipſum tandem in vertice mõtis iuxta hoſtiũ cuiuſdam ſpelunce inuenit. Permotus itaq; cur ſoliuagus incederet: mox in ipm̃ ſagittã toxicatã direxit. Sed ſtatim velut a vento retorta ipm̃ qui iecerat reꝑcuſſit. Turbati ſuꝑ hoc ciues. ep̃m adeunt. ⁊ ſuꝑ re tam ſtupenda ipm̃ req̃runt. Qui triduanũ ieiuniũ eis indixit. et a deo querendũ eſſe admonuit. Quo ꝑacto ſanctꝰ michael ep̃o apparuit dicens. Sciatis hominẽ illũ voluntate mea ſuo telo eſſe ꝑcuſſum. Ego enĩ ſum michael archangelus qui locũ hunc in terris incolere tutumq; ſeruare ſtatuens. hoc volui ꝓbare indicio. ipſiꝰ me loci inſpectorẽ eſſe atq; cuſtodẽ. Statimq; ep̃s atq; ciues cum ꝓceſſione locũ adeunt. et ingredi non p̃ſumentes orõni pre foribus inſiſtunt. Secunda apparitio eſt q̃ circa annũ dñi. dccx. accidiſſe deſcribitur. Nã in loco q̃ tumba dicitur iuxta mare. vi. milibus ab vrbe abrincẽſi michael ep̃o p̃dicte ciuitatis apparuit iubẽs. vt in p̃dicto loco ecclĩã ꝯſtrueret. ⁊ ſicut fit in mõte gargano ita ⁊ ibi in memoriã ſancti michaelis archãgeli celebraret. Cũ aũt ep̃s de loco in quo ecclĩam ꝯſtrueret dubitaret. ab ipſo edoceᵗ vt ibi ꝯſtrui eã faceret vbi thaurũ a latronibꝰ abſconditũ inueniret. Iterũq; de loci amplitudine dubitãs iubeᵗ modũ in amplitudie ſtatuere quantũ videret thauꝝ in circuitu pedibꝰ intriuiſſe. Due aũt rupes ibidẽ erãt quas nullatenus virtus hũana mouere poterat. Tũc michael cuidã viro apparuit precipiẽs vt ad p̃dictũ locum accedat et ipſas rupes remoueat. Quo accedẽte tam facile rupes mouit vt nichil hr̃e ponderis videretur. Edificata igiᵗ ibidẽ ecclĩa de monte gargano partem pallij qđ ſanctꝰ michael ſuꝑ altare poſuit. ⁊ partẽ marmoris ſuꝑ quo ſtetit ad ſuam ecclĩam detulerũt. Cũ vero ibidẽ aque penuriã paterenᵗ. monitu ãgeli quoddã foramẽ in quodã

ſaxo duriſſimo fecerunt. ⁊ tanta aquaꝝ copia pro
tinus emanauit. vt vſqꝫ nūc ei⁹ bñficio copioſius
ſuſtentetur. Hec aūt apparitio in p̄dicto loco. xvij
kaleñ: nouēbris ſolēniter celebratur. In eodem
aūt; loco quoddā memoria dignū contigiſſe refert
miraculū. Ille eñ mons vndiqꝫ occeano cingitur
Sed bis in die ſancti michael' iter p̄bens populo
agitur Cum ergo copioſa turba ad eccl'iā pgeret
cōtigit et quandā mulierē grauidā vicinā qꝫ par-
tui ſecū ire. Et ecce magno impetu vnda rediit et
oīs turba timore ꝯcuſſa ad litus fugit. ſola autem
mulier p̄gnans fugere nō valuit. ſed a marinis flu
ctibus capta fuit. At michael archangelus mulie
rē ſeruauit illeſā. ita etiā ꝙ in medio pelagi filiū
parturiuit quē in vlnis ſuſcipiēs lactauit. et mari
iterū ſibi iter p̄bente cū puero leta exiuit. ¶
Tercia apparicio eſt. q̄ rome tp̄e gregorij pape le
gitur accidiſſe Nam dū idē gregorius papa ꝓpter
peſtē inguinariā letanias maiores inſtituiſſet et
deuote ꝑ ſalute ppl'i exoraret. vidit ſupra caſtrū
quod olim memoria adriani dicebať. angelum do
mini qui gladiū cruētatū tergebat ⁊ in vaginā mit
tebat. Unde ſanct⁹ gregori⁹ intelligens p̄ces a do
mino exauditas eccleſiā in honorē angelorū ibidē
ꝯſtruxit. Unde ⁊ caſtrū illud vſqꝫ nūc caſtrū ſancti
angeli vocatur. Hec aūt apparitio cū illa q̄ in mō
te gargano apparuit cū ſipontanis victoriā dedit
viij. idus maij celebratur ¶ Quarta apparicio eſt
que ꝯſiſtit in gerarchijs ipſoꝝ angelorū. Nam pri
ma gerarchia dicitur ephibania. ideſt. ſupior appa
ricio. media diciť ipphania. ideſt. media apparicio
vltima dicitur ipophania. ideſt. inferior apparitio
Et dicitur ierarchia a gerar quod eſt ſacrum ⁊ ar-
chos princeps. quaſi ſacer pricipat⁹. Quelibet au
tem ierarchia continet tres ordines. Nam ſupior
ꝯtinet ſeraphin. cherubin ⁊ thronos. Media ꝯti-
net ſcd̄m aſſignationem dyoniſij dñationes. virtu-
tutes ⁊ poteſtates. Ultima ꝯtinet ſcd̄m aſſignatio
nē eiuſdē. principat⁹. archangelos et angelos. Et
horū ordinatio et diſpoſitio poteſt videri p ſimile
in terrenis poteſtatibus. Nam miniſtroꝝ qui ſunt
ſub vno rege. quidā opantur immediate circa per-
ſonā regis. ſicut cubicularij. cōſiliarij et aſſeſſores.
Similes his ſunt ordines prime ierarchie. Qui-
dā vero habent officia ad regimē regni in cōmuni
nō deputati huic vł illi ꝓuīcie. vt pricipes militie
et iudices curie. Similes his ſunt ordines ſecūde
ierarchie. Quidā vero p̄ponunť ad regimē alicui⁹
ptis regni vt p̄poſiti ⁊ balliui ⁊ huiōi minores offi
ciales. Et his ſiles ſunt ordines tercie gerarchie.

Tres igitur ordines prime ierarchie accipiunť
inquantū deo aſſiſtūt. ⁊ ad ipm ꝯuertunť. Ad hec
tñ tria neceſſaria ſunt ſcꝫ ſūma dilectio. ⁊ hoc quā-
tum ad ordinē ſeraphin qḋ interprať ardentes.
Perfecta cognitio ⁊ hoc quātū ad cherubin qḋ in
terpretať plenitudo ſcie. Perpetua ꝯp̄henſio ſiue
fruitio. ⁊ hoc quātū ad thronos q̄ intep̄tanť ſedes
qꝛ in eis ſedet deus ⁊ q̄eſcit dum eos in ſe q̄eſcere
facit. Tres aūt ordines medie ierarchie accipiunť
inquantū habent p̄eſſe ⁊ regere vniuerſitate ho-
minū in cōmuni. Hoc aūt regimē ꝯſiſtit in tribus.
Primo in preſidendo ſiue imperādo. ⁊ hoc ptinet
ad ordinē dñationum ad quē ſpectat alijs inferio
ribus p̄eſſe ⁊ eos in omnib⁹ miniſterijs diuinis di
rigere ac eis omnia imperare. Qḋ innuiť zach. v.
vbi vnus angelus alteri dixit. Curre ⁊ loquere ad
puerū iſtum dicēs ⁊c. Scd̄o in opando. ⁊ hoc pti-
net ad ordinē virtutū quib⁹ nichil eſt inpoſſibile
exequi qḋ imperať qꝛ eis datū poſſe ſup oīa dif-
ficilia ad diuinū miniſteriū ptinentia. ⁊ ideo attri
buitur eis miracula facere. Tercio in arcendo vt
ſcꝫ impediētia ⁊ infeſtātia arceātur. ⁊ hoc ptinet
ad ordinē poteſtatuū que hñt coercere ꝯtrarias
poteſtates. qḋ ſignatū eſt thobie. viij. vbi diciť ꝙ
raphael religauit demoniū in deſerto ſuperioris
egipti. Tres vero ordines vltime ierarchie accipi
unť ſcd̄m ꝙ hñt regimē determinatū ⁊ limitatū.
Quidā eñ eoꝝ p̄ſunt vne ꝓuincie. Hi ſunt de or-
dine principatus ſicut erat princeps pſaꝝ q̄ p̄erat
perſis. de quo habeť dañ. x. Quidā vero deputati
ſunt ad regimē mł'titudinis: vtputa vni⁹ ciuitatis
Et hi dicūtur archāgeli. Quidā vero ad regimen
pſone ſingularis. Et hi dicūtur angeli. Unde ⁊ di-
cuntur minima nūciare ex eo ꝙ eoꝝ miniſteriū ad
vnū hominē limitať. archangeli vero dicūtur ma
iora nūciare: qꝛ bnoū vni⁹ mł'titudinis digni⁹ eſt
ꝙ bonū vni⁹ hoīs. In aſſignatione aūt ordinū pri
me ierarchie greg. ⁊ berñ. cū dioniſio ꝯcordāt: qꝛ
accipiť penes eoꝝ fruitionē que ꝯſiſtit in feruenti
dilectiōe quo ad ſeraphin. ꝓfunda cognitiōe quo
ad cherubin. perpetua retētione quo ad thronos.
Sed in aſſignatiōe medie ⁊ vltime in duob⁹ ordi
nibus. ſcꝫ principatu ⁊ virtute diſſentire videtur.
Greg. eñ ⁊ berñ. aliā ꝯſiderationē habuerūt ꝓut
ſcꝫ media ierarchia accipiť penes p̄lationē. vltima
penes miniſtrationē. Prelatio aūt in angelis tri-
plex eſt. Preſunt eñ angeli angelicis ſpirit̄ib⁹. ⁊
hi dñationes dicūtur. Preſunt etiā angeli bonis
hoib⁹ ⁊ hi dicūtur principat⁹. Preſunt demonib⁹
⁊ hi dicunť poteſtates. Et ordo ⁊ grad⁹ dignita-



BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

tis in his patet. miniſteriū aūt triplex eſt. quod-
dam qḋ ꝯſiſtit in operādo. quoddam in docendo
aut maiora aut minora. Primū eſt virtutū. ſcḋm
archangeloꝝ. terciū angeloꝝ. ¶ Quinta ap-
paritio eſt de qua legit in hiſto. tripti. Nam iuxta
ꝯſtantinopolim eſt quidā locꝰ vbi olim dea veſta
colebat. Sed nūc eccl'a in honorē ſacti michaelis
fabricata eſt: qui etiā locꝰ michaeliū nūcupat. Cū
igitur quendā noīe aquilinū ardētiſſima febris ru-
beis coloribus mota cōprehendiſſet eſtuāti ꝑ o-
lum medici dederūt qḋ euomuit. adeo vt poſtmo-
dum quicqd comederet vel biberet euomeret. Dū
aūt iam morti vicinꝰ eſſet. ad locū hunc ſe duci fe-
cit credēs ſe illuc aut mori aut languore priuari.
Cui michael apparēs dixit vt ꝯfectiōez ſibi ex mel-
le et vino et pipere faceret. et oīa q̄ comederet ibi
intingeret: et ſic plenā ſanitatē reciperet. Qḋ cum fe-
ciſſet plene liberatꝰ eſt. Cum tn̄ ſcḋm medicine ra-
tionem ꝯtrarium eſſe videat calida pocula coleri-
cis exhibere. Hec in hiſto. tripti. ¶ Secundo dicit
victoria. Multiplex aūt victoria ipſius archāgeli
michaelis et angeloꝝ inuenitur ¶ Prima eſt quā
archāgelus michael predictis ſipontanis hoc mo-
do preſtitit. Poſt aliquod eñ tpꝰ ab inuento lo-
co neapolite adhuc gentiles ꝯtra ſipontanos et
beneuentanos q̄ quinquaginta milibus a ſipōto
diſtant ordinato exercitu bellare ceperūt. Qui de
epī ꝯſilio triduo inducias petierūt: vt ieiunio tri-
duano vacarent et patronū ſuum michaelē in ſui
auxilium implorarent. Tercia aūt nocte michael
epō apparet. preces dicit exauditas victoriā pro-
mittit affuturam. et quarta diei hora iubet hoſti-
bus occurrendū. Quibus occurrētibus mons gar-
ganus immenſo tremore ꝯcutitur. fulgura quoqꝫ
crebra volant. et caligo tenebroſa totum montis
cacumen obduxit. ita vt. dc. viri de aduerſariis tā
ex ferro hoſtiū q̄ ex ſagittis igneis interirēt. Reli-
qui vero virtute archangeli cōperta. ydolatrie re-
liquerunt errorē. et ꝯtinuo colla xpiane fidei ſub-
miſerūt ¶ Scḋa victoria eſt quā michael archan-
gelus obtinuit qn̄ draconem. id eſt. luciferū cum
omnibꝰ ſuis ſequacibꝰ de celo expulit. De quo ex-
ponitur illud qḋ habet in apocal'. Factum eſt pre-
lium magnū in celo. Michael pugnabāt et c. Cum
eñ lucifer dei equalitatē appetiſſet. archangelus
michael celeſtis exercitus ſignifer aduenies. ipm
luciferū cum ſuis ſequacibꝰ de celo expulit. et in
hūc aerem caliginoſum vſqꝫ in diē iudicii retruſit.
Non eñ ꝑmiſſum eſt eis in celo habitare ſiue in ſu-
periori parte aeris q: locus clarꝰ et amenus eſt. nec

in terra nobiſcum. ne nimis nos infeſtarēt: ſed in
aere inter celū et terrā vt dum ſupius reſpiciūt: et
videant gloriā quā amiſerūt. inde dolorē habeant
et dum inferiꝰ reſpiciūt. et vidēt hoīes illuc aſcēde-
re vnde ipſi ceciderūt. inde inuidia frequēter tor-
queātur. Frequēter tn̄ ex diuina diſpenſatiōe ad
noſtrū exerciciū ad nos deſcendūt. Unde ſicut ali-
quibꝰ viris ſanctis monſtratū eſt. frequēter circa
nos volitāt ſicut muſce. Innūerabiles eñ ſunt. et
velut muſce totū aerē repleuerūt. Unde dicit hay-
mo vt ph'i dixerunt et doctores nři opinantur. aer
iſte ita plenꝰ eſt demonibꝰ et malignis ſpiritibꝰ ſi-
cut radius ſolis minutiſſimis puluiſculis. Licꝫ aūt
tot ſint tn̄ iuxta ſententiā origenis coꝝ exercitus
minuit cum eos vincimꝰ: ita vt qui ab aliquo ſctō
viro victus fuerit. deinceps ille de vicio de quo vi-
ctus eſt ipm nō valeat tēptare. ¶ Tercia victoria
eſt quā angeli quotidie de demonibꝰ obtinēt. dum
ꝓ nobis ꝯtra eos pugnantes ab eoꝝ tēptatione
nos liberāt. Tribus aūt modis ab ipſoꝝ tēptati-
one nos liberant. Primo poteſtatē demonis re-
frenando. Apocal'. xx. de angelo q̄ demonē liga-
uit: et in abiſſum miſit. et thobie. viii. de diabolo in
deſerto ſupiori religato. Huiꝰ eñ religatio nichil
aliud eſt q̄ ꝑtātis eius refrenatio. Scḋo ꝯcupiſcē-
tiam refrigerando. Qḋ ſignificatū eſt geñ. xxxii.
vbi dicitur q̄ angelꝰ tetigit neruū iacob et ſtatim
emarcuit. Tercio memoriaꝫ dñice paſſionis nřis
mētibꝰ imprimēdo. Hoc ſignificatū eſt apocal'. vii.
vbi dr̄. Nolite nocere terre et mari nec arboribus
quouſqꝫ et c. Item ezech. ix. Signa thau in frōtibꝰ
viroꝝ gementiū. Thau eñ lr̄a ad modum crucis
eſt facta. Et qui hoc ſignati ſunt nō timēt angelū
percuſſorē. Unde ibidē dr̄. Sup quē videris thau
non occides. ¶ Quarta victoria eſt quā archāge-
lus michael de antichriſto habiturꝰ eſt. qn̄ ipſum
occidet. Tunc eñ michael princeps magnꝰ. vt dr̄
Dañ. xii. ſurget. et ꝓ electis tanq̄ adiutor et pro-
tector ꝯtra antixp̄m fortiter ſtabit. Deinde antixp̄s
vt dicit gloſa apoca. xiii. ſup illud. Uidi vnū de ca-
pitibus eius occiſum et c. mortuū ſe finget. et ꝑ tri-
duum latens poſtea apparebit dicēs ſe ſuſcitatū
arteqꝫ magica ferētibꝰ eū demonibꝰ in aera aſcē-
det. et vniuerſis mirātibꝰ adorabūt eū. Tandem in
monte oliueti aſcendens. vt dicit glo. ſup illud. ii.
theſſal'. ii. quē dñs iheſus interficiet et c. dum ſtabit
in papilione et in ſolio ſuo in loco contra quē dñs
aſcēdit. michael adueniens ipſum interficiet. De
quo prelio et victoria intelligitur ſcḋm greg. illud
qḋ dr̄ apoca. xii. Factū eſt preliū magnū in celo mi-

chael ⁊c. Illud em̄ verbū de triplici prelio micha-
elis intelligitur .ſcʒ de prelio qđ habuit cū lucife-
ro cū ipſum de celo repulit. ⁊ de prelio qđ cū de-
monibꝰ habet nos infeſtantibꝰ. ⁊ de iſto de quo
hic agitur qđ ſcʒ cum antixp̄o in fine mūdi habitu
rus eſt. ¶ Tercio hec ſolennitas dicitur dedi
catio .ex eo ꝙ hac die predictum locum in monte
gargano a ſe dedicatū fuiſſe michael archāgelus
reuelauit. Reuerſi em̄ ſipontani a cede aduerſa-
rioꝝ ⁊ tam magnifica potiti victoria .adhuc dubi
tare ceperūt vtrū p̄dictum locū ingredi vel dedi-
care deberēt. Tunc ep̄s ſuꝑ his duxit papā pela-
giū ꝯſulendum. Qui rn̄dit dicēs. Si homo illā ec-
cleſia dedicare deberet .hoc maxime die quo victo
ria data eſt fieri oporteret. Si v̄o aliter ſancto mi
chaeli placuerit ab ipſo eſt ſuꝑ hoc eiꝰ requirēda
voluntas. Inſtantibꝰ igitur papa ⁊ ep̄o cū ciuibꝰ
triduano ieiun .o. michael ī hac die apparuit ep̄o
dicēs. Non eſt opus vobis quā ego edificaui dedi
care eccl'iam. Ipſe em̄ qui ꝯdidi dedicaui. Prece
pitq̄ʒ vt die ſequēti locū cum pp'lo ingrediēs ip̄m
precibꝰ frequētarent. ⁊ ſe ſpecialem ſuū patronū
ſentirent. Deditq̄ʒ ei p̄dicte ꝯſecrationis ſignū vt
ſcʒ ab oriēte ꝑ poſterulā aſcenderēt. ⁊ ibidem ve-
ſtigia hominis imp̄ſſa marmori inuenirēt. Mane
igitur ep̄s ⁊ vniuerſus pp'ls ad locū veniūt. ⁊ in-
trogrediētes criptā magnā ⁊ tria altaria inuene-
runt quoꝝ duo in auſtrali parte poſita erāt. ter-
ciū vero in orientali venerandū quidem ⁊ rubeo
pallio circūtectū. Celebratis igi' ibidē miſſaꝝ ſo-
lennijs cuʒ ſacrā communionē ſinguli accepiſſent.
omnes ad propria cum immenſo gaudio redierūt
Ep̄s aūt ibidē ſacerdotes ⁊ clericos delegauit q̄
iugiter diuinū officiū celebrarēt. In eadē ſpelun
ca aqua lucida ⁊ nimium dulcis emanat qua poſt
cōmunionē pp'ls potat'. ⁊ diuerſe egritudines ſa-
nantur. Tūc ſummus pontifex his auditis hūc diē
in honore ſācti michaelis ⁊ omniū hōꝝ ſpirituū
per totū orbē vniuerſal'r ſtatuit celebrandum
Quarto hec ſolēnitas dici' mēoria ſancti micha-
elis. In qua tn̄ ſolēnitate omniū angeloꝝ memo-
riā agimꝰ. ⁊ oēs general'r honoramꝰ. Decet nāq̄ʒ
nos eiſdem laudē ⁊ honorē impendere multiplici
ratione. Ipſi em̄ ſunt cuſtodes nr̄i. miniſtratores
noſtri. fratres ⁊ ꝯciues noſtri. animaꝝ noſtraꝝ in
celum portitores. orationum noſtraꝝ apud deuʒ
rep̄ntatores. regis eterni nobiliſſimi milites ⁊ tri
bulatoꝝ ꝯſolatores. ¶ Primo igitur debemꝰ eos
honorare: q: ſunt cuſtodes noſtri. Cuilibet enim
hoi dantur duo angeli. Unus malus ad exerciciū

Alius bonus ad cuſtodiendū. Cuſtodia em̄ boni
angeli deputa' homini ⁊ in natiuitate ⁊ in vtero
⁊ ſtatim poſt natiuitatē ex vtero. ⁊ ſiꝑ eſt cū ipſo
iam adulto. In hoc em̄ triplici ſtatu neceſſaria eſt
homini cuſtodia angelica. Nam dum paruulꝰ ad-
huc eſt in vtero poteſt interimi ⁊ dānari. Dum eſt
extra vterum ante adultam etatem poteſt a ba-
ptiſmate impediri. Dum eſt in adulta etate pōt
ad diuerſa peccata pertrahi. Diabolus em̄ in ho-
mine adulto rationē ſeducit per aſtutias. volunta
tem allicit per blandicias. virtutem opprimit per
violentiaꝫ. ideo neceſſe fuit vt bonus angelꝰ eidē
ad cuſtodiā depute'. vt hominē erudiat ⁊ dirigat
ꝯtra fallaciam. exhorte' ⁊ incitet ad bonum con-
tra blandicias ⁊ defendat ab oppreſſione contra
violentiam. ¶ Effectus aūt angelice cuſtodie in
homine quadrupliciter aſſignari poteſt. Primus
eſt vt ꝑficiat aīa in bonū gratie. Et hoc facit an
gelus in anima tribus modis. Primo omne impe
dimentum ad bonum remouendo. Hoc ſignatum
eſt exod. xij. vbi angelus ꝑcuſſit primogenita egi-
pti. Sc̄do pigriciā excitādo. Qđ ſignatū eſt zach.
iiij. vbi dici'. Angelus dn̄i excitauit me: quaſi ho-
minem qui excitatur a ſomno. Tercio in via peni
tentie ducendo ⁊ reducendo. Qđ ſignatū eſt tho
bie. v. in angelo qui eum duxit ⁊ reduxit. ¶ Se-
cundus eſt vt non cadat in malū culpe. Et hoc fa-
cit angelꝰ tribus modis. Primo impediendo pec
catum futurum ne fiat. Hoc ſignatum eſt numeri.
xxij. in balaam qui ad maledicendum iſrael ꝑgēs
ab angelo impeditus eſt. Secundo increpando p̄
teritum vt ab eo quis recedat. Hoc ſignatum eſt
iud. ij. vbi cum angelus filios iſrael de preuarica-
tione increpaſſet ipſi eleuauerūt vocē ⁊ fleuerūt.
Tercio violentiam quaſi inferendo vt a preſenti
peccato eripiat. Hoc ſignatum eſt in violenta edu
ctione loth et vxoris eius de ſodomis .id eſt. de
peccati ꝯſuetudine. ¶ Tercius effectus eſt ſi ca-
dat ꝙ poſtmodum reſurgat. Et hoc facit angelus
tribus modis. Primo mouendo ad contritionem
Hoc ſignatum eſt thobie. xi. vbi ad documentum
angeli de felle per qđ intelligi' ꝯtritio: liniuit pa
tri oculos .ſcʒ cordis. Secundo purgādo labia ad
ꝯfeſſionem. Quod ſignatur yſa. vi. vbi ꝑ angeluʒ
labia yſaie purgātur. Tercio gaudendo ad ſatiſ-
factionē. Luce. xv. dicitur ꝙ maius gaudium eſt
in celo ſuper vno peccatore penitentiā agente q̄
ſuꝑ nonagintanouē iuſtis: qui nō egēt penitētia.
¶ Quartus effectus eſt ne totiēs vel in tot mala
cadat quotiens vel ad quot diabolus incitat. Et

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Baden-Württemberg

hoc facit tribus modis.ſcꝫ poteſtatem demonis
refrenando.ꝯcupiſcentiā debiltando ⁊ memoriaꝫ
dominice paſſionis noſtris mentibus imprimen=
do.De quibus ſupra dictum eſt. F ¶ Secundo
debemus eos honorare:q: ſunt miniſtratores no
ſtri.Omnes eñ ſicut dicitur hebre.i. ſunt admini
ſtratorij ſpiritus.Omnes eñ propter nos mittū=
tur:q: ſupiores ad medios.medij ad infimos.infi
mi mittuntur ad nos.Hec autem miſſio competit
bonitati diuine. Jn hoc eñ manifeſtatur diuina
bonitas:quantum noſtram ſalutem diligat.dum
nobiliſſimos ſpiritus q̄ ei intima charitate iungun
tur.dirigit ⁊ tranſmittit ad procurandum ſalutem
noſtram.Secūdo charitati angelice. Cū eñ chari
tatis ardentis ſit maxime deſiderare aliorꝝ ſalutē
ob quam etiaꝫ dixit yſaias. Ecce ego domine mit
te me.⁊ angeli poſſunt nos iuuare.pro eo ꝙ vi=
dent nos ſuo auxilio indigere. ⁊ malos angelos
nos impugnare.ideo ꝙ ad nos mittūtur. lex exi=
git angelice charitatis. Tercio humane indigen=
tie.Mittuntur eñ boni angeli ad inflammandū
affectum ad amorem.Unde in figuram huius le=
guntur miſſi fuiſſe in curru igneo.Secundo ad il=
luminandum intellectū ad cognitionem.Hoc aſſi
gnatum eſt apocal'.x. in angelo qui habēbat li=
brum apertum in manu ſua.Tercio ad corrobo=
randum in nobis omne imperfectū vſq̧ in finem.
Hoc ſignatum eſt.iij.Regū.xix.vbi angelus por=
tauit helie panem ſubcinericiū ⁊ vas aque vt co=
medit ⁊ ambulauit in fortitudine cibi illius vſq̧
ad montem dei oreb. ¶ Tercio honorādi ſunt:q:
ipſi ſunt fratres ⁊ ꝯciues noſtri. Omnes eñ ele=
cti aſſumuntur ad ordines angelorꝝ. quidam ad
ſuperiores.quidam ad inferiores.quidam ad me
dios pro diuerſitate ſuorꝝ meritorꝝ.licꝫ beata vir
go ſuper omnes ſit. Quod beatus gregorius in
omelia inſinuare videt̾. Nam vt ait ſunt nonnulli
qui parua capiunt.ſed tñ hoc annunciare fratri=
bus non deſiſtunt. Jſti in angelorꝝ nūero currunt.
Et ſunt qui ſecretorꝝ celeſtium ſumma et capere
preualent ⁊ nunciare. Hic cum archangelis . Et
ſunt qui mira faciunt ſigna:⁊ valenter operātur.
Et hi cum virtutibus.Et ſunt qui malignos ſpi=
ritus virtute orationis ⁊ vi accepte poteſtatis fu
gant.Et hi cuꝫ poteſtatibus.Et ſunt qui acceptis
virtutibus electorum merita tranſcendunt.⁊ ele
ctis fratribus principantur.Et hi cum principati
bus meritum ſortiuntur. Et ſunt qui in ſemetip=
ſis omnibus vicijs dominantur.vt ipſo iure mun
ditie dij inter homines vocētur.Unde ad moyſen
dicitur. Ecce conſtitui te deum pharaonis. Et hi
cum dominationibus.Et ſunt in quibus velut in
throno ſuo dñs preſidens aliorꝝ facta examinat.
per quos dum ſancta eccleſia regitur plerumq̧
de ſuis quibuſdam infirmis actibus alij electi iu=
dicantur.Et hi cuꝫ thronis.Et ſunt qui dei ⁊ pro=
ximi charitate amplius ceteris pleni ſunt . Et hi
meritorꝝ ſuorꝝ ſorte inter cherubin numerum acce
perunt:quia cherubin plenitudo ſcientie dicitur.
⁊ iuxta paulum.Plenitudo legis eſt charitas.Et
ſunt qui ſuperne contemplationis amore accenſi
in ſolo ꝯditoris ſui deſiderio anhelant.nichil iam
in hoc mundo cupiūt:ſolo eternitatis amore pa=
ſcūtur.terrena queq̧ abijciūt.cuncta tp̄alia mēte
trāſcendūt.amant ⁊ ardēt atq̧ ipſo ſuo ardore re
quieſcūt.amando ardent.loquēdo accendunt et
quoſcūq̧ verbo tangunt:ardere ꝓtin' in dei amo
re faciūt.Quo iſti niſi inter ſeraphin numerū ſor
tem ſue vocationis acceperūt.Hec greg. ¶ Quar
to honorādi ſunt:q: ipſi ſunt aīarꝝ nr̄arꝝ in celum
portitores.Et hoc faciunt triplici modo . Primo
viam preparādo.Malach.iij.Ecce ego mitto an=
gelū meū qui p̄parabit viā ante faciē meā. Scdo
ꝑ viam p̄paratā in celū baiulādo.Exo.xxiij.Ecce
ego mitto angelū meum qui te cuſtodiet in via.⁊
inducat te in terrā quā ꝓmiſi p̄rib' tuis. Tercio
in celo collocando.Luce.xvi.Factū eſt vt morere=
t̾ mendic' ⁊ portaret̾ ab angel' in ſinū abrahe G
¶ Quinto honorādi ſunt:q: ipi ſunt orōnū nr̄arꝝ
apud deū rep̄ntatores.Jpſi nanq̧ primo orōnes
nr̄as deo rep̄ntant. Thobie.xij. Qñ orabas cum
lachrimis ⁊ ſepeliebas mortuos.ego obtuli ora=
tionem tuam dño. Scdo ibidem ꝓ nobis allegāt
Job.xxxiij. Si fuerit ꝓ eo angel' loquēs vnū de
ſilibus vt annunciet homis equitatē.miſerebitur
eius ⁊c. Itē zach.i. Et rñdit angelus dñi ⁊ dixit.
Dñe exercituū vſquequo nō miſereberis hierl'm
⁊ vrbiū iuda q̄bus irat' es:iſte iam ſeptuageſim'
ann' eſt.Tercio dei ſententiā nobis renunciant.
Dañ.ix.vbi dicitur ꝙ gabriel ad eū volans dixit.
Ab exordio precū tuarꝝ egreſſus eſt ſermo.gloſa.
id eſt.ſentētia a deo.Et ſequit̾.Ego aūt veni vt in
dicarē tibi:q: vir deſideriorꝝ es. De his tribus di
cit berñ.ſup cañ.Diſcurrit angelus medius inter
dilectū ⁊ dilectā.vota offerēs.referēs dona.Exci
tat iſtam.placat illū. ¶ Sexto honorādi ſunt:q:
ipſi ſunt regis eterni nobiliſſimi milites.ſcd̄m q̄d
dr iob.xxv.Nunquid eſt numer' militū ei'? Sicut
aūt videm' in militibus alicui' regis.ꝙ quidam
eorum ſemper in aula regia commorantur. ⁊ re=

# ¶ De ſancto Jheronimo

gem aſſociant. ⁊ ad eius honorē ⁊ ſolaciū cantāt. quidā aūt ciuitates ⁊ caſtella regni cuſtodiunt. q̄dam vero regis inimicos expugnant. Ita ⁊ hoꝝ militū xp̄i. quidā in aula regia ſcʒ in celo empirreo ſemp regē regū aſſociāt. ⁊ ad ei⁹ honorē cantica leticie ⁊ glie ſemp cantant dicētes. Sanctus ſanctus ſanctus ⁊c. Item. benedictio ⁊ claritas ⁊ ſapiētia ⁊c. apocal. vij. Alij aūt cuſtodiūt ciuitates. ſuburbana. villas ⁊ caſtra. illi ſcʒ qui nobis ſunt ad cuſtodiā deputati. cuſtodiētes ſtatū virginum. ꝯtinentiū. ꝯiugatoꝝ. ⁊ caſtra religionum. Eſa. lxij. Super muros tuos hierl'm ꝯſtitui cuſtodes. Alij vero dei inimicos. i. demōes expugnāt. Apocal. xij. Factū eſt preliū magnū in celo. id eſt ſcdm vnā expoſitionē in ecclia militāti. Michael ⁊ angeli ei⁹ ꝓliabanť cū dracone ¶ Septimo ⁊ vltimo honorādi ſunt: q2 ipſi ſunt tribulatoꝝ ꝯſolatores. Zach. i. Angel⁹ q̄ loq̄bať in me verba bona ⁊ ꝯſolatoria. Itē thobie. v. Forti aīo eſto ⁊c. Et hoc faciūt tribus modis. Primo ꝯfortādo ⁊ roborādo. Dan. x. vbi cū daniel corruiſſet: tetigit eū angelus dicens. Noli timere. pax tibi. ꝯfortare ⁊ eſto robuſtus. Scdo ab impatiētia conſeruādo. Pſal. Angelis ſuis mandauit de te ⁊c. In mani. por. ⁊c. Tercio ipam tribulationē refrigerando ⁊ minuendo. Et hoc ſignať dan. iij. vbi angelus dn̄i cum tribus pueris in fornacē deſcēdit. ⁊ fecit mediū fornacis quaſi ventū roris flantem.

## ¶ De ſancto hieronymo cxli. A



Hieronimus dr̄ a gera qd̄ eſt ſanctū. ⁊ nemus: quaſi ſanctuʒ nem⁹. Vel norma qd̄ eſt lex. Unde dr̄ in legēda ſua ꝙ hiero. interp̄tatur ſacra lex. Fuit eīm ſanct⁹. id eſt. firm⁹. vl' mūdus. vel ſanguīe tinct⁹. vel vſui ſacro deputatus. ſicut vaſa tēpli dicebanť ſancta: q2 ſacro vſui deputata. Fuit eīm ſanct⁹. id eſt. firm⁹ in bono ope ꝑpter pſeuerātie longanimitatē. ⁊ mūdus in mēte ꝑpuritatē. ⁊ ſanguine tinct⁹ ꝑ dn̄ice paſſionis meditationē. ſacro vſui deputat⁹ ꝑ ſcripture ſacre expoſitionē ⁊ interp̄tationem. Dicť ⁊ nem⁹ a nemore vbi aliq̄n ꝯuerſatus fuit. ⁊ lex ꝑpter regularē diſciplinā quā monachos ſuos docuit. vel q2 ſacram legem expoſuit ⁊ interp̄tat⁹ fuit. Hieronimus etiam interpretatur viſio pulcritudinis. vel dijudicās locutiones. Eſt aūt triplex pulcritudo. Prima eſt ſpūalis que eſt in aīa. Scda moralis que ꝯſiſtit in honeſtate moꝝ. Tercia intellectualis que eſt pulcritudo angelica. Quarta ſupſubſtantialis que eſt diuina. Quinta celeſtis: que eſt ſanctoꝝ in patria. Hanc quintuplicē pulcritudinē hieronim⁹ in ſe vidit ⁊ habuit. Nam habuit ſpūalem in virtutū varietate. Moralem in vite honeſtate. Intellectualē i excelēti puritate. Supſubſtātialē in ardēti charitate. Celeſtē in eterna vel in excellenti claritate. Dijudicauit etiaʒ locutiones ſiue verba tam ſua q̄ alioꝝ. ſua examinate ꝑferēdo. alioꝝ vera ꝯfirmādo. falſa ꝯfutādo. dubia vero exponendo. B

Hieronim⁹ euſebij viri nobilis fili⁹ ab opido ſtridonis qd̄ dalmacie ⁊ pannonie ꝯfinia tenet: extitit oriūdus. Hic adhuc iuuenis romam adijt. ⁊ lr̄is grecis ⁊ latinis ⁊ hebraicis plene erudit⁹ eſt. In arte grāmatica donatum habuit pceptorē. In rhetorica aūt victorinū oratorē. In ſcripturis aūt diuinis exercitabať die ac nocte. ⁊ inde hauſit auide qd̄ poſtmodū effudit abūde. Quodā vō tpe ſicut ipſe in ep̄la ad euſtochiū ꝑhibet. cū de die tulliū ⁊ de nocte platonem auide legeret. eo ꝙ ſermo incult⁹ ſibi in libris ꝑpheticis nō placeret. circa mediā quadrageſimatam ſubita ⁊ ardenti febre corripiť. vt toto frigeſcente iā corpe vitalis calor in ſolo pectore palpitaret. Dū ergo exeq̄e funeris pararenť. ſubito ad tribunal iudicis trahiť. ⁊ interrogat⁹ cui⁹ ꝯditionis eſſet: xp̄ianum ſe eſſe libere ꝓfiteť. Ad quem iudex. Mētiris inqͬt. Ciceronian⁹ es. nō xp̄ian⁹. Ubi eīm eſt theſaur⁹ tuus ibi eſt ⁊ cor tuū. At hiero. obmutuit. ⁊ ꝯtinuo ipm iudex duriſſime cedi iuſſit. Tūc exclamauit ⁊ dixit. Miſerere mei dn̄e: miſerere mei. Tunc qui aſtabant ꝑcabantur iu-

# De ſancto Jheronimo

dicem vt veniã tribueret adoleſcẽti. Ipſe eñi iu⸗
rare cepit ac dicere. Dñe ſi vnq̃ habuero codices
ſeculares ſi legero te negabo. In hec igiꝛ iuramẽ
ti verba dimiſſus ſubito reuiuiſcit. Tũc lachrimis
totũ ſe inuenit ꝑfuſum. ⁊ ex verberibꝰ que añ tri⸗
bunal ſuſcepat ſcapl'as terribil'r reppit liuientes
Tanto autem ſtudio libros diuinos legit extunc
quãto libros gentiliũ vnq̃ legerat. Dum aũt eſſꝫ
annoꝝ .xxix. in romana eccl'ia cardinalis p̃ſbiter
ordinatꝰ eſt. Mortuo aũt liberio papa hieroni⸗
mus dignus ſummo ſacerdotio ab omnibꝰ accla⸗
matur. Sed dũ quorundã clericoꝝ ⁊ monachoꝝ
laſciuiã increparet: illi nimium indignati ei inſi⸗
dias parauerũt. Sed ⁊ ꝑ veſtẽ muliebrem. vt ait
iohẽs beleth. ab eis turpiter eſt deriſus. Nam cũ
hiero. ad matutinas ſolito more ſurgeret. veſteꝫ
mulieris quã emuli iuxta lectum poſuerãt repit.
ſuamq̃ eſſe credẽs induit. ⁊ in eccleſiã ſic ꝓceſſit.
Hoc aũt emuli faciebãt vt mulierẽ hr̃e in thala⸗
mo crederet. Qđ ille vidẽs tante coꝝ veſanie lo
cũ dedit. ⁊ ad greg. nazanzenũ ꝯſtantinopolitane
vrbis ep̃m ꝑuenit. Poſtq̃ aũt ab ipſo ſacras lr̃as
didicit: in heremũ ꝓperauit. vbi pro xp̃o quãta
ſuſtinuerit ipſe ad euſtochiũ narrat dicẽs. Quoti⸗
ens in heremo ꝯſtitutꝰ. ⁊ in illa vaſta ſolitudine
q̃ exuſta ſolis ardoribꝰ horridũ monachis p̃ſtat
habitaculũ. putaui me romanis delicijs intereſſe
Horrebãt ſacco mẽbra deformia. ſqualida cutis ſi
tũ ethiopice carnis adduxerat quotidie lachrime
quotidie gemitꝰ. ⁊ ſi qñ repugnantẽ ſummꝰ immi
nens oppſſiſſet. nuda humo vix oſſa herẽtia colli⸗
debãtur. De cibis ⁊ potu taceo. cũ etiã languẽtes
aqua frigida vtãtur. ⁊ coctũ aliq̃d accepiſſe luxu⸗
ria ſit. ⁊ dum ſcorpionũ tm̃ eſſem ſocius ⁊ ferarũ.
ſepe choreis intereram puellaꝝ: ⁊ in frigido cor⸗
pore ⁊ carne p̃mortua libidinũ incẽdia pullula⸗
bant. Itaq̃ ꝯtinuo flebã: ⁊ repugnantẽ carnem
hebdomodaꝝ inedia ſubigebã. Diem crebro con
iunxi cũ nocte. nec priꝰ a pectoris ceſſabã verberi
bus q̃ a dño trãquillitas redderet. Ipſam quoq̃
cellulam meã quaſi cogitationũ ꝯſciam ꝑtimeſce
bam. ⁊ michi iratus ⁊ rigidus ſolus deſerta pene
trabã. Et vt michi teſtis eſt dñs poſt mł'tas lachri
mas ⁊ nõnunq̃ videbar intereſſe agminibꝰ ange
loꝝ. Per quadrienniũ igiꝛ ibidẽ penitẽtia ſic pa⸗
cta ad bethleẽ opidũ remeauit. Ubi quaſi dome⸗
ſticũ anĩal apud p̃ſepe dñi ſeſe obtulit ꝑmãſurum
Bibliotecã aũt ſuam quã ſummo ſtudio ſibi ꝯdi⸗
derat clauſam. alioſq̃ libros iterũ relegẽs diẽ ie⸗
iunꝰ ducebat ad veſperũ. Mł'tos aũt ibidẽ diſci⸗
pulos coadunans in ſancto ꝓpoſito ⁊ tranſlatio
ne ſcripturaꝝ q̃nquagintaq̃nq̃ annis ⁊ ſex men⸗
ſibus deſudauit. ⁊ vſq̃ ad finẽ vite v̇go ꝑmanſit.
Licꝫ aũt in hac legẽda dicaꝛ q̃ ſp̄ v̇go fuerit. ipſe
tñ de ſe ita ſcribit ad pãmachiũ. Uirginitatẽ in ce
lo p̃fero: non q: habeo. Tanta deniq̃ laſſitudine
fatigatꝰ eſt vt in ſtratu ſuo iacens funiculo ad tra
bem ſuſpẽſo ſupinꝰ manibus ſe leuaret. vt ſcꝫ offi
cium monaſterij ꝓut poterat exhiberet. ¶
Quadã vero die adueſꝑaſcẽte cum hiero. cũ fra⸗
tribus ad ſacram lectionẽ audiendũ ſederet. ſubi
to leo quidã claudicãs monaſteriũ ingreſſus eſt.
Quo viſo cũ ceteri frẽs fugerẽt hieronimꝰ ei quaſi
hoſpiti obuiauit. Leo igiꝛ dũ pedẽ ſibi leſũ oſtẽde
ret: vocatis fribꝰ pedes ſibi p̃cepit ablui. ⁊ diligẽ
ter eiꝰ plagã inquiri. Qđ cũ factũ fuiſſet: inuene⸗
runt leonis plantã a ſentibus vulneratã. Adhibi
ta igitur diligẽti cura leo ꝯualuit. ⁊ omni ferita⸗
te depoſita inter eos quaſi domeſticũ anĩal habi⸗
tauit. Tũc hiero. videns q̃ nõ tã pro ſanitate ſui
pedis q̃ ꝓ coꝝ vtilitate dñs leonem miſiſſet. de
fratrũ ꝯſilio eidẽ hoc iniũxit officiũ: vt aſinũ quẽ
habebãt q̃ ligna de nemore deferebat ipſe leo ad
paſcua duceret ⁊ ductũ ibi cuſtodiret. Qđ factũ
eſt. Nam iniũcta leoni aſini cura more paſtoris in
duſtrij eũdo ad paſtũ ſociꝰ inceſſanter itineris ru⸗
re paſcẽdo vndecũq̃ defenſor tutiſſimꝰ erat. Uerũ
tñ v'ſe cibaret. ⁊ aſinꝰ ſolitũ ꝑficeret opus ꝯſue⸗
tis ſemꝑ horis cum eo domũ redibat. Quadã igiꝛ
vice paſcẽte aſino: ⁊ leone grauiter ſoporato mer
catores cũ camelis inde tranſeũtes aſinũ ſolũ vi⸗
derũt. ⁊ eũ q̃citius rapuerũt. Expgefactus itaq̃
leo cũ ſociũ nõ inueniret rugiẽdo huc illucq̃ ibat.
Quẽ tandẽ nõ inueniẽs ad portas monaſterij tri
ſtis adijt. ⁊ intus vt ſolitus erat pre verecũdia in
gredi nõ p̃ſumpſit. Et vidẽtes frẽs q̃ tardiꝰ more
ſolito ⁊ ſine aſino veniſſet: putauerũt q̃ fame cõ⸗
pulſus aſinũ comediſſet. nolentes ei annonã tri⸗
buere ꝯſuetã dicebã Uade ⁊ reliquã partẽ aſelli
q̃ tibi remãſit mãduca ⁊ tuã ingluuiẽ reple. Heſi
tantes tñ vtrũ hoc malũ ꝑpetraſſet. exierunt ad
paſcua ſi forte aliq̃d mortis indiciũ inuenirẽt. Et
nichil inueniẽtes hoc hieronimo retulerũt. Tunc
monitis eiꝰ officiũ aſini leoni iniũgit. ⁊ ligna ce⸗
dentes leoni imponũt. Qđ cũ leo patiẽter ferret.
Quadã die expleto opere agrum exijt. hac illacq̃
diſcurrit. ſcire deſiderãs quid de ſuo fuiſſet ſocio
factũ. Et ecce vidit a longe negociatores cũ onu⸗
ſtis camelis p̃cedente aſino venientes. Mos eñ
illi regioni eſt: vt quãdo cum camelis longiꝰ gra⸗

diuntur. cameli vt directius vadãt. precedentem ⁊ collo funiculum geſtantẽ aſinum ſubſequũtur. Recognito igitur leo aſino cũ ingenti rugitu ſup eos irruit. ⁊ oẽs hoĩes in fugam ꝯuertit. Et leo terribilr rugiẽs ꝑcutiebat cauda fortiter terram. perterritoſqꝫ camelos ſicut erãt onuſti ante ſe ad cellaꝫ ire coegit. Qđ cũ frẽs vidiſſent: ⁊ hiero. nũciaſſent. ille ait. Hoſpitibus nr̃is frẽs chariſſimi pedes abluite. eſcas ꝓbete ⁊ ſup hoc volũtatẽ dñi expectate. Tunc leo per monaſteriũ cepit vt ſolebat letus diſcurrere. ſingulorꝫ fratrũ veſtigijs ſe proſternẽs. ⁊ quaſi de perpetrata quam nõ fecerat culpa cauda alludens veniã poſtulabat. Hieronim⁹ aũt futuroꝝ ꝓſcius ait fratrib⁹. Ite frẽs ⁊ venientibus hoſpitib⁹ neceſſaria ꝓparate. Adhuc eo loquẽte nunci⁹ ad eũ venit annuncians ante fores hoſpites adeſſe q̃ abbatẽ vellent videre. Ad quos cũ ille iuiſſet: protin⁹ illi eius pedibus ꝓuolunť. pro culpa veniã poſtulantes. Quos ille benigne eleuans. ꝑcepit vt ſua recipent: ⁊ aliena nõ vſurparẽt. Rogabãt igiť illi btm̃ hiero. vt medietatẽ olei ꝓ bñdictione accipiat. Quibus vix aſſentiens tandẽ coact⁹ ſuſcipi iubet. Promiſerũt aũt ſe annuatim eandem olei menſurã fratrib⁹ ipſis daturos. ⁊ a ſuis dare hered.b⁹ ꝑcepturos. D

Cum aũt olim in eccleſia vnuſqſqꝫ caneret qđ volebat theodoſius impator. vt ait iohẽs beleth. damaſum papã rogauit vt alicui viro docto officiũ eccl'iaſticũ cõmitteret ordinandũ. Ipſe igiť ſciẽs hieronimũ in lingua latina. greca ⁊ hebraica pfectũ. ⁊ in omni ſapiẽtia ſummũ. eidẽ officiũ predictum cõmiſit. Hiero. igiť pſalteriũ ꝑ ferias diſtinxit. ⁊ vnicuiqꝫ ferie nocturnũ propriũ aſſignauit. ac gloria patri. in fine cuiuſlibet pſalmi dicendũ inſtituit. vt ait ſigibert⁹. Deinde epl'as ⁊ euãgelia ꝑ anni circulũ decantãdas. ceteraqꝫ ad officiũ ꝑtinẽtia ꝑter cantũ rõnabilr ordinauit. Miſitqꝫ illud de bethleem ad ſummũ pontificẽ. ⁊ ab eo ⁊ cardinalib⁹ ſuis fuit valde approbatũ. ⁊ ꝑpetuo autenticatũ. ❡ Poſt hoc aũt in ore ſpelũce in qua dñs iacuit monumentũ ſibi ꝯſtruxit. vbi expletis nonagintaocto annis ⁊ ſex menſib⁹ ſepultus fuit.

❡ In quãta reuerẽtia eũ aug⁹. habuerit patet ꝑ epl'as quas ſibi miſit. In quarũ vna ei tali modo ſcripſit. Dño dilectiſſimo ⁊ cultu ſinceriſſimo charitatis obſeruãdo atqꝫ amplectẽdo hieronimo auguſtinus ⁊c. Alibi quoqꝫ de eo ſic ſcribit. Sanct⁹ hiero. ꝑſbiter greco. latino. hebreo eloquio eruditus. in locis ſanctis atqꝫ in lr̃is ſacris vſqꝫ ad decrepitam vixit etatem. Cui⁹ nobilitas eloquij ab oriente in occidentem inſtar ſolis lampas reſplenduit. Beatus aũt proſper in ſuis cronicis de eo ſic ait.. Hieronimus preſbyter in bethleem toto iam mũdo clarus habitabat. egregio ingenio et ſtudio vniuerſe eccleſie ſeruiẽs. Ipſe quoqꝫ de ſe ſic ait ad albigenſem. Nichil a puericia ita vitare conatus ſum vt animũ tumentẽ ⁊ erectam ceruicem: dei ꝯtra ſe odiũ ꝓuocantẽ. Idem. Ego etiã tuta omnia timeo. Idem. In monaſterio hoſpitalitati ex corde intendim⁹. ⁊ oẽs ad nos venientes preter hereticos leta fronte ſuſcipimus. ac venientiũ pedes abluim⁹. Iſidorus vero in li. ethimol. ait. Hieronim⁹ trium linguaꝝ extitit ꝑitus. Cui⁹ interꝑtatio ceteris antefertur: qm̃ ⁊ vboꝝ tenacior eſt. ⁊ ꝑſpicuitate ſn̄ie clarior. atqꝫ vtpote a xp̃iano interꝑte verior. In dialogo quoqꝫ ſeueri diſcipuli ſancti martini qui ei⁹ tp̃e fuit ſic de hieronimo ſcriptũ hẽtur. Hieronim⁹ preter fidei meritũ dotẽqꝫ virtutũ nõ ſolũ latinis atqꝫ grecis ſꝫ etiã hebreis ita lr̃is inſtruct⁹ eſt: vt ſe illi in omni ſcientia nemo audeat comparare. Cui iugis aduerſus malos pugna: ꝑpetuũqꝫ certamẽ. Oderunt eum heretici: q2 eos impugnare non deſijt. Oderunt clerici: q2 vitam eoꝝ inſectatur ⁊ crimina. Sed plane boni omnes ⁊ mirãtur ⁊ diligunt. Nam qui eum hereticũ eſſe arbitrãtur inſaniunt. Totus ſemꝑ in lectione. totus in libris eſt. nõ die non nocte requieſcit. aut legit aliquid. aut ſcribit. Hec ſeuerus. Et ſicut ex his verbis patet. ⁊ ſicut etiã ipſe ſepe teſtať. multos ꝑſecutores ⁊ multos detractores ꝑpeſſus eſt. Quas tñ ꝑſecutiones q̃ libenter ſuſtinuerit. patet ex eo q̇ ſic dicit in epl'a ad aſellã. Grãs ago deo q2 dignus ſum habitus quẽ oderit mũdus. ⁊ maleficũ me garriũt Sꝫ ſcio ad regnũ ꝑuenire ꝑ infamiã ⁊ bonã famã. Item. Utinã ob dñi mei nomẽ atqꝫ iuſtitiã vniuerſa me infideliũ turba ꝑſequať Utinã in opprobriũ meũ ſolidi⁹ exurgat hic mũd⁹ tm̃ vt merear a xp̃o laudari. ⁊ ſue pollicitationis ſperare mercedẽ. Grata vtiqꝫ ⁊ deſiderata tẽptatio eſt: cui⁹ premium a chriſto ſperatur in celo. Nec maledictio grauis eſt que diuina laude mutatur. Obijt circa ãnos dñi. ccccviij.

## ❡ De ſancto remigio. cxlii. A

Remigius dr̃ a remige: qui eſt nauis ductor vel rector. Uel dr̃ a remis que ſunt inſtrumẽta quib⁹ nauis ducit. ⁊ gion qđ eſt luctatio. Ipſe eñ eccl'iam gubernauit a periculo naufragij. eam duxit ad portũ paradiſi. pro ea luctatus eſt ꝯtra inſidia diaboli.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK Baden-Württemberg



Remigius regem ꝛ gentē frācoꝝ ad xp̄m ꝯuertiſſe d᷑. Habebat enī rex vxorē nomine clotildim chriſtianiſſimā: que virū ſuum nitebat̄ ad fidē ꝯuertere ſed neqͥbat. Que cum filium genuiſſet ip̄m baptizare voluit ſed rex oīno ꝓhibuit. Jlla aūt qͥeſcere nō valens. tandē vix hoc a rege obtinuit ꝛ filiū baptizauit. Qui dū baptizatus eſſet ſubito eſt defunctꝰ. Cui rex ait. Nūc apparet q᷑ xp̄s vilis eſt deꝰ qui cū ꝑ quē fides eiꝰ poterat ſublimari in vita ꝯſeruari nō potuit. Cui illa. Jmo in hoc a deo meo valde me diligi ſentio ꝙ primū fructū vētris mei ip̄m recepiſſe cognoſco qui regnum in infinitū tuo melius filio meo largitus eſt. Concepit igit̄ iterū ꝛ filiū aliū peperit quē ſicut primū cū multa inſtantia baptizari fecit. Sed ecce ſubito infirmat̄: ita ꝙ de eius vita deſperatur. Dixitqꝫ rex vxori. Uere debilis eſt deus tuus qui nullū in noīe ſuo baptizatū in vita ꝯſeruare pōt. Nā ſi mille genueris ꝛ cūctos baptizaueris: oēs ſil̄ ꝑibunt. Sed tñ puer ꝯualuit. ꝛ ſanitatē recepit: ita ꝙ poſt patrē regnauit. At fidelis mulier virum ſuum ad fidem reducere conabatur: ſed ille modis omnibꝰ reſiſtebat. Qualiter aūt ad fidem ꝯuerſus eſt. in alio feſto qđ eſt poſt epiphaniam dictū eſt. Uolens aūt p̄dictus rex clodoueus factus xp̄ianus remenſem eccl'iam dotare. beato remigio dixit: vt quantū circūiret dū ipſe in meridie dormiret ſibi daret. Qđ ꝛ factū eſt. Sꝫ cum quidā molendinū ſuam habebat intra fines beati remigij. molendinarius ip̄m dum circūiret cū indignatiōe repulit. Cui dixit remigius. Amice nō ſit tibi durū vt hoc molendinū ſil' habeamꝰ. At ille vt eū reiecit ſtatim rota molendini in contrariū verti cepit. clamauitqꝫ pꝰ ſanctū remigiū dicens. Serue dei veni: ꝛ habeamꝰ pariter molendinū. Cui ille. Nec michi nec tibi. Statimqꝫ ſe terra aperuit. ꝛ molendinū penitꝰ deglutiuit.

¶ Preuidens remigius famē futuram: cum in villa quadam bladi cumulos ꝯgregaſſet. inebriati ruſtici: ſenis prudentiā deridentes ignem ſuppoſuerūt. Qđ ille audiēs illuc venit: ꝛ pre frigore etatis et veſpertini t̄pis ſe calefacere cepit. ꝛ trāquillo corde dixit. Semꝑ focus bonus eſt. Ueruntñ qui hoc fecerūt ꝛ poſteri eius: viri in genitalibꝰ rupti. femine gutturoſe erūt. Qđ ſic in ill' euenit quouſqꝫ per karolum ſunt diſperſi.

¶ Notandum aūt ꝙ illud feſtū ſancti remigij qđ agitur in menſe ianuarij eſt feſtum de felici obitu illius. illud aūt d᷑ eſſe de eius ſacri corporis tranſlatione. Cum enī corpus eius poſt ipſius obitum ad eccleſiā ſanctorū timothei ꝛ apollinaris cum feretro deferret̄ iuxͣ eccleſiā ſancti criſtofori cepit adeo ponderare ꝙ nullatenus moueri potuit. Tandem coacti rogauerunt dñm vt eis oſtendere dignaret̄ ſi forte in eccleſia illa ſancti criſtofori vbi nulle reliquie ſanctoꝝ quieſcebāt ſepeliri vellet. Statimqꝫ corpus leuiſſime ſuſtulerūt. ꝛ ip̄m ibi honorifice poſuerūt. Ubi cum multa miracula fierēt eccleſiā ampliauerūt. Et factā cripta retro altare cū effoſſum corpus ibi reponere vellent. mouere nullatenus potuerūt. Cum aūt in orōnibꝰ ꝑnoctarent. ꝛ media nocte oēs pariter obdormiuiſſent in craſtinū. ſcꝫ kl'as octobris. inuenerūt ſepulcrū cū corpore ſancti remigij in illam criptam ab angelis deportatum. Quod tñ poſt longum t̄ps in pulcriorem criptam eadem die cū capſa argentea tranſlatū eſt. Floruit circa annum dñi quadringenteſimū nonageſimum.

## ¶ De ſancto leodegario. cxliii. A

Leodegarius cū oī virtute polleret. eduenſi eccl'ie meruit in pontificē ꝓmoueri. Qui dum clotario rege decedēte cura regni grauiꝰ p̄meret̄. volūtate dei ꝛ principū ꝯſilio childericū fratrē clotarij adoleſcentē valde idoneum p̄fecit in regē. Sed ebroinꝰ theodoricū ipſiꝰ childerici germanū preficere nitebat̄. nō ꝓpter regni cōmodum: ſed q᷑ de poteſtate eiectus ꝛ omnibus odioſus iram regis ꝛ principū verebat̄. Timens igit̄ ebroinꝰ licentiā a rege petijt ꝛ monaſteriū introiuit. Quo ꝯcedēte. ꝛ fratrē ſuum the-



odoricū ne ꝯtra regnū aliquid moliretur in cuſto dia detinēte. ſanctitate ⁊ ꝓuidētia epi pace mira bili oēs gaudebāt. Sed poſt aliqḋ tp̄us rex mali gnoꝝ ꝯſilio deprauat⁹. intm̄ in viri dei odiū inci tatur. ꝙ oportunitatē ⁊ modū mortis ei⁹ attētius inquirebat. Sed ep̄s blande ferens. ⁊ oēs inimi cos ſuos vt amicos amplectēs. egit cū rege vt di em paſce in vrbe cui ꝑerat celebraret. Et ecce il la die nunciatū eſt ei ꝙ rex in illa nocte quicqḋ de morte eius tractauerat ꝑficere decreuiſſet. At ille nichil trepidans: ſꝫ illa die cū rege in menſa com municās perſecutorē ſic fugit. ꝙ in luxuuienſi mo naſterio dn̄o ſeruiēs etiā ebroino q̄ monaſtico ha bitu latitabat ſedula charitate ſeruiuit. Poſt mo dicū rex morit̄ ⁊ theodoric⁹ in regnū ſublimatur. Quapropter leodegari⁹ ppl̄i ſui lachrimis ⁊ ꝑci bus motus ⁊ abbatis impio cōpulſus ad ſedē ſuā rediꝫ ac ebroin⁹ ꝓtinus apoſtatauit ⁊ regis ſene ſcallus ordinat⁹ eſt. Qui licet prius malus fuerit. tn̄ poſtea fuit peior. totoqꝫ ſtudio leodegariū oc cidere nitebat̄. Miſſis igit̄ militib⁹ q̄ eū caperēt. cum hoc leodegari⁹ cōperiſſet eoꝝ furore cedens dum in habitu pontificali de vrbe egrederet̄ a mi litibus capit̄: q̄ ei ſtatim oculos eruerūt. ¶ Poſt bienniū ſanct⁹ leodegari⁹ cum fratre ſuo garino quē ebroin⁹ exulauerat in palaciū regis eſt addu ctus Cū ad irriſionē ebroini ſapiēter ⁊ pacifice re ſponderet: neqꝫ ille iuſſit garinū lapidib⁹ obrui. ſanctūqꝫ ep̄m tota die nudis pedib⁹ ꝑ quēdā flu uiū ſuꝑ acutiſſimos lapides decurrentē deduci. Et audiens ꝙ in his tormentis deum laudaret. li linguā ei⁹ p̄cidi fecit. ⁊ poſtmodū eū cuidā cuſtod tradidit: vt ip̄m nouis ſupplicijs reſeruaret. Ille aūt vſum loquēdi non ꝑdidit ſed p̄dicationi ⁊ ex hortationi prout poterat vacabat. p̄dixitqꝫ qn̄ et qual̄r ipſe ⁊ ebroin⁹ ex hac vita migrarēt. Lux au tem immēſa in modū corone caput ei⁹ circūdedit. Quā cū multi vidiſſent quid hoc eſſet ab ipſo ep̄o queſierūt. At ipſe ſe in orōne ꝓſternēs gr̄as deo retulit. ⁊ omnes aſtantes vt in melius vitam mu tarent admonuit. Qḋ ebroin⁹ audiēs ⁊ inuidēs miſſis quatuor ſpiculatorib⁹ ipſuꝫ decollari prece pit. Cū ergo ipſum ducerēt. Ait eis. Non eſt inq̄t opus frēs vos diuti⁹ fatigari. Sed hic implete de ſideriū ei⁹ qui vos miſit. Ad hoc tres illoꝝ adeo ſunt cōpuncti ꝙ ad pedes eius ꝓcidentes veniā precabātur. Quart⁹ vero cum eum decoll̄aſſet. ꝓ tinus a demone arrept⁹ ⁊ in ignem ꝓiectus: vitā miſerabil̄r terminauit. Biennio expleto audiens ebroin⁹ corpus ſancti viri multis miraculis illu ſtrari. miſerabil̄r cruciat⁹ inuidia. militē illuc mē ſit: vt an ſic ſe hrēt veritas intimaret. Miles aūt ſuꝑbus ⁊ arrogās cum illuc veniſſet: calce tumbā ſancti ꝑcutiēs exclamauit. Moriat̄ qui mortuuꝫ miracula facere poſſe credit. Mox ille arrept⁹ a demonio: ⁊ ſubito moriēs. morte ſua ſanctū am plius ꝯmēdauit. His auditis ebroin⁹ amplius in uidia torquebat̄. ⁊ famā ſancti extinguere molie batur. Sed iuxta p̄dicationē ſancti gladio nequi ter neqꝫ ipſe occidit̄. Paſſus eſt aūt circa annuꝫ dn̄i. dclxxx. tp̄e ꝯſtantini quarti.

## ¶ De ſancto Franciſco. cxliiii. A

turpiter ab his magis deceptū aſſeruit. Pro eius
vnq̧ viro citius mittit̄. et in dei cōfeſſione perſeue
rans iniuſte necat̄. Sācti verō a. xij. militibus fla
gellantur. Deinde magno pondere cathenarū cō
ſtricti carceri mācipant̄ Sequēti die dyoniſius ſup
cratem ferreā ſuppoſitis flāmis nudus extēditur.
vbi dn̄o decantabat dicēs. Jgnitū eloquiū tuū ve=
hementer. et ſeruus tuus dilexit illud. Jnde autē
erigit̄ et ad beſtias ferociſſimas multo ieiunio ex=
citatas ꝓijcitur. Sed cū in eum īpetuoſe currerēt
ſignū crucis oppoſuit et māſuetiſſimas eas fecit.
Deinde in clibanū iactat̄ ſed extincto igne nil ledi
tur. Cruci affigit̄ et diutius ibi torquet̄. Jnde depo
ſitus cū ſuis ſocijs et multis alijs fidelibus carceri
mancipatur. Ubi dū miſſam celebraret ⁊ pplm cō
municaret dn̄s ihesus eidē cum īmenſo lumine ap=
paruit. et panē accipiens ei dixit. Accipe hoc care
meus q: mecum eſt maxima merces tua. Poſt hoc
iudici preſentati iterū nouis ſupplicijs mactantur
et iuxta ydolū mercurij cū ſecuribus triū capita in
ꝯfeſſione trinitatis precidunt̄. Statimq̧ corpus
ſcti dyoniſij ſe erexit et caput ſuū inter brachia an
gelo duce et celeſti lumine p̄cedente ꝑ duo milia=
ria deportauit. a loco qui dicit̄ mons martirū vſq̧
ad loca vbi nunc ſua electione et dei ꝓuidentia re
quieſcit. Tanta aūt ibidem angeloꝝ melodia inſo
nuit vt inter multos qui audierunt et crediderunt
etiam larcia vxor prefati lubrij criſtianā ſe eſſe cla
mauit. Et mox ab ip̄ijs decollata et in ſuo ſangui=

# De ſancto Calixto.

ne baptizata occubuit. Filius aũt eius nomine vir-
bius rome ſub tribus impatorib⁹ militauit. Dein
de pariſius rediẽs baptiſaꝛ. et religioſorũ numero
ſociaꝛ. Dũ aũt infideles metuerẽt ne ſanctoꝝ ruſti
ci et eleuterij corpa xpiani ſepelirent. iuſſerunt vt
in ſecana mergerenꝛ. D ¶ Matrona aũt que-
dam nobilis vectores ad prandiũ inuitauit. et illis
epulãtibus ſanctorũ corpora furtiue ſurripuit et ĩ
agro ſuo occulte ſepelire fecit. que poſtea pſecu-
tione ceſſante inde ſuſtulit. et corpori beati dyoni
ſij honorifice ſociauit Paſſi ſunt ſub domiciano an
no dñi. xcvi. etatis vero beati dyoniſij. xc. Circa
annos dñi. dcccxv. tpe ludouici legati michaelis
impatoris cõſtãtinopolitani. inter cetera munera
detulerũt ludouico filio karoli magni libros dyo-
niſij de gerarchia de greco in latinuꝫ tranſlatos.
Qui cũ gaudio ſunt recepti. et. xix. infirmi in ipſa
nocte in eccl'ia eius curati. ¶ Cum apud arelatẽ
ſanctus regulus epſ miſſarũ ſolemnia celebraret
apl'oruꝫ nominibus in canone recitatis adiunxit. et
beatis martirib⁹ tuis dyoniſio ruſtico et eleuterio.
Quo dicto cũ adhuc dei famulos viuere crederet.
plurimũ mirari cepit cur coꝝ nomina ſic neſciens
in canone ꝓtuliſſet. et ecce eidẽ miranti tres colũ
be apparuerũt ſup crucem altaris reſidentes que
ſanctoꝝ martirũ noĩa habebãt ſuis pectorib⁹ ſan-
guine inſignita. Quas diligenter intuẽs ſanctos
migraſſe a corpe intellexit Circa annũ dñi. dcxliiij.
dagobertus rex francoꝝ vt in quadã habetur cro-
nica qui longe ante pipinuꝫ regnauerat a ſua pue
ricia ſanctũ dyoniſiũ in magna veneratione ha-
bere cepit. Nam et quãdo clotarij patris ſui iram
metuebat. ad eccleſiã ſancti dioniſij cõtinuo fugie-
bat. Cũ ergo factus iam rex mortuus fuiſſet cuidã
ſancto viro in viſione monſtratũ eſt ꝙ anima eius
ad iudiciũ rapta fuit. et multi ſancti ſuarũ eccleſia-
rum expoliationẽ obijciebant eidẽ. Cũ ergo mali
angeli iam ad penas rape eam vellẽt affuit beat⁹
dyoniſius et eius interuentu liberata eſt. et penã
euaſit. Forte eñ eius aĩma ad corpus redijt et ibi
penitentiã egit. Clodoueus rex corp⁹ ſancti dyo-
niſij minus religioſe diſcooperiens. os brachij ei⁹
fregit et cupide rapuit. qui mox in amenciaꝫ ver-
ſus eſt. ¶ Et nota ꝙ ignarus epſ remenſis dicit
in epl'a quã miſit ad karolũ ꝙ iſte dyoniſi⁹ miſſus
in galliã fuit dyoniſius ariopagita vt ſupra dictuꝫ
eſt. Idem teſtaꝛ iohẽs ſcotus in epl'a ad karolum
Nec forte ratio ex computo temporis contradicit.
ſicut aliqui obijcere voluerunt

## ¶ De ſancto calixto. cxlix. A



Calixtus papa anno dñi. ccxxij. ſub alexãdro
impatore martiriũ paſſus eſt. Cuius tẽpori
bus pars eminẽtior vrbis rome diuino eſt
incendio cõcremata. et ſiniſtra manus iouis aurea
liquefacta. Tunc omẽs ſacerdotes ad alexãdrum
impatorem venerunt petentes vt dij irati ſacrifi-
cijs placarenꝛ. Dũ ergo offerrent ſubito celo ſere-
no. mane die iouis diuino fulmine quatuor ſacer-
dotes ydoloꝝ mortui ſunt. et ara iouis cõcremata
eſt. ⁊ ſol obſcuratus eſt. ita vt ppl's romanus fuge
ret extra muros. Audiens aũt palmacius cõſul ꝙ
calixtus cũ ſuis clericis tranſtiberim latitaret. ro-
gauit vt chriſtiani ꝑ quos hoc malũ contigerat ad
purgationẽ ciuitatis penitus delerenꝛ. Palmaci⁹
poteſtate accepta. cũ illuc cũ militibus ꝓperaſſet.
ſed illi ꝓtinus excecati fuiſſent. territus alexãdro
hoc ꝓtinus nunciauit. Tũc imperator iuſſit vt die
mercurij omnis ppl's conueniret et mercurio ĩmo
laret. vt ab eo ſuꝑ his reſpõſa acciperet. Qđ dum
fieret. virgo quedã tẽpli nomĩe iuliana arrepta a
demone exclamauit. Deus calixti eſt verus et vi-
uus deus. qui noſtris eſt pollutionibus indignat⁹
Qđ audiẽs palmacius trãſtibirim ad vrbem rauẽ
nancium ad ſanctũ calixtũ acceſſit. et cũ vxore ſua
et familia ſe ab eo baptizari fecit. Qđ audiens im
perator eum accerſitũ ſimplicio ſenatori tradidit.
vt verbis blandis eũ moneret. eo ꝙ reipublice
plurimũ neceſſari⁹ eſſet. Palmacio vero ieiunijs
et orõnibus pſeuerante venit ad euꝫ quidã miles
promittẽs ꝙ ſi vxorẽ ſuaꝫ paraliticã ſanaret con-

tinuo crederet. Cũ ergo palmacius oraret. illa ſanata ad palmaciũ cucurrit dicẽs. Baptiſa me in nomine xpi. qui tenuit manũ meam et alleuauit me. Tunc calixtus veniens ipſam cum viro ſuo et ſimplicio et multis alijs baptizauit. Qď audiẽs imparator iuſſit omẽs baptizatos decollari. calixtũ vero quinq; diebus ſine cibo et potu manere fecit. Jlle autẽ videns eum amplius ꝯfortari iuſſit. eum diebus ſingulis fuſtigari. deinde ꝑ feneſtram prec ipitatuȝ alligatũq; ſaxo in puteũ precipitari. Aſteri⁹ autem preſbiter corpus eius de puteo eleuauit et ipſum in cimiterio calipodij ſepeliuit.

## De ſancto leonardo cl A



Leonardus dicit odor populi. a leos quod eſt pplus et nardus qď eſt herba redolens quia odore bone fame pplum ad ſe trahebat. Uel leonardus dicit quaſi legens ardua. Uel leonardus dicit a leone. Leo eñi quatuor habet in ſe. Primo habet fortitudinẽ quã fortitudinẽ vt dicit yſido. habet in pectore et in capite. Sic beatus leonardus habuit fortitudinẽ in pectore ꝑ malarũ cogitacionũ refrenationẽ. in capite ꝑ infatigabilẽ ſupnorum cõtemplationem. Scďo habet ſagacitatem et hoc in duob⁹ ſcȝ in apcione oculoꝝ cum dormit. et in deletione veſtigioꝝ cum fugit. Sic leonardus vigilauit ꝑ laborem actionis et vigilando dormiuit ꝑ quietem contemplatõnis et in ſe deleuit veſtigia toti⁹ mundane affectionis. Tercio habet virtuoſitatem in voce. q: eius vox tercia die ſuſcitat leunculũ natum mortuũ et omnẽ beſtiam ſiſtere facit gradũ. Sic leonardus multos mortuos in peccatis ſuſcitauit et multos beſtialiter viuẽtes in opibus bonis vixit. Quarto habet timorem in corde quia ſcďm yſidoꝝ duo timet. ſcȝ ſtrepitũ rotarum et ignẽ accenſum. Sic leonardus timuit. et timẽdo vitauit ſtrepitũ mundane ſolicitudinis. et ideo in deſertum fugit et ignẽ terrene cupiditatis et ideo omẽs theſauros ſibi oblatos ꝯtemſit. B

Leonardus fuiſſe dicit circa annũ domini. d. bica ſancto remigio remẽſi archiepõ de ſacro fonte leuatus et ab ipſo ſalutaribus diſciplinis inſtructus eſt. Cuius parentes primi in palacio regis francie habebantur. Hic tantã graciam a rege obtinuit. ꝙ oẽs incarcerati quos ipſe viſitabat ꝓtinus abſoluebant. Cuȝ igit fama ſanctitatis eius excreſceret. rex multo tpe eum ſecum manere cogit donec oportuno tpe ei epatum donaret. Qď ille rẽnuit et ſolitudinẽ deſiderans relictis omĩbus aurelianũ predicãdo cũ fratre ſuo liſardo deuenit. Ubi poſtq; in quodam cenobio aliquamdiu vixerũt. dum liſardus ſup ripam ligeris ſolitari⁹ manere vellet. et leonardus ꝑ ſancti ſpũs admonitionẽ in aquitania diſponeret pdicare. oſculantes ſe ab inuicẽ diſceſſerũt. Leonardus igit vbiq; pdicans multa miracula exercẽs. in quadaȝ ſilua ciuitati lemouice vicina habitauit. vbi erat aula regia cauſa venationis cõſtructa. Accidit aũt vt quadã die rex ibi venaret. et regina illuc cauſa delectationis egreſſa partu periclitaret. Cũ ergo rex et familia ꝓpter regine ꝑiclitationẽ lugerent et leonardus ꝑ nemus trãſiret. et gementiũ voces audiret pietate cõmotus illuc ꝓperauit. et a rege vocatus ꝓtinus introiuit. Cũ igit a rege interrogatus quis eſſet. ⁊ ſe ſancti remigij diſcipulũ fuiſſe narraret. rex ſpem bonã concipiẽs. et a bono magiſtro ipm bene inſtructũ exiſtimans ipm ad reginam induxit. rogans vt ſuis pcibus de recuperata coniuge et edita ꝓle duplex gaudium obtineret. Tũc ille orõne fuſa qď petebat ꝓtinus ĩpetrauit. Cum aũt rex multa in auro ⁊ argento ſibi offerret ille ꝓtinus recuſauit. admonẽs vt hec paupibus daret dicens. Ego nullis hoꝝ indigeo ſed tantum in aliqua ſiluarũ contemptis huius mũdi diuitijs ſoli xpo famulari deſidero. Cum aũt rex totũ illud nemus ſibi tradere vellet. ille ait. Non totũ illud accipio. ſed ꝗtum nocte cuȝ meo aſello circumire potero. tantũ michi cõcedi exopto. Qď rex libentiſſime adimpleuit. Cõſtructo itaq; ibidẽ monaſterio. ibi diu cum adiũctis ſibi duobus monachis in abſtinentia multa degebat. Cum aũt aqua vno ab

eis miliario diſtaret. puteū ibidem ſiccū penitus
fodi iuſſit quē aqua orōnibus ſuis impleuit. Locū
aūt illū nobiliacum appellauit. eo ꝙ a rege nobili
traditus ſibi fuiſſet. Ibi tātis miraculis choruſca⸗
uit ꝙ quicūqꝫ eius nomē in carcere inuocaſſet mox
ruptis vinculis nullo cōtradicente liber abiret. et
ſuas eidez cathenas vel cōpedes preſentaret. Ho
rū plures ſecū manebant. et ibidē dn̄o ſeruiebant
Septē quoqꝫ familie de eius nobili ſtirpe vēditis
oībus ad eū venerūt. et diſtributo ſingulis nemo⸗
re ibi cum ipſo manentes. exemplo ſuo plurimos
attraxerūt. Deniqꝫ ſanctus vir leonardus multis
clarus virtutibus. viij. ydus nouēbris ad dn̄m mi
grauit. Ubi poſtꝙ multa feciſſet miracula clericis
illius eccleſie eſt reuelatū. vt quia locus ille ꝓpter
multitudinis frequētiā artus erat. alibi eccleſiam
fabricarent. et illuc corpus ſancti leonardi honori
fice tranſportarēt. At illi cū populo triduano ie⸗
iunio et orōni inſiſtentes. reſpiciētes viderūt totā
ꝓuinciam niue coopertā locū aūt illū in quo ſan
ctus leonardus quieſcere volebat. oīno vacuū cō⸗
ſpexerūt. Ibi itaqꝫ trāſlatus quanta miracula pre
cipue circa incarceratos dn̄s per eū faciat. immēſi
ferri varietas ante eius tumulū depēdentis teſtis
exiſtit. Uice comes lemouicenſiū ad terrorē malo
rum quandam grauiſſimā cathenam fecerat. quaꝫ
in cippo ſue turris affigi mandauerat. Qua cathe
na quicūqꝫ collo cingebatꝰ. cuilibet aeris intempe⸗
riei expoſitus nō vna. ſed quaſi mille mortibus an
gebatur. Accidit aūt vt quidam ſeruus ſancti leo⸗
nardi illa cathena ſine culpa ligaretꝰ. Qui cuꝫ fere
vltimū ſpiritum efflaret. intra ſe quo potuit toto
ſanctū leonardū affectu rogauit. vt qui alios libe⸗
raret. ſibi quoqꝫ ſeruo ſuo ſubueniret. Statimqꝫ
ſanctus leonardus in veſte cādida ſibi apparēs di
xit. Noli timere qꝛ nō morieris. Surge et hanc ca
thenam tecū ad eccleſiam meā deferas. Sequere
me quia ego precedā te. Qui cōſurgens ⁊ cathenā
accipiens ſanctum leonardū precedentem vſqꝫ ad
eccleſiam ſuaꝫ ſecutus eſt. Statimqꝫ vt ante fores
fuit. beatus leonardus ipſum dimiſit. et eccleſiam
intrans q̄ ſanctus leonardus ſibi fecerat omnibus
enarrauit. et cathenam illam tam maximam ante
tumulū eius ſuſpendit. ¶ Uir quidā in loco ſancti
leonardi nobiliaco habitans et eidem ſancto val⸗
de fidelis exiſtens. a quodam tyranno captus eſt.
Qui tyrannus intra ſe cogitans dicebat. Leonar⸗
dus iſte omnes abſoluit. et omīs vis ferri ante eū
velut cera ante ignē liqueſcit. Si hunc igitꝰ vincu⸗
lis ligauero. protinus leonardus aderit et ipſum
liberabit. Si autem ipſum cuſtodire poſſem mille
ſolidis ip̄m redimi facerent. Scio igitꝰ quid faciam
In turre mea profundā foueaꝫ faciam. et hominē
hunc cōpedibus aggrauatū ibidem ſubmergam.
Deinde ſuꝑ os fouee ligneam archam conſtruam
in qua armatos milites accubere faciam. Licet eī
leonardus ferrum confringat. tamen nondum ſub
terra intrauit. Quod cum totuꝫ vt cogitauerat cō
pleuiſſet. et ille homo ſanctum leonardum ſepius
inclamaret. leonardus nocte veniens archam in
qua iacebant milites reuoluit. et tanꝙ mortuos in
ſepulcro ita eos ſub ipſa recluſit. Deinde cū mul⸗
ta luce foueam ingreſſus manum fidelis ſui tenuit
ac dixit. Dormis an vigilas? Ecce leonardus queꝫ
deſideras. At ille admirans ait. Domine adiuua
me. Confeſtim confractis cathenis apprehenſum
proprijs vlnis extra turrim portauit. Deinde ſecū
ſicut amicus cum amico confabulans. vſqꝫ ad locū
ſuum et domum ipſum deduxit. D ¶ Peregri⸗
nus quidam cum a viſitatione ſancti leonardi re⸗
diſſet. et in auernia captus in cauea incluſus eſſet
eos plurimū deprecabatur vt amore ſancti leonar
di cum nichil vnꝙ eos offendiſſet eum relaxare de
berent. Qui reſponderūt ꝙ niſi ſe copioſe redime⸗
ret nō exiret. Et ille. Sit inter vos et ſanctum leo
nardum cui me ſciatis recommendatum. Sequē⸗
ti igitur nocte ſanctus leonardus domino illius ca
ſtri apparuit. et vt peregrinum ſuū dimitteret im⸗
perauit. Ille vero mane euigilās et viſionē quaſi
ſomniū paruipendens. nullatenus dimittere vo⸗
luit. Altera nocte eadem imperans ſibi apparuit
Sed ille iterum obedire contempſit. Tercia vero
nocte ſanctus leonardus peregrinū accipiens ex⸗
tra opidū deduxit. ſtatimqꝫ turris cum media par⸗
te caſtri corruens. oppreſſis pluribus ſolum princi
pem ad ſui confuſionē fractis cruribus reſeruauit
¶ Miles quidā in britania incarceratus ſanctū
leonardum inuocabat. Qui ſtatim cunctis videnti
bus et cognoſcentibus et ſtupētibus in media do⸗
mo apparuit. et carcerem intrans et vincula fran⸗
gens homini cathenas in manibus poſuit. et ꝑ me
dium illorum deducens omnes ſtupore perterruit
¶ Fuit et alius leonardus eiuſdem profeſſiōis et
virtutis. cuius corpus apud corbiacum requieſcit.
Hic cum in monaſterio eſſet prelatus. tanta ſe hu⸗
militate deijcebat. vt omnibus inferior videretꝰ.
Sed cum omnis pene populus ad eum conflue⸗
ret. quidam inuidi regi clotario ſuaſerunt. ꝙ niſi
preuideret. per leonardum qui multos ſub obten⸗
tu religionis colligebat. regnum francie detrimen

tum nõ modicũ ſuſtineret. Quib⁹ rex nimis credu
lus eum expelli iuſſit. Uenientes aũt milites adeo
eius verbis cõpuncti ſunt. q̄ ſe ſuos futuros diſci⸗
pulos ſpoſponderunt. Rex quoq3 penitus veniam
petijt. et detractores rebus et honoribus priuauit
et ſanctum leonardum valde dilexit. et vix ad pre
ces ſancti detractores dignitati priſtine reſtituit.
Qui a deo ſimiliter impetrauit vt quicunq3 in car
cere tenerent̃ mox inuocato ſuo nomie ſoluerent̃
Dum aũt quadã die orationi incumberet ſerpens
quidã maximus a parte pedũ vſq3 in eius ſinũ te⸗
tẽdit. Qui ꝓpter hoc nullaten⁹ ab orõne ſurrexit.
Completa vero orõne dixit ei. Scio quia ab inicio
creationis tue homies q̄ntum preuales inquietas
ſed nunc ſi in me tibi tradita eſt poteſtas. fac in me
quicquid merui. Quo dicto ſerpens ꝑ capucium
exiliens ad pedes eius mortuus corruit. Poſt hoc
aũt cum duos epõs diſcordantes ſedaſſet in craſti
num ſe finiendũ predixit. circa annos dñi. dlxx

## De decẽ milibus martirũ cli A



Paſſio et memoria decem milium martirum
veneratur et colitur decimo kalẽ. iulij. q̄
omnes vna die pro chriſti nomie paſſi ſunt
ſub adriano imperatore alijſq3 ſex regibus qui ei
venerunt in adiutorium. Hi ſancti martires cum
ab imperatore ad ſacrificandũ ydolis compellerẽ
tur dixerunt. Sacrificiũ viuum et immaculatũ of⸗
ferimus noſmetipſos dño noſtro iheſu xp̄o. qui pro
humano genere naſci dignatus eſt. et deſcendere
de celis multis malis affligi. et ad vltimuz voluit
etiam pro nobis crucifigi. quem tu miſer ignoras
Tunc iratus impator iuſſit eos diu torqueri et ad
vltimũ crucifigi. Et omnia tormenta q̄ paſſus eſt
dñs noſter iheſus xp̄s. forti animo et fide firmiſſi⸗
ma pro dño ſuſtinuerũt. Locus igit̃ vbi paſſi ſunt
beati martires mons eſt magnus. et vocat̃ ararat
et diſtat ab alexandria ciuitate quingentis quaſi
ſtadijs. A quibus aũt paſſi ſunt fuerunt exercitus
regum qui illi venerãt in adiutoriũ triginta milia
Hora vero ſexta illius diei terre motus factus eſt
magnus. petre ſciſſe ſunt. ſol obſcuratus eſt. ⁊ oĩa
ſigna q̄ in paſſiõe dñi viſa fuerũt. etiã ibi viſa ſunt
Tunc ſancti martires fundentes orationẽ ad dñm
dixerunt. Dñe deus memento noſtri in hoc pati⸗
bulo crucis. et ſuſcipe petitionẽ noſtrã. et ea que
a te expoſcimus nobis concedere digneris. vt qui
cunq3 memoriã noſtri corde et ore cum ieiunio et
deuotione celebrauerint. mereantur a te aſſequi
fructuoſam mercedẽ tribuẽdo eis ſanitatẽ corpo⸗
rum medicamẽ anime. et in domibus eoruz intus
et foris bonorũ omniũ vbertatem concede. Et ſi in
prelio fuerint. nõ eis nocere ꝑualeant inimici viſi⸗
biles et inuiſibiles. te ꝓ eis pugnãte. ſed ſicut pla⸗
cet tibi armis tuis eos ꝓtege. Dieſq3 vnus ieiunij
noſtre paſſionis vnũ penitentialem annũ cõpleat
obſeruãtibus ſe deuoto corde. Et hoc dominator
dñe a te poſcimus. diſſipa omnẽ occupationem et
omnem immũdum ſpiritũ. omnẽq3 infirmitatem
eorũ expelle. quia glorioſuz et laudabile eſt nomẽ
tuũ per oĩa ſecula ſeculoꝝ. Et reſpondentibus
omnibus amen. facta eſt vox de celo dicens. Que
petiſtis dilectiſſimi mei ſcitote vos ĩpetraſſe. Gau
dete quoq3 et letamini. quia orõnes veſtre coram
xp̄o. et immortali rege veraciter ſunt exaudite. Et
his dictis in cõfeſſione emiſerunt ſpiritũ veraci⸗
ter percepturi premia regni celoꝝ. Amen.

## De ſancto luca clii A

Lucas interpretat̃ ipſe conſurgens vel ele⸗
uãs. vel dicit̃ lucas a luce. Ipſe eñ fuit cõſur
gens ab amore mundi. eleuans ſe in amorẽ
dei. Fuit etiã lux mundi eo q̄ mundum illumina⸗
uit vniuerſuz. Math. v. Uos eſtis lux mũdi. Lux
aũt mundi eſt ipſe ſol. que quidẽ lux habet in ſitu
ſublimitatem. Eccl. xxvi. Sol oriens mundo in al
tiſſimis dei. In aſpectu delectabilitatẽ. Eccl'i. xi.
Dulce lumẽ et delectabile eſt oculis videre ſolem.
In motu velocitatẽ. ij. heſdre. iiij. Magna eſt ter
ra et excelſuz eſt celũ et velox curſus ſolis. In effe
ctu vtilitatẽ quia ſcd̃m philoſophũ homo generat
hominem et ſol. Sic lucas habuit ſublimitatem.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

per celeſtium contemplationem. delectabilitatem per dulcem conuerſationem. velocitatem per feruentem predicationem. vtilitatē per doctrine ſue conſcriptionem. B



Lucas ſyrus natione antiochenus. arte medicus. fuit ſcdm quoſdā vnus de ſeptuaginta duobus dñi diſcipulis. Sane cum hieronimus dicat eum fuiſſe diſcipulū apoſtolorū non domini. et glo. ſuper. xxv. exodi notet ꝙ domino predicanti non adheſit. ſed poſt reſurrectionē eius ad fidem venit. magis tenendum eſt ꝙ non fuerit vnus de. lxxij. licet aliqui ſic fuerint opinati. Qui tāte fuit perfectionis et vite vt optime ordinatus fuerit ꝗ̄tum ad deū. et ꝗ̄tum ad ꝓximū. et ꝗ̄tum ad ſeipſum. et ꝗ̄tum ad ſuum officiū. Et in ſignum huius quadruplicis ordinatōis quatuor facies habere deſcribit. ſcꝫ faciem homīs et leonis. bouis. et aquile. Quodlibet eñi de animalibus habebat quatuor facies et quatuor pēnas. vt dicit ezech. i. Et vt hoc meli⁹ videat ymaginemur aliquod animal qd̄ habeat caput quadratū. vt lignū quadratum. et in qualibet ſupficie ymaginemur vnam faciem a parte anteriori faciem hominis. a dextris faciem leonis. a ſiniſtris faciem vituli. a parte poſteriori faciē aquile. Quia vero facies aquile ſup alias eminebat ꝓpter colli ꝓductionē quod in ea longū eſt. ideo dicit ꝙ erat deſup. Quodlibet etiā horū quatuor pennas habebat quia cū quodlibet animal quaſi quadratū ymaginemur. et in quadrato ſint quatuor anguli. ī quolibet angulo erat vna penna. Per iſta quatuor animalia ſcdm ſanctos quatuor euangeliſte ſignificant. quorum quilibet habuit quatuor facies ſcribendo ſcilicet de humanitate. paſſione. reſurrectione. et diuinitate. Singule tamen ſingulis per quādam appropriationem attribuuntur. ſcdm hiero. Matheus in homine figurat. quia pricipaliter circa xpi humanitatem immoratur. Lucas in vitulo agens de xpi ſacerdotio. Marcus in leone euidētius ſcribens de reſurrectione. Catuli eñi leonū vt dicūt vſqꝫ in diez terciū quaſi mortui iacent. ſed rugitu leonis in die tercio excitant. Item q2 incepit a rugitu predicationis. Johannes in aquila ceteris altius volans ſcribens de xpi diuinitate. Xp̄s etiā de quo ſcribūt oīa iſta quatuor fuit ſcꝫ homo natus de virgine. vitulus in paſſiōe. leo in reſurrectiōe. aquila in aſcēſione. Per has igit quatuor facies in qb⁹ deſignatus eſt lucas ſicut quilibet alius euāgeliſta. oſtendit qualiter illis quatuor modis fuerit ordinatus. Nam per faciē homis oſtendit ꝙ recte fuerit ordinatus ꝗ̄tum ad proximū queꝫ debet ratiōe inſtruere. māſuetudine attrahere. et liberalitate fouere. Homo eñi eſt aīal rationale māſuetū et liberale Per faciē aquile oſtendit ꝙ recte fuerit ordinatus ꝗ̄tum ad deū. quia in eo oculus intellectus cōtuet deū ꝑ contemplationē. roſtrū affectus ad ip̄m exacuitur ꝑ meditationem. ſenectus inſup abijcit per nouā conuerſationē. Aquila eñi acuti luminis eſt vt rotam ſolis irreuerberatis oculis aſpiciat. et in altū mirabiliter eleuata piſciculos ī medio maris videat. Roſtrū etiā nimis aduncatū ne impediat in cibo capiēdo petre allidit. et ſic vſui cibandi habile efficit. Exuſta inſup a calore ſolis et in fontē magno impetu ſe ꝓijciēs ſenectutē abijcit. calore ſolis oculoꝝ caliginē conſumēte ⁊ pennas alleuiāte. Per faciem leonis oſtēditur ꝙ recte fuerit ordinatus ꝗ̄tum ad ſe. q2 habuit generoſitatē ꝑ honeſtam moꝝ cōuerſationē. ſagacitatē ꝑ inſidiarū hoſtiliuꝫ vitationē. et paſſibilitatē per afflictoꝝ compaſſionē. Leo eñi eſt animal generoſum q2 rex animalium. Eſt ſagax q2 veſtigia cauda delet cū fugit ne inueniat. Paſſibile q2 quartanā patit. Per faciē vituli ſiue bouis oſtēdit ꝙ recte fuerit ordinatus ꝗ̄tum ad ſuū officium. qd̄ fuit ſcribere euangelium. Ibi eñi moroſe ꝓceſſit. q2 incepit a natiuitate precurſoris et natiuitate et īfantia xpi. et ſic paulatim ꝓceſſit vſqꝫ ad vltimā conſummationē. Diſcrete incepit. quia poſt alios duos euāgeliſtas. vt qd̄ illi omiſiſſent iſte ſuppleret. et qd̄ ſufficienter dixiſſent omitteret. Circa templū et ſacrificiū im-

moratus fuit.qđ patet in principio et in medio et
in fine. Bos eñ eſt animal moroſum in vngulis fiſ
ſum ꝑ quod intelligit̃ diſcretio immolanciũ. ¶
Verꝫ qualr̃ beatus lucas ĩ p̄dictis quatuor modis
ordinatus fuerit melius oñditur ſi vite eius ſeries
melius indaget̃. Primo igit̃ ordinat⁹ fuit quantũ
ad eum. Tripliciter aũt ordinat̃ homo quãtum ad
deum ſcðm beatũ berñ. ſcꝫ affectione. cogitacione
et intencione. Affectio debet eſſe ſancta. cogitacio
munda et intẽcio recta. Affectionẽ igit̃ ſanctã ha
buit qꝛ ſpũſancto plenus fuit. Hiero. in ꝓlogo ſuꝑ
lucã. Obijt inqt in bithinia plen⁹ ſpũſancto. Scðo
habuit cogitacionẽ mundã. qꝛ fuit virgo corꝑe et
mente. in quo notat̃ mundicia cogitationis ipſius
Tercio habuit intencionẽ rectam. qꝛ in omnibus q̃
faciebat honorẽ dñi querebat. De his duob⁹ vlti-
mis dicit̃ in ꝓlogo ſuꝑ actus apl'oꝝ. Sine crimine
in virginitate ꝑmanẽs. Hoc quantũ ad mundiciã
cogitacõnis. Dño maluit ſeruire. ideſt ad honorẽ
dñi. Hoc quantũ ad rectitudinẽ intencõnis. Secũ
do fuit ordinat⁹ quantũ ad ꝓximum. Ad ꝓximuꝫ
aũt ordinamur cũ ei impẽdimus qđ debem⁹. Tria
autẽ ſcðm rich. de ſancto vic. ſunt q̃ ꝓximo debe-
mus. ſcꝫ noſtrũ poſſe. noſtꝝ noſſe noſtrũ velle ⁊ vt
quartũ addat̃ noſtrũ agere. Noſtrũ poſſe in ſubſi-
dijs. noſtrũ noſſe in cõſilijs. noſtrũ velle in deſide-
rijs. noſtrũ agere ĩ obſequijs. Quantũ ad hec qua
tuor ordinat⁹ fuit beatus lucas. Dedit eniꝫ primo
ꝓximo poſſe ſuũ in ſubſidijs. quod patet ex hoc. ꝙ
paulo in omib⁹ tribulacõibus ſemꝑ adheſit. ⁊ ab
eo nunq̃ diſcedẽs eidẽ in p̄dicaciõis ſubſidiũ fuit
ij. thi. iiij. Lucas eſt mecũ ſolus. In hoc ꝙ dicit me
cum tanq̃ ſcꝫ adiutor et defenſor. notat̃ qualiter ſi
bi ſubſidia p̄ſtitit. In hoc ꝙ dicit̃ ſolus. notat̃ ꝙ cõ
ſtanter eidẽ adheſit. Itẽ. ij. coꝝ. viij. dicit de luca.
Non ſolum aũt ſed ordinatus eſt ab eccl'ijs ſocius
ꝑegrinationis noſtre ⁊c. Scðo ſuũ noſſe in cõſilijs
Tunc eñ ſuũ noſſe ꝓximo tribuit cũ doctrinã apo-
ſtolicã et euãgelicã quã ipſe nouerat ad vtilitateꝫ
ꝓximorũ cõſcripſit. De hoc ipſe teſtimoniũ ſibi
ꝑhibet in ꝓlogo ſuo dicẽs. Viſuꝫ eſt vt mihi aſſecu
tio a principio diligenter ex ordine tibi ſcribere o-
ptime theophile. vt agnoſcas eorum verborũ de
quib⁹ es eruditus veritatẽ. Qualiter etiam p̄buit
ſuum noſſe in cõſilijs. patet ex illo verbo qđ dicit
hiero. in ꝓlogo. qꝛ eius verba aĩme languẽtis ſũt
medicina. Tertio eius velle in deſiderijs qđ patet
ex hoc ꝙ eis ſalutẽ eternã deſiderauit. col'. iiij. Sa
lutat vos lucas medicus. i. ſalutẽ eternã exoptat.
Quarto eius agere in obſequijs. qđ patet ex eo ꝙ
dñm quẽ aliquẽ ꝑegrinũ extimabat hoſpicio rece-
pit. et ei omne obſequiũ caritatis exhibuit. Fuit eĩ
ſocius cleophe dũ ibat ĩ emaus ſicut aliqui dixerĩt
ꝓut refert greg̃. in moralibus. licet ambro. dicat
aliũ fuiſſe cuius etiã nomen ponit. ¶ Tercio
fuit bene ordinatus q̃tuꝫ ad ſeipm̃. Tria aũt ſunt
ſcðm berñ. q̃ optime ordinant hominẽ ad ſeipm̃ et
ſanctũ faciũt. ſcꝫ victus ſobrius. act⁹ iuſtus. ſenſus
pius. Et qđlibet hoꝝ ſcðm ipm̃ berñ. in tria diuidi
tur. Victus inquit ſobrius erit. ſi cõtinenter ſi ſocia
liter. ſi humiliter vixerimus. Actus iuſtus erit. ſi
fuerit rect⁹. diſcretus fructuoſus. Rect⁹ ꝑ bonã in-
tẽtionẽ. diſcretus ꝑ moderationẽ. fructuoſus ꝑ edi
ficationẽ. Senſus pius erit ſi fides nr̃a ſentit deũ
ſũme potenteꝫ. ſumme ſapienteꝫ. ſũme bonũ. vt ꝑ
eius potentiã noſtrã credamus iuuari infirmitatẽ
per eius ſapientiã noſtrã credamus corrigi igno-
rantiam. per eius bonitatẽ noſtrã credamus dilui
iniquitatẽ. Hec her̃. In his oĩbus beat⁹ lucas fuit
optime ordinatus. Primo eñ habuit victũ ſobriũ.
et hoc tripliciter. quia vixit ꝯtinẽter. Nã vt teſtat̃
hiero. de eo in ꝓlogo ſuꝑ lucã. Ipe nec vxorẽ vnq̃
habuit. nec filios. Scðo ſocialiter hoc notat̃ in hoc
ꝙ dicit̃ de ipſo et de cleopha. ſuppoſita opinione
p̄dicta. luce vlti. Duo ex diſcipulis iheſu ibant ipa
die ⁊c. Socialitas eñ notat̃ in hoc ꝙ dicit̃ duo. et
in hoc ꝙ dicitur diſcipuli. quaſi diſciplinati. i. bene
morigerati. Tertio humiliter cuius humilitas inſi
nuatur in hoc ꝙ nomen ſocij ſui. ſcꝫ cleophe exꝑſſit
et ſuũ tacuit. Nam ſcðm opinionẽ quorundã lucas
ex humilitate nomẽ ſuũ ſiluit. Scðo habuit actum
iuſtũ qui quidã actus fuit rectus ꝑ intentionẽ. hoc
notat̃ in oratione cũ dicit̃. Qui crucis mortificatio
nem iugiter in ſuo corpore pro tui noĩs amore por
tauit. Diſcret⁹ ꝑ moderationẽ. Unde in forma bo
uis monſtratus eſt qui vngulã findit. ꝑ quod virt⁹
diſcretionis exprimit̃. Fructuoſus ꝑ edificationeꝫ
adeo quippe fuit ꝓximis fructuoſus ꝙ ab oĩbus
cariſſimus habebatur. Unde col'. iiij. vocat̃ ab apo
ſtolo cariſſimus. Salutat inquit vos lucas medi-
cus cariſſimus. Tercio habuit ſenſum piũ. qꝛ credi
dit ⁊ ĩ ſuo euãgelio ꝓfeſſus eſt deũ eſſe ſumme po
tenteꝫ. ſumme ſapientẽ. ſumme bonũ. De duobus
primis dicit in. iiij. c. Stupebãt in doctrina eius qꝛ
in poteſtate erat ſermo ipſi⁹. De tercio patꝫ. xviij.
ca. Nemo bonus niſi ſolus deus. Quarto et vlti-
mo fuit optime ordinatus quantũ ad ſuũ officiuꝫ
qđ fuit ſcribere euãgeliũ. In hoc aũt patet quali-
ter fuerit ordinatus. qm̃ ipſuꝫ ſuũ euangeliũ fulcit̃
multa veritate. repletur multa vtilitate. decorat̃

multa venuſtate et autenticatur multa auctorita-
te. Primo; nanq; fulcitur multa veritate. Eſt
aute triplex veritas. ſcʒ vite. iuſticie. et doctrine.
Veritas vite eſt adequatio manus ad linguã. Ve
ritas iuſticie eſt adequatio ſentencie ad cauſã. Ve
ritas doctrine eſt adequatõ rei ad intellectũ. Hac
triplici veritate ipm euangeliũ fulcit. quia in ipſo
euãgelio hec veritas edocetur. Oſtendit eñ lucas
et xp̄m hanc triplicẽ veritatẽ in ſe habuiſſe et ali-
os docuiſſe. Oſtendit autem xp̄m hanc triplicem
veritatẽ in ſe habuiſſe ꝑ teſtimoniũ aduerſarioꝝ.
ſicut patet luce. xx. Magiſter ſcimus qꝛ recte dicis
et doces. Ecce veritas doctrine. Et nõ accipis pſo-
nam. Ecce veritas iuſticie. Sed in veritate viam
dei doces. Ecce veritas vite. Bona eñ vita dicitur
via dei. Secundo oſtendit in ip̄o ſuo euãgelio xp̄m
hanc triplicẽ veritatẽ docuiſſe Primo eñ ibidẽ do
cetur veritas vite q̃ conſiſtit in obſeruatõe manda
torum dei. Unde dicitur. x. c. Diliges dominũ deũ
tuũ ⁊c. Hoc fac et viues. Item. xviij. interrogauit
eum quidã. Magiſter q̃d faciẽdo vitã eternã poſ
ſidebo? Et ſequit mandata noſti? Non occides ⁊c.
Scd̄o veritas doctrine. Vñ quibuſdã hanc verita
tẽ doctrine peruertentibꝰ dicebat. xi. c. Ve vobis
phariſeis qui decimatis ideſt decimanda p̄dicatis
mentã rutã et omne olus et p̄teritis iudiciũ et cari
tatem dei ⁊c. Item ibidẽ. Ve vobis legiſꝑitis qui
tuliſtis clauem ſcientie ⁊c. Tercio veritas iuſticie.
Unde dicit. xx. c. Reddite ergo q̃ ceſaris ſunt ceſa-
ri et que dei ſunt deo. Item. xix. c. Veruntamẽ ini-
micos meos illos qui noluerunt me regnare ſuꝑ ſe
adducite huc. ⁊ interficite ante me. Item. xiij. vbi
agit de iudicio vbi reprobis dicturꝰ eſt. Diſcedite
a me omnes operarij iniquitatis. E Secũdo
eius euangeliũ replet multa vtilitate. Unõ et ille
qui ſcripſit medicus fuit. ad deſignandum ꝙ nobis
medicinã vtiliſſimã ꝓpinauit. Eſt aũt triplex me-
dicina curatiua. p̄ſeruatiua. et melioratiua. Hanc
triplicẽ medicinã nobis lucas in ſuo euangelio ce-
leſtem medicũ oſtendit ꝓpinaſſe. Medicina autẽ
curatiua et q̃ curat a morbo. et hec eſt penitentia
que omnes morbos ſp̄uales curat. Hãc medicinã
dicit medicũ celeſtẽ nobis exhibuiſſe cũ ait. iiij. c.
Sanare cõtritos corde p̄dicare captiuis remiſſio
nem ⁊c. Item. v. c. Nõ veni vocare iuſtos ⁊c. Me
dicina melioratiua eſt que ſanitatẽ auget. et hec ẽ
obſeruatio conſilioꝝ. Cõſilia eñ hominẽ meliorẽ
et p̄fectiorẽ faciunt. Hanc medicinã oſtẽdit nobis
medicũ ꝓpinaſſe. xviij. c. cum ait. Omnia quecũq;
habes vẽde et da pauꝑibus ⁊c. Itẽ. vi. c. Ab eo q̃
aufert tibi veſtimentũ ⁊c. Medicina aũt p̄ſeruati
ua eſt q̃ p̄ſeruat a caſu. et hec eſt vitacio occaſionũ
peccandi et malorum ſocietatũ. Hanc medicinam
oſtẽdit medicũ tradidiſſe cũ ait. xij. c. Attendite a
fermẽto phariſeoꝝ ⁊c. Ubi edocet maloꝝ ꝯſortia
euitare. Vel põt dici ꝙ ipm euangeliũ multa vtili
tate replet. qm̄ in ip̄o virtus omnis ſapientie cõti
netur. De hoc ſic dicit ambro. Lucas omẽs ſapien
tie virtutes euãgelij ſui cõplectit hiſtoria. Docuit
eñ naturalia cum de ſp̄uſancto dñicam incarnatio
nem extitiſſe reſerauit. Unde ⁊ dauid naturalẽ do
cens ſapientiã ait. Emitte ſp̄m tuũ et creabunt.
Itẽ cum docuit tenebras in paſſione xp̄i factas ter
ram tremuiſſe. ſolẽ radios extraxiſſe. Docuit mora
lia cũ ip̄is beatitudinibus mores docuit. Rõnalia
docuit cuʒ ait. Qui fidelis eſt in minimo et in ma-
gno fidelis eſt. Sine hac triplici ſapiẽtia ipſa fides
ipſum miſterium trinitatis eſſe non poteſt. hoc eſt
naturali. rationali. et morali. Hec ambro. Tercio
eius euangeliuʒ decoratur multa venuſtate. Eius
eñ ſtilus et modus loquendi valde venuſtus et de
corus eſt. Ad hoc autẽ ꝙ aliquis in dictis ſuis ve-
nuſtatẽ et decorẽ teneat. tria ſunt neceſſaria que
tradit augꝰ. ſcilicʒ vt placeat. vt pateat. et vt mo-
ueat. Ut placeat debet loqui ornate. vt pateat de
bet loqui apte. vt moueat debet loqui cũ feruore.
Hunc triplicẽ modũ habuit lucas et in ſcribendo
et in p̄dicando. De duobꝰ primis. ij. coꝝ. viij. Miſi
mus aũt cum illo fratrẽ glo. barnabã vel lucã cuiꝰ
laus eſt in euangelio per omnes eccleſias. In hoc
ꝙ dicit cuius laus eſt ⁊c. Notatur ꝙ locutus eſt or
nate. In hoc ꝙ dicit per oĩs eccleſias notatur ꝙ
locutus eſt aperte. Quod aũt cum feruore locutꝰ
ſit. patet ex hoc ꝙ cor ardens habuit dicens. Non
ne cor noſtrum ardens erat in nobis. ⁊c. F
Quarto eius euangeliũ autẽticat multorum au-
ctoritate. Multorũ quippe auctoritate autentica-
tum fuit. Quoniã a patre fuit preordinatũ. Hiere.
xxxi. Ecce dies veniunt dicit dñs. et feriam domui
iſrael et domui iuda fedus nouũ. non ſcd̄m pactũ
qd̄ pepigi cũ patribus coꝝ ⁊c. Sed hoc erit pactũ
quod feriam cuʒ domo iſrael. poſt dies illos dicit
dñs dabo legem meã in viſceribus coꝝ ⁊c. Ad lit-
terã loquit de doctrina euangelica. Scd̄o a filio
corroboratũ. Unde dicitur in codẽ euangelio. xxi.
c. Celũ et terra tranſibũt verba aũt mea non tranſi
bunt Tercio a ſp̄uſancto inſpiratum. Unde dicit
hiero. in ꝓlogo ſuꝑ lucã. Sancto inſtigante ſp̄ũ in
achaie partibus hoc ſcripſit euãgeliũ. Quarto ab
angelis prefiguratũ. Fuit eñ prefiguratuʒ ab illo

angelo de quo dicit apoc. xiiij. Uidi angelum dei volantē p mediū celi. habentē euangelium eternū Iſtud aūt euangeliū dicit eternū. q2 ab eterno effi cienter id eſt a xp̄o qui eſt eternus de eternis ma⸗ terialiter ad eterna finaliter. i eternū ꝑpetualiter Quinto a ꝓphis prenunciatū. Naȝ ezechiel ꝓpha iſtud euangeliū prenūciauit. cū vnū de animalib⁹ faciem vituli habere dixit. p qd euangeliū luce ſi⸗ gnatū eſt. vt ſupra dictū eſt. Itēȝ qn̄ dixit ezech. ij. ſe vidiſſe librū qui erat ſcriptus intus et foris. et in quo erant ſcripta lamentū carmē et ve. Per hūc em̄ librū intelligit euangeliū luce. qd eſt ſcriptum intus per ꝓfundi miſterij occultationē. ⁊ foris per hiſtorie apertionē. In quo etiā continet lamentū paſſionis. carmen reſurrectionis. et ve eterne dā⸗ nationis. ſicut patet. xi. c. vbi multa ve ponūtur. Sexto a virgine reſeratū. Uirgo em̄ beata omnia in corde ſuo ꝯſeruabat. ⁊ diligenter cōferebat. vt dicit luce. ij. vt hec poſtmodū ſcriptorib⁹ reſeraret. vt dicit gloſa ibidē. Omnia que de dn̄o vel a dn̄o facta vel dicta cognouit in memoria recōdebat vt cum tēpus predicande vel ſcribende incarnatiōis adueniret. ſufficiēter vniuerſa ꝓut eſſēt geſta poſ ſet explicare querentibus. Unde etiam bern̄. aſſi⸗ gnans rōnem quare angelus beate virginis nūcia uit cōceptū elizabeth ait. Ideo cōceptus elizabeth nunciat marie. vt dū nunc ſaluatoris. nunc ꝑcurſo⸗ ris edocet aduētus rerū tempus et ordinē tenens ipſa poſt modū melius ſcriptorib⁹ ac p̄dicatoribus euāgelij reſeraret veritatē. que plene de omibus a principio celitus fuit inſtructa miſterijs. Credit igitur ꝙ euangeliſte eam de multis inquirebāt. et ipſa eos certificabat. Et ſpecialiter credit de bea⸗ to luca ꝙ ad eam tanq̄ ad archā teſtamenti recur⸗ rit. et ab ea de multis certificatus fuit precipue de his que ſibi ſoli cōſtabant. ſicut de angelica annū⸗ ciatione. et xp̄i natiuitate. Septimo ab apoſtolis intimatū. Cū vero lucas nō fuerit cū xp̄o in omni⸗ bus actibus et miraculis xp̄i. ideo ſuū euangeliū ſcripſit ſcd̄m quod apl̄i qui p̄ſentes fuerant ſibi in⸗ timauerūt et retulerūt ſicut ip̄e in ꝓlogo ſuo inſi⸗ nuat dicēs. Sicut tradiderunt nobis qui ab inicio ip̄i viderūt et miniſtri fuerunt ſermonis ⁊c. Cum em̄ dupliciter cōſueuerit ferri teſtimoniū. ſcȝ de vi ſis. et de auditis. ideo dn̄s vt ait aug⁹. duos teſtes voluit habere de viſis. ſcȝ matheū et iohēm. et du⸗ os de auditis. ſcȝ marcū et lucā. Et qm̄ teſtimoniū quod eſt de viſis firmius et certius eſt q̄ illud qd eſt de auditis. ido vt dicit aug⁹. duo euangelia q̄ ſunt de auditis ponuntur extrema. ⁊ alia duo que ſunt de auditis ponunt media. vt hec media tanq̄ infirmiora ab illis extremis que ſunt cerciora. hinc inde fulciant et roborent. Octauo a paulo mirabi liter approbatum. Nam eius euangelium mirabi liter approbat qn̄ ad confirmationeȝ dictorū ſuoꝝ luce euangelium adducebat. Unde dicit hiero. in libro de viris illuſtribus. Quidā ſuſpicant quotiēſ cunq3 paulus in ep̄lis ſuis dicit. ſcd̄m euangelium meū. de luce ſignificare volumine. Eius etiā euan gelium mirabiliter approbauit cū de eo ſcribit. ij. coꝛ. viij. cuius laus eſt in euāgelio p omnes eccle⸗ ſias. ¶ Legit in hiſto. antiochena ꝙ dum xp̄iani qui erant in antiochia multis flagicijs ſe dediſſent obſeſſi a multitudie thurcoꝝ. fame ac miſeria mul tiplici affligebant. Sed cū plene ad dn̄m p penitē tiam fuiſſent conuerſi apparuit cuidam in eccleſia ſancte marie de tripoli vigilanti vir quidā lucidus cādidis veſtimētis indutus. et cū quereret quiſnā eſſet. dixit ſe eſſe lucam qui de antiochia venerat. vbi dn̄s miliciā celi et apl̄os et martires cōuoca⸗ uerat vt p ſuis pegrinis pugnarēt. Xp̄iani igitur animati omnē thurcoꝝ exercitum confregerūt.

## ¶ De ſancto criſanto cliii A



Criſantus filius polimij viri illuſtriſſimi. dū fidem xp̄i edoctus eſſet. et a patre ad ydo⸗ la reuocari non poſſet. iuſſit eum pater in conclaui recludi. et quinq3 puellas eidem vt earū seducat blandicijs ſociari. Qui cū oraſſet deum ne a fera peſſima carnali ſcȝ cōcupiſcentia ſuparetur, continuo predicte puelle ſomno oppreſſe nec potū

nec cibum ſumere poterant. ſed educte exterius cō
tinuo hec ſumebāt. Tunc daria virgo prudentiſſi-
ma dee veſte dicata. rogatur vt ad criſantum intro
eat. et eum dijs et patri reſtituat. Qua ingreſſa. et
a criſanto de pompa veſtium reprehenſa. reſpon-
dit ſe non ꝓpter pompā. ſed vt dijs et patri euꝫ lu
crificaret ſic indutā. Cum criſantus iterum eam re
prehenderet cur pro dijs illos coleret. quos auto
res ipſoruꝫ flagicioſos ſemper viros et impudicas
feminas affirmarent. reſpōdit daria philoſophos
per nomina hominū elementa ſanxiſſe. Cui criſan
tus. Si vnus terram vt deam veneretur. et alter
vt ruſticus aret. plus ruſtico ꝙ veneranti exhibe-
re probatur. et de mari et alijs ſimiliter. Tunc cri-
ſantus et daria ab eo cōuerſa ſancti ſpiritus copu-
la vniti. et carnale matrimonium ſimulantes. ad
chriſtum plurimos conuertebāt. Nam et claudiuꝫ
tribunum qui eius tortor fuerat cum vxore eius et
filijs et pluribus alijs militibus ad fidem conuer-
terunt. Criſantus igitur iuſſu numeriani infetidiſ
ſimū carcereꝫ recludit. Sed fetor in odorē ſuauiſſi
mum commutatur. Daria autem lupanari tradit.
Sed leo ab amphiteatro fugiens. hoſtiarius lu-
panaris efficitur. Mittitur igitur quidam vt vir-
ginem corrumpat. ſed a leone capitur. et quaſi in-
nuens a ſancta quid de captiuo fieri iubeat ſciſcita
tur. Que precepit ne eum lederet. ſed ad ſe venire
permitteret. Qui mox conuerſus per vrbem cucur
rit. et dariam deam eſſe clamare cepit. Mittūtur
igitur venatores vt leonem capiant. ſed omnes a
leone capiuntur. et ante pedes virginis ponuntur
et ab ea conuertuntur. Tunc prefectus copioſum
ignem iuſſit in introitu celle mitti. vt leo cuꝫ daria
comburatur. Quod leo conſiderans timuit et ru-
giens a virgine licenciam accepit. vt nullum ledēs
quo vellet abiret. Cum ergo criſanto prefectus et
darie diuerſa penarum ſupplicia irrogaret. et ne-
quaꝗ ledi valerent tandem inuiolati coniuges in
foueam deponuntur. et terra et lapidibus obruti
chriſto martires conſecrantur. tempore cari nar-
bonenſis epiſcopi qui cepit anno domini. cclxx. Ho-
rum ſolennitas hic celebrius recolitur

## De vndecim milibus virginum clxiiij

Vndecim milium virginuꝫ paſſio hoc ordine
celebrata fuit. In britania nanꝗ rex xpia-
niſſimus quidam fuit nomine nothus vel
maurus. qui quādam filiam nomine vrſulam ge-
nerauit. Hic mirabili honeſtate morum. ſapientia
et pulchritudīe pollebat. ita ꝙ eius fama vbiꝗ vo



labat. Rex aūt anglie cum nimis prepotens eſſet.
et multas natiōes ſuo imperio ſubiugaret. audita
huius virginis fama. beatum ſe per omnia fateba
tur. ſi predicta virgo ſuo vnigenito copularetur.
Juuenis etiam ad hoc plurimum eſtuabat. Mit-
tunt igitur ſolennes nuncios ad patrem virginis.
magnis promiſſionibus et blādicijs. magnas adij
cientes minas ſi ad dn̄m ſuum vacui reuertantur.
Rex autem cepit plurimum anxiari. tum quia xpi
fide inſignitam cultori ydolorū tradere indignum
duceret. tum quia ipſam nullatenus conſentire co
gnoſceret. tum quia ipaꝫ regis ferocitatem pluri-
mum formidaret. Ipa autem diuinitus inſpirata
patri ſuaſit. vt predicto regi aſſenſuꝫ preberet. ea
tamen condicione propoſita. vt ipſe rex cum patre
deceni virgines electiſſimas ſibi ad ſolacium tra-
deret. et tam ſibi quā alijs mille virgines aſſigna-
ret. et comparatis trieribus inducias triennij ſibi
daret ad dedicationem ſue virginitatis. et ipſe iu-
uenis baptiſatus. in his tribus annis ī fide inſtrue
retur. Sapienti ſiquidem vſa conſilio. vt aut diffi
cultate propoſite cōditionis animum eius ab hoc
auerteret. aut hac oportunitate predictas virgi-
nes ſecū deo dedicaret. At iuuenis libenter hac cō
dicione accepta apud patrem inſtitit. et protinus
baptiſatus accelerari cuncta que beata virgo pre-
ceperat imperauit. Pater autem puelle ordinauit
ꝙ filia ſua quam valde diligebat. viros quorum
ſolacio tam ipſa ꝙ eius exercitus indigebat in co-
mitatu ſuo haberet. Vndiꝗ igitur virgines con-

fluunt .vndiqꝫ viri ad tam grande ſpectaculū cur-
runt. Nam multi epiſcopi ad eas confluxerunt. vt
ſecum pergerent. Inter quos fuit pantulus baſi-
lienſis epiſcopus. qui eas vſqꝫ romam perduxit et
inde reuerſus cum eis martirium ſuſcepit. B
Sancta quoqꝫ geraſima regina ſicilie, que virum
ſuum regē crudeliſſimum quaſi de lupo fecerat a-
gnum ſoror matris ſ. ūj epiſcopi et darie matris ſan-
cte vrſule. cum eidem pater ſancte vrſule ſecretum
per litteras intimaſſet. continuo inſpirante deo cū
quatuor filiabus ſuis babilla. iuliana. victoria. et
aurea. et paruulo ſuo adriano. qui amore ſororuꝫ
ſuarū vltro ſe peregrinationi ingeſſit. relicto re-
gno ī manu vnius filij ſui. vſqꝫ in britaniā nauiga
uit. Cuius cōſilio virgines de diuerſis regnis colli
gebantur. et earum ſemꝑ ductrix exiſtens cum eis
tandem martirium paſſa eſt. Iuxta condictuꝫ igit̄
virginibus trieribus et ſumptibus preparatis. cō-
militonibus ſuis regina ſecreta reuelat. ⁊ in nouā
miliciam oīs coniurant. Nam modo belli prelu-
dia incboant. modo currunt. modo diſcurrunt. In
terdum belli cauſa plerunqꝫ fugam ſimulant. om-
niqꝫ genere ludoruꝫ exercitate nichil quod animo
occurrebat relinquebant intactum. Aliquādo me
ridie. aliquando vix veſpere redibant. Confue-
bant proceres et primates ad tam grande ſpecta-
culum. et omnes admiratione et gaudio repleban
tur. Tandem cum vrſula omnes ad fidem virgi-
nes conuertiſſet. ſub vnius diei ſpacio flante proſ-
pero vento ad portum gallie qui tiella dicitur. et
inde coloniā deuenerunt. Ubi vrſule angelus dñi
apparuit. et predixit eas illuc integro numero re-
uerſuras. et coronas ibidem martirij ꝑcepturas.
Inde igit̄ ad angeli admonitionē romam tenden
tes. ad vrbem baſileā applicuerūt. et ibidē relictis
nauibus romā pedeſtres venerūt. Ad quarū aduē
tū papa ciriacus valde gauiſus. cū ipe de britania
oriūdus eſſet. et mltas ibidē inter eas cōſanguine
as haberet. cū omni clero ipas ſummo cū honore
ſuſcepit. In ipa aūt nocte pape diuinitus reuelat̄.
cū cuꝫ ipſis virginib⁹ palmā martirij ꝑcepturum.
Qđ apud ſe celans multas ex ipſis que adhuc ba-
ptiſate nō fuerant baptiſauit. Uerū cuꝫ oportunū
tēpus videret. et anno vno et. xi. hebdomadibus
poſt petrū eccleſiā decimuſnonus rexiſſet in cōuen
tu omniū ꝓpoſitū ſuum indicauit. et corā oībus et
dignitati et officio reſignauit. Sed cū omnes recla
marent et maxime cardinales qui eū delirare pu-
tabant. eo ꝙ relicta pontificatus glīa poſt quaſdā
mulierculas fatuas ire vellet. ille nullaten⁹ acqe-

ſcens quendā virū ſanctū qui ametos dictus eſt lo-
co ſui in pontificē ordinauit. Et quia ſedē apoſtoli
cam inuito clero reliquit nomē eius de cathologo
pontificū idem clerus abraſit. omnēqꝫ gratiā quaꝫ
ſacer ille vrginū chorus ī curia romana habuerat
actēpore ille admiſit. Duo aūt iniqui pricipes roma
ne milicie. ſcꝫ maximus. et africanus videntes ma
gnam virginū multitudinem. et ꝙ multi multeqꝫ
ad eas cōfluerent. timuerūt ne ꝑ eas nimis creſce-
ret religio xpiana. Quapropter iter earū diligen-
tius explorātes nuncios miſerūt ad iulium cogna
tum ſuū principē gentis hunorū. vt educto contra
eas exercitu ipas cum xpiane eſſent cū venirent co
loniam trucidarēt. Beatus igit̄ ciriacus cuꝫ illa no-
bili virginū multitudine de vrbe egreſſus eſt. Se-
cutus eſt aūt ipm vincētius preſbiter cardinalis.
et iacobus qui de britania patria ſua in antiochiā
ꝓuectus archiepatus dignitatē. vij. annis ibidē te
nuit. Qui cū papā tunctēporis viſitaſſet. et iā vrbē
egreſſus de virginū aduentu audiſſet. cōcitus re-
dijt. et itineris ac paſſionis ſe eis ſociū fecit. Mau
ricius quoqꝫ leuicane vrbis eps. auunculus babile
et iuliane. necnō et follarius lucenſis eps et ſulpi-
cius rauēnenſis eps qui tunc romam aduenerant
ꝑdictis virginib⁹ adheſerūt. Ethereus quoqꝫ ſpon
ſus beate vrſule manēs in britania. ꝑ viſionē an-
gelicā a dño admonet̄. vt matrē ſuaꝫ hortaret̄ fieri
xpianam. Nā pater eius primo anno quo xpianus
factus fuerat mortuus eſt. et filius ei⁹ ethere⁹ eidē
in regno ſucceſſit. Cum autem ſacre virgines cum
predictis epiſcopis a roma redirent. ethereus a
dño admonet̄. vt protinus ſurgens ſponſe ſue oc-
currat. vt cū ea in colonia martirij palmā accipiat
Qui diuinis monitis acquieſcēs matreꝫ ſuā bapti
ſari fecit. et cū ipa et ſorore ſua paruula florentina
iam xpiana necnō et clemente epo ipſis virginib⁹
obuians ſe ad martiriū ſociauit eiſdem. Marculus
quoqꝫ eps grecie. et neptis ſua cōſtantia filia doro
thei regis cōſtantinopolitani. q̄ nubēs cuidam ad
oleſcēti filio cuiuſdā regis. ſed ante nuptias morte
preuento. virginitatē ſuam dño vouit. ꝑ viſionem
admoniti romā venerunt. et predictis virginibus
ad martiriū ſe iunxerunt. Omnes igit̄ virgines cū
ꝑdictis epiſcopis coloniā redierūt. et ipam iam ab
hunis obſeſſaꝫ inuenerūt. Quas barbari videntes
ſuꝑ eos cū clamore nimio irruerūt. et quaſi lupi ſe-
uiētes in oues. totā illā multitudinē occiderūt. Cū
aūt ad beatā vrſulam ceteris iugulatis veniſſent.
vidēs pricepſ eius miraꝫ pulchritudinē obſtupuit
et cōſolans eā ſuꝑ necem virginum ꝓmiſitqꝫ eam

ſibi in cõiugẽꝫ copularet. Sed cũ hoc illa penitus
reſpuiſſet. ille contemptũ ſe vidẽs. directa ſagitta
eam trãſfixit. et ſic martiriũ conſummauit. ¶
Quedã aũt virgo nomĩe cordula timore perterri=
ta in naui. nocte illa ſe abſcondit. Sed in craſtinuꝫ
ſponte morti ſe offerẽs martirij coronam ſuſcepit.
Sed cũ eius feſtũ non fieret. eo ꝙ cum alijs paſſa
non eſſet. ipſa poſt longũ tempus cuidã recluſe ap
paruit ꝑcipiens. vt ſequẽti die a feſto virginũ. eius
quoqꝫ ſolẽnitas recolaẜ. Paſſe ſunt aũt anno dñi.
ccxxxviij. ¶ Ratio autẽ tpis vt quibuſdam placet
non ſuſtinet ꝙ hec tali tpe ſint peracta. Sicilia eñi
tunc non erat regnũ nec conſtantinopolis. cuꝫ hic
fuiſſe dicaẜ cũ virginibus has reginas. Uerius cre
ditur. ꝙ diu poſt conſtantinũ imperatorẽ cũ huni
et gothi ſeuiebãt tale ſit martiriũ celebratum. tpe
ſcꝫ marciani imꝑatoris. vt in quadã cronica legiẜ.
qui regnauit anno dñi. cccclij. Abbas quidam ab
abbatiſſa colonie corpus vnius virginũ ĩpetrauit
ꝓmittens ꝙ ipm in capſa argentea in ſua eccleſia
collocaret. Sed cum ꝑ annũ integrũ ſuꝑ altare eã
in capſa lignea tenuiſſet. quadã nocte dum abbas
ipſius monaſterij cũ ſuo cõuentu matutinas canta=
ret virgo illa corporaliter deſuꝑ altari deſcẽdit et
ante altare reuerenter inclinans ꝑ mediũ chorũ vi
dentibus monachis ꝛ ſtupẽtibus inde receſſit. Ab
bas igiẜ ad capſam currẽs. et vacuã ipſam inueni=
ens coloniã ꝑꝑerauit. et abbatiſſe rei ordinẽ inti=
mauit. Pergẽteſqꝫ ad locũ vnde illud corpus ſum=
pſerant illud ibidẽ inuenerũt. Cũ abbas veniã pe
tens illud vel aliud peteret certiſſime promittens
capſam ꝑcioſaꝫ citius ſe facturũ nullatenus impe=
trauit. Religioſus quidã cum has virgines in de=
uotiõe multa haberet quadã die dũ grauiter infir
mareẜ. vidit quandã virginẽ pulcherrimã ſibi ap=
parentẽ. et ſi ſe cognoſceret inquirentem. Qui cuꝫ
ad eius viſionẽ miraretur. et ſe nequaꝗ̃ ipſam co=
gnoſcere fatereẜ. illa ait. Ego ſum vna virginum
erga quas tantum habes deuotionis affectuꝫ. Et
vt inde mercedem accipias ſi amore et honore no
ſtri vndecies milles dñicam orationem dixeris in
hora mortis in protectionẽ et ſolaciũ nos habebis
Qua diſparente ille. ꝗ̃ citius potuit hec impleuit.
Statimqꝫ vocato abbate inungi ſe fecit. Qui cum
inungereẜ. ſubito exclamauit vt fugerẽt. et veniẽ
tibus ſacris virginibus locũ darent. Quẽ cum ab
bas quid hoc eſſet interrogaret. et ille ꝓmiſſionẽ
virginis ſibi ꝑ ordinẽ enarraſſet. recedẽtibus cun
ctis et paulo poſt redeuntibus. ipſum migraſſe ad
dominum inuenerunt.

## ¶ De ſanctis ſimone et iuda apoſto lis. clv

A



SImon interpretaẜ obediens vel ponens tri
ſtitiam. Hic habuit duplex cognomẽ. Dicꝰ
eſt eñi ſimon zelotes. et ſimon chananeus a
chana vico galilee vbi dñs aquã in vinũ mutauit.
Et idẽ eſt zelotes qđ chananeus. Chana eñi zelus
interpretaẜ. Habuit igiẜ obedientiã preceptorum
per executionẽ. triſtitiã afflictorũ ꝑ compaſſioneꝫ.
zelum animarũ ꝑ conſtantẽ feruorem ¶ Judas in=
terpretaẜ cõfitens vel glorioſus. Uel iudas quaſi
iubilũ dans. Ipſe eñi habuit cõfeſſionẽ fidei glĩaꝫ
regni. et iubilum interni gaudij. Hic multiplex ha
buit cognomen. Dictus eſt eñi iudas iacobi ſupple
frater. fuit eñi frater iacobi minoris. Scđo dictus
eſt thadeus. qđ interpretaẜ apprehendẽs princi=
pem. Uel diciẜ thadeus a thadea ꝛ deus. Thadea
diciẜ eſſe veſtis regia. Ipſe eñi fuit veſtis regia dei
per ornamentũ virtutũ per quã apprehendit prin
cipem xp̃m. Uel thadeus quaſi tam deus ideſt ma
gnus deus ſcꝫ per adoptionẽ. Tercio dictus eſt in
ſequēti anno ab huius ſolēnitatis inſtitutione cō tigiſſe narratur. Cū eñ in hac die cuſtos eccleſie ſancti petri ex deuotione omnia altaria circuiſſet. et omniū ſanctorū ſuffragia imploraſſet. et demū ad altare ſancti petri rediſſet. ibi paululū ꝯqeſcēs extra ſe rapit. Et ecce vidit regē regum in ſublimi ſolio conſiſtentē. et omēs angelos in eius circuitu cōmorantes Tunc virgo virginum in dyademate p̄fulgēti aduenit. quā innumerabilis multitudo virginū et cōtinentiū ſequebat. Huic rex ꝓtinus aſſurrexit. ⁊ poſito ſolio iuxta ſe ſedere fecit. Poſt hoc aduenit quidā veſtitus pilis camelorum quē ſequebatur multitudo venerabiliū ſenioꝝ. Deide aduenit et alius pontificali habitu decoratus quē aliquorum chorus in habitu conſimili ſequebatur Poſtea vero proceſſit innumerabilis multitudo militum. Poſt quos aduenit turba diuerſarum gē tium infinita. Omnes igitur ante regis ſolium ad venerunt. et ipſum flexis genibus adorauerunt. Is autē qui in pontificali habitu erat. matutinas ceteris proſequentibus inchoauit. Angelus autē qui p̄dictū cuſtodem ducebat. eidem viſionem expoſuit. aſſerens virginem in prima acie matrē dei eſſe. Veſtitum de pilis camelorum iohannem baptiſtam cum patriarchis ſimul et prophetis. pō tificali ornatum habitu petrum cum ceteris apo⸗ ſtolis. milites martires. turbam reliquā confeſſo⸗ res. Qui ideo omnes ante regē venerunt. vt pro honore ſibi hac die a mortalibus exhibito gratias agerent. et pro orbe vniuerſo orarent. Deinde ad locum aliū ipſum duxit. et vtriuſqꝫ ſexus homines alios in ſtratis aureis. alios in menſis gaudentes diuerſis delicijs. alios nudos et inopes auxilium mendicantes oſtendit. Dixit autē hunc locum pur gatorium eſſe. abundātes vero animas illas eſſe quibus ab amicis per multa ſuffragia copioſe ſub veniebatur. egentes vero eſſe quorū cura nulla te nus habebatur. Juſſit ergo vt omnia iſta ſummo pontifici intimaret. vt poſt feſtum omnium ſancto rum diem ſtatueret animarum. vt saltē generalia ſuffragia pro illis illa die fierent. qui ſpecialia ha⸗ bere nequirent.

## De commemoratione omnium fi⸗ delium defunctorum clix A

Commemoratio omnium fidelium defun⸗ ctorum hac die in eccleſia fieri inſtituta eſt. vt generalibus beneficijs adiuuentur. qui ſpecialia habere non preualēt. ſicut ī p̄dicta re⸗ uelatione monſtratum eſt. Ait quoqꝫ petrus da⸗ miani ꝙ ſanctus odilo abbas cluniaceñ. cōperiēs



ꝙ apud vulcanum ſicilie crebro voces et vlulatus demonum audiebant plangentiū ꝙ anime defun ctorum per elemoſinas et orationes de eorum ma nibus eripiebant in ſuis monaſterijs ordinauit. vt poſt feſtū omniū ſanctorū fieret cōmemoratio de⸗ functorum quod fuit poſt ab omni eccleſia appro⸗ batum. De duobus autē hic ſpecialiter videri po⸗ teſt. Primo de ipſis purgandis. Secūdo de eorꝫ ſuffragijs. ¶ Circa primū tria vidēda ſunt. primo qui ſunt illi qui purgant. Secundo per quos pur⸗ gantur. Tercio vbi purgantur. Illorum autem q̄ purgantur tria ſunt genera. Primi qui ſatiſfactio⸗ ne ſibi iniuncta nondum completa decedunt. Ve⸗ runtamē ſi tantam haberem cordis contritionem que ſufficeret ad delendū peccatum. liberi ad vi⸗ tam tranſirent. etiam ſi ſatiſfactionem minime cō⸗ pleſſent. q: contritio eſt maxima pro peccato ſatiſ factio et maxima peccati. deletio. Hiero. Apud deum nō tam valet menſura temporis ꝙ doloris nec tam abſtinentia ciborꝫ ꝙ mortificatio vicio⸗ rum. Sed qui non adeo conterūtur et ante com⸗ pletionē penitentie moriunt igne purgatorij gra⸗ uiſſime puniunt. niſi forte eorꝫ ſatiſfactio ab ali⸗ quibus caris ſuis ꝑficienda aſſumatur. Ad hoc ta⸗ men ꝙ p̄dicta cōmutatio valeat. quatuor requi⸗ runtur. Primum eſt ex parte commutātis. ſcꝫ eius auctoritas. q: de ſacerdotis auctoritate debet fieri Secundum eſt ex parte illius pro quo fit cōmuta⸗ tio ſcꝫ eius neceſſitas. quia ī tali ſtatu debet eſſe ꝙ per ſe ſatiſfacere nō valeat. ſed adiuuari indigeat Terciuꝫ eſt ex parte illius in quem fit cōmutatio.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

# ⁋ De Cõmemoratione oĩm fideliũ

ſcꝫ charitas qꝛ neceſſe eſt ipſum eſſe in charitate
q̄ faciat ipſam ſatiſfactionē eſſe meritoriā ⁊ ſatiſfa
ctoriā. Quartũ eſt ex pte pene ſcꝫ debita ꝓportio
nabilitas: vt videlꝫ minoꝛ pena cõmutet in maio-
rem. qꝛ plus ſatiſfacit deo pena ꝓpria ꝙ̄ aliena.
Eſt eñ triplex pena ſcꝫ ꝓpria ⁊ voluntaria. ⁊ hec
maxīe ſatiſfacit. Scḋa eſt ꝓpria ⁊ nõ voluntaria
q̄ eſt in purgatorio. Tercia eſt voluntaria ſꝫ nõ ꝓ
pria ſicut eſt in p̄dicta cõmutatione. ⁊ hec minꝰ ſa
tiſfacit ꝙ̄ prima. ex eo ꝙ nõ eſt ꝓpria ⁊ magis ꝙ̄
ſecũda ex eo ꝙ eſt volũtaria. Veruntamē ſi iſte ꝓ
quo ſatiſfactio eſt aſſumpta decedit. nichilominꝰ
tñ in purgatorio cruciat ſed tñ per penā quā ipſe
ſuſtinet ⁊ quā alij pro eo ſoluunt citius liberatur
qm̄ dñs ⁊ penā ſuā ⁊ penā illoꝝ in ſortē cõputat.
Unde ſi debuit in purgatorio penam duoꝝ men-
ſium ſuſtinere. talis ſic poterit iuuari ꝙ liberabi-
tur vno menſe. Nunꝙ̄ tñ inde eripit quouſqꝫ de-
bitum ſit ſolutum. Quo ſoluto illud quod ſoluitur
deinceps eſt ipſius q̄ facit ⁊ in ſinum eius ↄcerti
tur. ⁊ ſi ipſe non indiget ↄuertitur in ſinum eccle
ſie. vel valet alijs qui in purgatorio ſunt. ⁋ Se-
cundi qui in purgatoriũ deſcendunt ſunt qui ſatiſ-
factionem quidem iniunctam compleuerũt ſed tñ
ad illam penam ignorātia vel negligentia ſacer-
dotis nõ fuit ſufficiēs. Hi eñ niſi magnitudo con
tritioni ſuppleat. totũ in purgatorio complebũt.
qḋ minꝰ in hac vita fecerũt. Deus eñ qui modos
⁊ menſurā peccatoꝝ ⁊ penaꝝ nouit. addit penā
ſufficientē ne aliqḋ peccatũ impunitũ remaneat.
Unde penitētia iniuncta aut eſt maioꝛ aut equa-
lis aut minoꝛ. Si maioꝛ: tũc illud qḋ plus fecerit
cedit ei ad augmentũ glorie. Si equalis tũc ſuffi
cit ad dimiſſionē totius culpe. Si minoꝛ tũc illud
qḋ reſtat ſupplet ex vtute diuine iuſtitie. De his
vero qui in fine penitent audi quid augꝰ. ſentiat.
Baptizatus ad horā ſecurꝰ hinc exit. fidelis bene
viuens ſecurꝰ hinc exit. agens penitentiā ⁊ recõ-
ciliatꝰ cum ſanus eſt ſecurus hinc exit. agens pe-
nitentiaꝫ ad vltimũ ⁊ reconciliatꝰ ſi ſecurus hinc
exit. ego nõ ſum ſecurꝰ. Ergo tene certũ ⁊ dimit-
te incertũ. Hec aũt ideo dicit augꝰ. qꝛ tales ↄſue-
uerũt potiꝰ penitere ex neceſſitate ꝙ̄ ex volũtate
potius timore pene ꝙ̄ amore glorie. ⁋ Tercij qui
in purgatoriũ deſcendunt ſunt qui lignũ. fenum ⁊
ſtipulam ſecum ferunt. qui ſcꝫ circa ſuas diuitias
infra tñ deum carnali tenētur affectu. Affectiões
eñ carnales quibus dediti ſunt domibus. cõiugi-
bus. poſſeſſionibꝰ. ita tñ vt nil deo preponāt illis
tribus ſignificātur. Qui ſcḋm ſuos amādi modos
vel diutiꝰ vt lignũ. vel minus vt fenum. vel mini
mum vt ſtipula cremabũtur. Qui ignis ſicut dicit
augꝰ. ⁊ ſi eternꝰ ñ ſit: miro tñ mõ eſt grauis. excel
lit eñ omnē penam quā vnꝙ̄ paſſus eſt aliqs in
hac vita. Nunꝙ̄ in carne inuenta eſt tanta pena.
licꝫ mirabilia martires paſſi ſint tormenta. B
⁋ Circa ſcḋm ꝑ quos ſcꝫ purgātur ſciendũ ꝙ illa
purgatio ⁊ punitio fit ꝑ malos angelos ⁊ non per
bonos. Boni eñ angeli nõ vexant bonos. ſed bo-
ni malos. ⁊ mali bonos. ⁊ mali malos. Pie tñ cre
dendum eſt ꝙ boni angeli frēs ⁊ ↄciues ſuos fre-
quēter viſitant ⁊ ↄſolantur. ⁊ vt patēter ſufferāt
exhortātur. Hñt etiā aliud ↄſolationis remediuꝫ.
ex eo ſcꝫ ꝙ certi gloriā futurā expectāt. Habēt eñ
certitudinē de gloria. minorē tñ ꝙ̄ illi qui ſunt in
patria: ſed maiorē ꝙ̄ illi qui ſunt in via. Certitu-
do eñ illoꝝ qui ſunt in patria eſt ſine expectatiõe
⁊ timore: qꝛ nec illam futurā expectāt cũ p̄ntem
habeant. nec illam decetero amittere formidant.
Certitudo aũt illoꝝ qui ſunt in via ecõtrario eſt.
Sed certitudo illoꝝ q̄ ſunt in purgatorio medio
modo eſt. Eſt eñ cũ expectatione qꝛ ipſam futurā
expectāt. ſed eſt ſine timore. qꝛ cum habeant libe-
rum arbitriũ ↄfirmatũ decetero ſe peccare nõ poſ
ſe cognoſcũt. Hñt etiam aliā ↄſolationē qꝛ pro ſe
ſuffragia fieri credũt. Forte tñ verius credendum
eſt ꝙ illa punitio non fit per malos angelos ſed
diuina iuſtitia iubente. ⁊ flatu eius ſuccendente.
⁋ Circa terciũ vbi ſcꝫ purgātur. ſciēdũ eſt ꝙ pur-
gantur in quodā loco iuxta infernũ poſito q̄ pur-
gatoriũ dicit ſcḋm poſitionē pl̄imoꝝ ſapientũ. li-
cet alijs videat ꝙ ſit in aere vel in torrida zona.
Sed tñ per diuinā diſpenſationē diuerſa loca di-
uerſis aīabus aliqñ deputātur. ⁊ hoc multiplici
de cauſa ſcꝫ aut ꝓpter eoꝝ leuem punitionē. aut
ꝓpter eoꝝ celeriorē liberationē. aut ꝓpter nr̄am
inſtructionē. aut ꝓpter culpe in loco perpetratio
nem. aut ꝓpter alicuiꝰ ſancti orõnem. ⁋ Primo
ꝓpter eoꝝ leuem punitionē: ſicut aliqbus ſcḋm
grego. reuelatũ eſt aīas quaſdā in vmbra puni-
tas eſſe ⁋ Scḋo ꝓpter eoꝝ celeriorē liberationē
vt ſcꝫ poſſint alijs ſuā indigētiā reuelare ⁊ ab eis
ſuffragia petere. ⁊ ſic celeriꝰ de pena exire. Sicut
legit ꝙ quidā piſcatores beati theobaldi in autũ
no fruſtũ magnum glaciei ꝓ piſce prēdiderũt. de
quo magis ꝙ̄ de piſce gauiſi. maxīe qꝛ ep̄s dolore
pedũ laborabat: ipſaꝫ glaciē eius pedibus ſuppo-
ſuerũt. ⁊ magnũ ei refrigeriũ preſtabat. Quadam
vero vice de glacie hoīs vocē audiuit: qui ab ep̄o
adiuratus qs eſſet dixit. Sum quedā aīa que in

hoc gelicidio pꝛo peccatis meis affligoꝛ. ⁊ liberari poſſem ſi. xxx. miſſas ſine interuallo. xxx. diebꝰ ꝯtinuis diceres. Qui cũ miſſaꝝ medietatẽ dixiſſet ⁊ ſe iam ad miſſam aliã pꝛepararet: diabolica ſuggeſtione ꝯtigit ꝙ fere oẽs hoĩes illius ciuitatis inter ſe bella mouerẽt. Unde vocatꝰ eps ad ſedandam diſcoꝛdiã ſacras deponẽs veſtes miſſam illa die pꝛetermiſit. Jterũ reincipiẽs ⁊ iam duas ꝑtes complens: exercitꝰ magnus vt videbaꝛ ciuitatem obſedit. ⁊ compulſus miſſe officiũ intermiſit. Et deinde reincipiẽs cum oẽs miſſas vltima excepta dixiſſet: ⁊ vltimã incheare vellet: tota villa ⁊ domus epi vt videbaꝛ accenſa eſt. Cui cũ ſerui dicerent vt miſſam intermitteret. ille dixit. Si tota villa cremari deberet miſſam non dimitterem: qua celebꝛata glacies ꝓtinus reſoluta eſt. ⁊ ignis quẽ ſe vidiſſe credebãt tanꝙ fantaſma receſſit. ⁊ nullũ dannũ intulit. ¶ Tercio ꝓpter nr̃az inſtructionẽ vꝫ magnã penam poſt hanc vitã infligi peccantibus cognoſcamus. Sicut pariſiꝰ ꝯtigiſſe legitur Magiſter eñ ſilo. vt ait cãtoꝛ pariſieñſis. quendaꝫ ſuum ſcolarẽ ſocium egrotantẽ obnixe rogauit. vt poſt moꝛtẽ ad ſe rediret: ⁊ ſtatũ ſuum ſibi renũciaret. Poſt aliquot igiꝛ dies ſibi apparuit cũ cappa de ꝑgameno tota de ſophiſmatibꝰ deſcripta. ⁊ intus flamma ignis tota ꝯtecta. Qui reqſitꝰ a magiſtro quiſnam eſſet. ait. Jlle vtiq; ſum q̃ ad te redire ꝓmiſi. Qui de ſtatu ſuo reqſitꝰ ait. Hec cappa plus ſuꝑ me ponderat ⁊ plus me pꝛemit ꝙ ſi vnã turrim ſuꝑ me haberẽ. ⁊ eſt michi data vt eã poꝛtẽ ꝓ glĩa quã in ſophiſmatibus habui. Poꝛro flãma ignis qua coopta eſt pelles ſunt delicate et varie quas ferebã: que flãma me cruciat ⁊ exurit Sed cum mgr̃ illam penã facilẽ iudicaret. dixit ei defunctꝰ vt manũ extẽderet: ⁊ ſic facilitatẽ ſue pene ſentire poſſet. Cumq; manũ extẽdiſſet: ille guttam vnam ſui ſudoꝛis dimiſit que p̃dicti mgr̃i manum quaſi ſagitta citiꝰ ꝑfoꝛauit. ita ꝙ cruciatũ mirabilẽ ſenſit. ⁊ ait. Talis ſum totꝰ. Jlle igiꝛ magr̃ ex illius pene acerbitate perterritꝰ ſeculũ delibe rauit deſerere. ⁊ religionem intrare. Unde mane ſcolaribus congregatis hos verſus compoſuit.

Linquo coax ranis cra coꝛuis vanaq; vanis. Ad logicam pergo que moꝛtis non timet ergo. Et ſic ſeculũ deſerẽs: ad religionẽ ꝯfugit. ¶ Quarto ꝓpter culpe in loco perpetrationẽ. Sic aliqñ ſcd̃m auguſtinũ anime puniũtur in locis in quibꝰ deliquerunt. ſicut patet per illud exemplum quod recitat greg. in quarto dialogoꝝ. Quidã nanq; pꝛeſbiter dum balneuum frequentaret: quendã virũ incognitum ad ſuum obſequium pꝛeparatum inuenit qui ſemꝑ ſibi ſedule miniſtrabat. Qui dum quadam die pro benedictione ⁊ laboꝛis mercede quendã panem benedictũ ſibi exhiberet. ille merens reſpondit. Michi iſta quare das pater? Jſte panis ſanctus eſt. ego aũt manducare nõ poſſum Ego eñ aliqñ huiꝰ loci dñs fui: ſꝫ pꝛo culpis meis hic poſt moꝛtem meã deputatus ſum. Sed queſo vt omnipotẽti deo hũc panem pꝛo peccatis meis offeras. Tunc aũt te exauditũ cognoſce cum huc ad lauandum veneris: ⁊ me minime inueneris. Preſbiter autẽ per vnam hebdomodã ſalutarem pꝛo eo quotidie obtulit hoſtiam. Et reuerſus eum iam minime inuenit. ¶ Quinto ꝓpter alicuiꝰ ſancti oꝛationẽ. Sicut legitur ꝙ ſanctus patricius in quodam loco in terra quibuſdã purgatoꝛiũ impetrauit. Cuiꝰ hiſtoꝛiã poſt feſtũ ſancti benedicti reperies C ¶ Circa ſcd̃m qđ eſt de ſuffragijs tria ſunt videnda. Pꝛimo de ipſis ſuffragijs que fiũt Secundo de his pꝛo quibꝰ fiunt. Tercio de his ꝑ quos fiunt. ¶ Circa ſuffragia que fiunt notandũ ꝙ quatuoꝛ ſunt genera ſuffragioꝝ que maxĩe defunctis ꝓſunt. ſꝫ fideliũ ⁊ amicoꝝ oꝛatio. elemoſinaꝝ largitio. ſalutaris hoſtie immolatio. ⁊ ieiuniοꝝ obſeruatio. Qđ pꝛimũ genus ſuffragioꝝ ſcꝫ amicoꝝ oꝛatio eis pꝛoſit. patet per exemplum de paſchaſio. De quo greg. in quarto libꝛo dialogorum narrat. ꝙ cum vir mire ſanctitatis ⁊ virtutis extiterit. ⁊ duo tũc in ſummos pontifices electi fuiſſent. ſed tñ poſtmodum in vnum illoꝝ eccleſia ꝯueniſſet. ipſe tñ paſcaſius quaſi ex erroꝛe aliũ ſemꝑ ꝓtulit. ⁊ in hac ſentẽtia vſq; ad moꝛtem permanſit. Qui cum eſſet defunctus. ⁊ dalmaticã feretro ſuperpoſitã demoniacus tetigiſſet: ſtatim ſanatus eſt. Poſt multũ vero tpis cum germanꝰ capuanus eps balneum ob gratiam ſanitatis periſſet: pꝛedictum paſcaſium diaconum ſtantem ⁊ obſequentẽ inuenit. Quo viſo vehementer extimuit ⁊ quid illic tantus vir faceret inquiſiuit. Qui pꝛo nulla alia cauſa ſe in illo loco penali deputatum aſſeruit: niſi q2 in illa tali cauſa ꝑplus iuſto ſenſit. Et addidit dicens. Queſo te pꝛo me dñm depꝛecare. Atq; in hoc cognoſces ꝙ exauditus ſis ſi huc rediens me nõ inueneris. Qui cũ pꝛo eo oꝛaſſet. ⁊ illuc poſt paucos dies rediſſet: pꝛedictũ paſcaſiũ in loco eodẽ minime inuenit. ¶ Petrꝰ quoq; cluniacenſis ait. ꝙ cũ quidã ſacerdos quotidie pꝛo moꝛtuis celebꝛaret. ex hoc apud epm accuſatꝰ ab officio eſt ſuſpenſus. Cum aũt eps in magna ſolennitate per cimiteriuꝫ ad matutinas pergeret.

ꝯtra illum mortui ſurrexerunt dicentes. Iſte eps nullas miſſas nobis dat. Inſuper ſacerdotẽ noſtrũ nobis abſtulit ſed certe niſi emẽdauerit morietur Qui ⁊ ſacerdotẽ abſoluit: ⁊ libenter pro mortuis decetero celebrauit. ¶ Quã grate etiam ſint defunctis orationes viuoꝝ patet per hoc: qm̃ quidã vt refert cantor pariſienſis. dũ per cimiteriũ trãſiret ſemꝑ pſalmũ. de profundis. dicebat pro defunctis. Qui cũ ab inimicis per cimiteriũ fugiens inſequeretur. ꝯtinuo mortui ſurrexerũt. ⁊ vnuſqſqꝫ inſtrumẽtũ ſui officij in manu habebat. ⁊ ſic ipm viril'r defenderũt. ⁊ inimicos territos fugauerũt.

¶ Qḋ vero ſecundũ genus ſuffragioꝝ ſcꝫ elemoſinaꝝ largitio eis proſit: manifeſte haberi poteſt ex eo qḋ in libro machabeoꝝ legitur. Qm̃ vir fortiſſim⁹ iudas collatione facta. xij. milia dragmas argenti miſit hieroſolimã offerri ea ibi pro peccatis mortuoꝝ: iuſte ⁊ religioſe de reſurrectione cogitans. Quantũ etiam elemoſine defunctis valeant: colligitur per exemplum qḋ narrat greg. in quarto dialogoꝝ. Quidã nanqꝫ miles ex corpore eductus exanimis iacuit. Sed citius rediens que cum eo geſta fuerant enarrauit. Aiebat nanqꝫ ꝙ pons erat ſub quo niger ⁊ caliginoſus fluuius ⁊ fetidus decurrebat. Tranſacto aũt ponte amena erant prata odoriferis herbaꝝ floribus exornata in quibus albatoꝝ hominũ ꝯuenticula eſſe videbantur quos varia ⁊ mira floꝝ ſuauitas ſatiabat Hec vero erat in p̃dicto ponte ꝓbatio vt quiſqꝫ iniuſtoꝝ vellet tranſire in tenebroſum fetentẽqꝫ fluuiũ laberet᷑. iuſti vero ſecuro greſſu ad amena loca ꝑuenirẽt. Ibiqꝫ quendã petrũ nomine deorſum poſitũ magno ferri pondere ligatũ ſe vidiſſe aſſeruit. Qui dum requireret cur illic eſſet dictum eſt ei. Hec idcirco patitur q: ſi quid ei pro faciẽda vltione iubebat᷑ ad inferẽdas plagas plus ex crudelitatis deſiderio quã obediẽtia ſeruiebat. Ibi etiam quendã peregrinũ ſe vidiſſe fatebat᷑ q̇ ad predictũ pontẽ veniens tanta cũ auctoritate trãſiuit quãta hic ſinceritate vixit. Alter vero ſtephanus nomine dũ tranſire voluiſſet ei⁹ pes lapſus eſt ⁊ medio corpore iam extra pontẽ deiectus eſt Tunc a quibuſdã teterrimis viris ex flumine ſurgentib⁹ per coxas deorſum atqꝫ a quibuſdã albatis ⁊ ſpecioſiſſimis viris cepit ꝑ brachia trahi ſurſum. Cumqꝫ hec lucta fieret is qui videbat ad corpus redibat. ⁊ q̇s in illo occulti arbitrii examine obtinuerit ſcire nõ valuit. In quo datur intelligi. ꝙ in illo mala carnis cum elemoſinaꝝ largitione certabant. Qḋ em̃ ꝑ coxas deorſuꝫ. ⁊ ꝑ brachia trahebatur ſurſum. patet nimirum: q: ⁊ elemoſinas amauerat ⁊ carnis vicijs perfecte non reſtiterat.

¶ Qḋ aũt terciũ genus ſuffragioꝝ ſcꝫ ſacre hoſtie immolatio plurimũ defunctis proſit ex multis exemplis apparet. Refert em̃ greg. in quarto libro dialogoꝝ ꝙ cum quidem monachus ſuus nomine iuſtus ad extremũ veniẽs tres ſe occultos aureos indicaſſet habere. ⁊ de hoc ingemiſcens mortuus fuiſſet p̃cepit gregorius fratribus vt corpus eius cum tribus aureis in ſterquilinio ſepelirẽt dicentes. Pecunia tua tecũ ſit in perditionẽ. ¶ Tandem cuidã e fratribus gregorius precepit vt vſqꝫ ad viginti dies omni die pro eo hoſtiam immolaret. Qui cum iuſſa compleſſet is qui defunct⁹ fuerat in die triceſima cuidã fratri apparuit. Quem frater requiſiuit dicens. Quõ es? Cui ille rñdit. Nunc vſqꝫ male fui ſed iam modo bene ſum. quia hodie communionẽ recepi D ¶ Hec aũt hoſtie immolatio non ſolum mortuis: ſed etiã viuis plurimum profuiſſe inuenta eſt. Quidam nanqꝫ cũ in quadã rupe argentũ foderent ſubito rupes cecidit ⁊ fundit⁹ cunctos extinxit. Unus aũt coꝝ ſubtus in quodam ſinu ipſius rupis mortem euaſit. inde tñ exire nõ valuit. Uxor aũt illius eũ defunctum exiſtimans: omni die pro ipſo miſſam celebrari faciebat. ⁊ panem vnum ⁊ vrceum vini cum candela quotidie offerebat. Cui diabol⁹ inuidẽs per tres dies ꝯtinuos eidẽ in forma humana apparuit: ⁊ quo tenderet requiſiuit. Cui cũ illa ſui itineris cauſã exponeret. ille aiebat. Noli fruſtra vexari: q: iam miſſa celebrata eſt. ⁊ ſic illa tribus dieb⁹ miſſam intermiſit: nec ipſam celebrari fecit. Quidam aũt poſt hoc in p̃dicta rupe argentũ fodiens: quandam vocem audiuit de ſubtus dicentem. Plane percutias q: capiti meo imminet magnus lapis. Cũ aũt ille tremeret. ⁊ ad hãc vocem audiendã plurimos ꝯuocaſſet. iterũ fodit ⁊ ſilẽm vocem audiuit. Tunc omnes propius accedẽtes: dixerũt. Quis em̃ es tu? Qui rñdens dixit. Plane faciatis quia magnus lapis quaſi ſuper me cadit Qui a latere fodientes ⁊ ad eum vſqꝫ peruenientes: cum ſanum ⁊ incolumẽ extraxerũt. Et ſciſcitantes quõ ille tandiu vixiſſet dixit ꝙ qualibet die panis vnũs ⁊ vrceus vini ⁊ candela accenſa niſi tñ tribus diebus ſibi oblatus fuit. Qḋ vxor eius audiens. ⁊ vehemẽter exultans. agnouit ꝙ de oblatione ſua fuerit ſuſtentatus. ⁊ ꝙ diabolus eam deceperit: ne illis tribus diebus miſſam cantari fecerit. Illud vt teſtatur petrus cluniacenſis. accidit in villa nomĩe ferraria gracionopolitane dio-

ceſis. ¶ Gregorius etiam refert ꝙ dum quidam nauta in mari naufragiū perpeſſus fuiſſet. ⁊ q̄daꝫ ſacerdos ꝓ eo hoſtiā immolaſſet: ipſe tandem de mare ſanus exiuit. Cum aūt qualiter euaſiſſet interrogaretur dixit ꝙ dum in medio maris exiſteret ⁊ iam pene fatigatus deficeret: quidā ad eum venit ⁊ panem quendam ſibi obtulit. Quē cū ille comediſſet ſtatim ꝯfortatꝰ vires recepit. ⁊ in quadam naui inde tranſeūte receptꝰ fuit. Inuentūq̧ eſt ꝙ illa hora panem habuit qua pro eo ſacerdos hoſtiam immolauit. ¶ Nō vero quartum ſuffragioꝝ genus ſcꝫ ieiunioꝝ obſeruatio defunctis ꝓſit. teſtatur greg. agens tam de iſto q̄ꝫ de alijs tribus dicens. Anīe defunctoꝝ quatuor modis ſoluuntur. aut oblationibꝰ ſacerdotū. aut ꝓcibꝰ ſanctoꝝ. aut carorum elemoſinis. aut ieiunio cognatoꝝ. ¶ Ualet nichilominꝰ ꝓ eis penitentia facta ab amicis. Unde retulit quidā ſolennis doctor ꝙ cum quedam mulier viro mortuo de pauꝑtate deſperaret. apparuit ei diabolꝰ dicēs ꝙ eam ditaret ſi ſuam faceret voluntatē. Cui ꝓmittendo primo iniunxit vt viros eccleſiaſticos in ſuo hoſpicio receptos faceret fornicari. Scd̄o ꝙ pauꝑes ī die reciperet: ⁊ in nocte vacuos expelleret. Tercio ꝙ orationes in eccleſia garriēdo impediret. Quarto ꝙ nulli hoc ꝯfiteri deberet. Tandē cuꝫ morti appropinquaſſet. ⁊ a filio ad ꝯfeſſionē admoneretur: illa ei factū aperiēs dixit ſe ꝯfiteri nō poſſe nec ſibi aliquid ꝯfeſſio valeret. Sed cuꝫ ille cū lachrimis inſtaret. ⁊ penitentiā ſe ꝓ ea facturū ꝓmitteret: illa ꝯpuncta pro ſacerdote filiū deſtinauit. Sed anteq̄ꝫ ſacerdos veniret: demones ad eam irruerunt: quoꝝ horrore ac timore mortua eſt. Filius ſuus pro ea peccatū ſuum ꝯfitens. ⁊ penitentiam ſeptennē faciēs. ipſa ꝯpleta vidit matrē ei de ſua liberatione gr̄as referentē. ¶ Ualent etiā eis indulgētie eccl'ie. Unde cum quidā apl'ice ſedis legatus quendam ſtrennuum militem rogaret vt in terra albigenſi in ſeruiciū eccl'ie militaret. facta indulgentia patri ſuo defuncto. per vnaꝫ ibidē quadragenam moratꝰ eſt. Qua ꝯpleta pater luce clarior ei apparuit. ⁊ de ſua liberatione gr̄as ei egit. ¶ Circa ſcd̄um huiꝰ partis ſcꝫ [illegible]os pro quibus fiunt etiam quatuor videnda ſunt. Primo q̄ ſunt illi quibus poſſunt ꝓdeſſe. Secūdo quare debēt eis prodeſſe. Tercio ſi omnibꝰ equaliter proſunt. Quarto qual'r ſuffragia que pro ipſis fiunt ſcire poſſunt. ¶ De primo ſcꝫ qui ſunt illi quibꝰ ꝓdeſſe poſſunt. ſciendū eſt ꝙ ſicut dicit augꝰ. oēs qui de hac vita decedunt. aut ſunt valde boni. aut valde mali. aut mediocriter boni. Suffragia igitur facta pro valde bonis ſunt gratiaꝝ actiones. ꝓ valde malis ſunt viuoꝝ qualeſcunq̧ ꝯſolationes. ꝓ mediocriter bonis ſunt expiationes. Ualde autē boni dicūtur qui ſtatim euolant ⁊ ab vtroq̧ igne tam purgatorij q̄ꝫ inferni liberi ſunt. Eoꝝ autem ſunt tria genera ſcꝫ baptiſati. martires ⁊ viri perfecti qui ſcꝫ tam perfecte edificauerūt aurū ⁊ argentū ⁊ lapides ꝓcioſos. id eſt. dei dilectionē proximi amorē ⁊ bonam oꝑationē: vt nō cogitent placere mūdo ſed tantū deo. Qui ⁊ ſi qn̄q̧ venialiter peccant. feruore tñ charitatis ita in eis peccatum ꝯſumitur ſicut gutta aque in camino ignis penitus abſorbetur. ⁊ ideo ſecum cremabilia nunquā ferunt. ¶ Qui igitur pro aliquo iſtoꝝ triū generū oraret. vel aliqua alia ſuffragia faceret: eis iniuriam faceret. Quia ſicut dicit augꝰ. Iniuriam facit martiri qui orat pro martire. Si vero aliquis pro aliquo valde bono oraret de quo tñ an euolaſſet dubitaret. tunc ille orationes eſſent gratiaꝝ actiones: ⁊ ad meritum cederēt exorantis. ſcd̄m illud. Oratio mea in ſinum meū ꝯuertetur. His eñ tribus generibꝰ celum ꝓtinus aperitur cū decedūt. nec aliquem purgatorij ignem ſentiunt. Qđ ſignificatū eſt per illos tres quibꝰ celum apertum eſt. Apertū eſt eñ xp̄o baptiſato. Luce. iij. Ihesu baptiſato ⁊ orāte apertū eſt celū. Per qđ ſignificat ꝙ celū aꝑitur omnibꝰ baptiſatis: ſiue ſint paruuli ſiue adulti. ita ꝙ ſi decederēt ꝓtinus euolarent. Baptiſmus eñ virtute paſſionis xp̄i mūdat ab oī peccato ⁊ originali ⁊ mortali ⁊ veniali. Scd̄o apertum eſt ſtephano lapidato. Actuum. vij. Ecce video celos aꝑtos ⁊c. Per qđ ſignificatur ꝙ aꝑitur omnibus martiribꝰ. ita ꝙ ſtatim euolant cū decedunt. ⁊ ſi aliqua cremabilia hn̄ant oīa falce martirij reſecātur. Tercio aꝑtū ē ioh̄i ꝑfectiſſimo. Apocal'. iiij. Uidi ⁊ ecce hoſtiū aꝑtū in celo. Per qđ ſignificatur ꝙ viris ꝑfectis qui total'r penitentiam compleuerūt nec venialia admiſerūt. vel ſi aliq̄n admittuntur a feruore charitatis protinus conſumuntur. celū ipſum ꝯtinuo aꝑitur. ⁊ mox in illud ꝑpetuo regnaturi ingrediūtur. ¶ Ualde aūt mali ſunt qui ꝯtinuo in inferni baratrū demergūtur. Pro quibus ſi de coꝝ dānatione ꝯſtaret nulla ſuffragia aliquatenꝰ eſſent fiēda. ſcd̄m qđ dicit augꝰ. Si ſcirē patrē meū eſſe in inferno: non plus orarē pro eo q̄ꝫ ꝓ diabolo. Si aūt pro aliq̄bus dānatis: de quoꝝ dānatione dubitatur aliqua ſuffragia fierent nichilꝯtñ eis prodeſſent. nec quantū ad liberationē vt ſcꝫ ab ipſis penis liberētur. nec quātū

ad mitigationem: vt ſcꝫ pena in eis mitigetur vel
diminuatur. nec quantū ad ſuſpenſionē vt ſcꝫ ad
tp̄s vel ad horā eoꝝ dānatio ſuſpēdaꝶ. nec quan-
tum ad fortificationē vt ſcꝫ ad tolerandū leui⁹ ro-
borenꝶ. Quantū eñ ad aliq̄d hoꝝ in inferno nulla
redēptio eſt. ¶ Mediocriter aūt boni dicūtur qui
cremabilia aliqua ſcꝫ lignū. fenū. ſtipulā ſecū ferūt
vel qui penitentiā iniunctā ⁊ ſufficientē morte p̄-
occupati complere nō poſſunt qui nec adeo boni
ſunt quin ſuffragijs egeāt. nec adeo mali quin eis
prodeſſe valeant. Suffragia igiꝶ facta ꝑ his ſunt
eoꝝ expiationes. Unde iſti ſunt illi q̄bus ipſa ſuf-
fragia ſolū ꝓdeſſe p̄nt. In hm̄oi aūt ſuffragijs fa-
ciendis eccl'ia ꝯſueuit triplicē numerū dierū maxi
me obſeruare ſcꝫ ſeptenariū. tricenariū. ⁊ anniuer
ſariū Et rō hoꝝ aſſignaꝶ in libro mitrali de officio
Obſeruatur ſeptenarius. vt anie ad eternū q̄etis
ſabbatū ꝑueniāt. vel vt eis oīa peccata remittan-
tur que in vita egerūt: que per ſeptē dies ducitur
vel vt remittātur eis peccata q̄ egerunt cū corpe.
q̄d ꝯſiſtit ex quatuor humorib⁹. ⁊ cū aīa in qua
ſunt tres vires. Obſeruatur tricenari⁹ qui ꝯſtat
ex tribus denarijs: vt purgeꝶ in eis quicq̄d in fide
trinitatis et in tranſgreſſiōe decalogi deliquerit.
Obſeruatur ānīuerſari⁹. vt de annis calamitatis
perueniāt ad annos eternitatis. Sicut eñ anni-
uerſariū ſanctoꝝ celebram⁹ ad ipſoꝝ honorē ⁊ ad
noſtram vtilitatē. ſic ⁊ anniuerſariū defunctoꝝ ad
ipſoꝝ vtilitatē ⁊ noſtrā deuotionē. ¶ De ſecundo
q̄ritur quare ſcꝫ eis debēt ſuffragia ꝓdeſſe. ſcien
dum q̄ triplici rōne debēt eis ꝓdeſſe. Primo ra-
tione vnitatis. Sunt eñ corp⁹ vnū cū illis de eccle
ſia militāti. ⁊ ideo bona ſua debēt eis eſſe cōmu
nia. Scdo rōne dignitatis: qm̄ dum adhuc viue-
rent. meruerūt vt hec ſibi ꝓdeſſent. Et iterū. Di-
gnū eſt vt qui alios iuuerūt: ⁊ ipſi ab alijs iuuenꝶ
Tercio rōne neceſſitatis q: ſcꝫ ſunt in ſtatu in quo
iuuare ſe non poſſunt. ¶ De tercio ſcꝫ vtrū equa-
liter omnibus ꝓſint. ſciendū q̄ ſi ipſa ſuffragia in
ſpeciali fiūt magis ꝓſunt illis pro quib⁹ ſpecialr
fiunt q̄ alijs. Si aūt in cōmuni fiunt: magis pro-
ſunt eis qui plus meruerūt in hac vita vt ſibi ꝓ-
deſſent. ſi in equali vel maiori neceſſitate exiſtūt.
¶ De quarto qualr ſcꝫ ſuffragia que ꝑ eis fiunt
ſcire poſſunt. ſciendū q̄ ſcd̄ꝫ aug⁹. ſcire poſſunt tri
bus modis. Primo per diuinā reuelationē q̄n ſcꝫ
hoc eis deus reuelat. Scdo ꝑ bonoꝝ angeloꝝ ma
nifeſtationē. Angeli eñ qui hic ſemꝑ nobiſcū ſunt
⁊ oēs actus noſtros ꝯſiderāt. in inſtanti quaſi ad
eos poſſunt deſcendere. ⁊ eis protinus nunciare.

Tercio per animaꝝ hinc exeuntium intimatio-
nem. Anime eñ que de hoc mūdo tranſeūt hec ⁊
alia eis nunciare poſſunt. Quarto nichilominus
ſcire poſſunt per experientiā ⁊ reuelationē. Cum
eñ a penis ſe releuari ſentiūt. ſuffragia ꝑ ſe fieri
cognoſcūt. ſ ¶ Circa terciū hui⁹ ſcd̄e partis ſcꝫ
illos per quos fiunt. ſciendū q̄ ipſa ſuffragia ſi ꝓ-
deſſe debēt. oportet q̄ fiāt ab his qui ſunt in chari
tate. Nam ſi ꝑ malos fiūt ꝓdeſſe nō poſſunt. Uñ
legiꝶ q̄ dum quidā miles in lecto cū vxore eſſet ⁊
luna valde lucēs ꝑ rimas intraret. mirabatur quo
modo homo rōnalis creatori ſuo non pareret. cū
eidē creature irrōnales parerent. Et dū cuidā mi
liti defuncto qui ſibi fuerat familiaris detraheret
ſubito ille qui mortu⁹ fuerat in thalamū introiuit
et dixit illi. Amice noli male ſuſpicari de aliquo
et condona michi ſi quid in te peccaui. Cumq̄ ſuꝑ
ſtatu ſuo interrogareꝶ dixit. Uarijs penis affligor
p̄cipue quia tale cimiteriū violaui. et ibi quendā
vulnerans eū cappa ſua expoliaui: que michi ſuꝑ
poniꝶ ⁊ vno monte magis me premit. Rogauitq̄
vt pro ſe orationes fieri faceret. Cū aūt ille ſibi di
ceret. an vellet q̄ a tali ⁊ tali ſacerdote ipſas ora
tiones faceret fieri. ille ad hoc nichil rñdens: ca-
put more renuētis ꝯcuſſit. Deinde dixit ſi vellet
q̄ talis heremita pro ſe oraret. Cui ille. Utinā ꝑ
me oraret. Q̄d cū ſe facturū ꝓmitteret. ille ait Et
ego dico tibi: q: ab hac die vſq̄ ad duos annos tu
etiam morieris. Sicq̄ ille diſparuit. ⁊ miles vita
ſua in melius mutata: in dño obdormiuit. ¶ Q̄d
aūt dictū eſt ſuffragia facta per malos prodeſſe
nō poſſe. intelligendū eſt niſi ſint opera ſacramē
talia: vt eſt celebratio miſſe que a malo miniſtro
violari nō p̄t. Uel niſi ipſe defunctus vel aliquis
eius amic⁹ aliq̄bus etiā malis aliqua diſpēſanda
reliq̄ſſet. Que tñ ꝯtinuo diſpenſare debēt: ne ſibi
ꝯtingat q̄d cuidā ꝯtigiſſe legitur. Miles eñ qui-
dam in bello karoli magni vt ait turpin⁹ cū mau
ris pugnatur⁹. rogauit cognatū ſuū vt ſi in bello
moreretur equum ſuū venderet. ⁊ paupib⁹ preciū
daret. Quo mortuo cū equ⁹ ſibi nimis placeret cū
ſibi retinuit. Et poſt modicū tp̄is defunct⁹ ei tanq̄
ſol refulgens apparuit dicēs. Cognate bone per
octo dies meruiſti pati penas in purgatorio pro
pter equū: cui⁹ preciū vt dixerā paupib⁹ nō de-
diſti. Sed impune nō feres. hodie eñ ferent ani-
mam tuam in infernū diaboli. ⁊ ego purgatus va
do in regnum dei. Et ecce ſubito in aere auditus
eſt clamor velut leonū. vrſoꝝ ⁊ lupoꝝ. ⁊ ipſum de
medio abſtulerunt.

## De quatuoꝛ coronatis. clx. A



Quatuoꝛ coronati fuerũt ſeuerus. ſeueria
nus. coꝛpoforus ⁊ victorin⁹ q̄ iubēte. dio
cleciano vſq; ad mortē ictib⁹ plumbatoꝝ
ceſi ſunt. Hoꝝ noīa cũ reꝗri nõ poſſent q̄ tñ poſt
multos annos dño reuelante reperta ſunt. ſtatu-
tum fuit vt coꝝ mēoꝛia ſub nominib⁹ alioꝝ q̄nq;
martirum ſc; claudij. caſtoꝛij. ſimphoꝛiani. nicho-
ſtrati ⁊ ſimplicij recoleret qui poſt duos annos a
martirio p̄dictoꝝ paſſi ſunt. Jſti em̄ martires cũ
omnem ſculpture artē hr̄ent. ⁊ diocleciano idolũ
quoddã ſculpere nollent. nec ſacrificare aliquate
nus ꝯſentirēt. iuſſu ipſius diocleciani in loculos
plumbeos viui miſſi ſunt. ⁊ ſic in mare p̄cipitati.
circa annos dñi. cclxxxvij. Sub nominib⁹ igitur
iſtoꝝ quinq;. ſtatuit melchiades papa p̄dictos
quatuoꝛ honoꝛari. ⁊ quatuoꝛ coronatos vocari.
ante ſc; q̄ⁿ coꝝ noīa reꝑirētur. Et licet poſtmodũ
nomīa reꝑta fuerint. vſus tñ obtinuit vt quatuoꝛ
coronati deinceps vocarentur.

## De ſancto theodoꝛo. clxi. A

Theodoꝛ⁹ in vrbe marmanitanoꝝ ſub dio-
cleciano ⁊ maximiano martirium paſſus
eſt. Cui cũ preſes diceret ꝙ ſacrificaret. ⁊
priſtinam militiã reciperet. rñdit theodoꝛus. Ego
milito deo meo ⁊ filio ei⁹ iheſu xp̄o. Cui preſes. Er
go deus tuus filiũ habet? Cui theodoꝛus. Etiam
Ad quē preſes. Poſſem⁹ eũ cognoſcere? Et theo
doꝛus. Eũ vtiq; poteſtis cognoſcere. ⁊ ad eũ ac-
cedere. Datis igitur inducijs ſācto theodoꝛo vt ſa



crificaret. tēplũ martis deoꝝ noctu ſcūs introiuit
⁊ igne ſuppoſito totũ illud ſuccendit. Qui a quo-
dam qui hoc vidit accuſat⁹. in carcerē vt fame ibi
moꝛeretur recluſus eſt. Cui dñs apparens dixit.
Confide ſerue meus theodoꝛe: q: ego tecũ ſum.
Tunc turba multa dealbatoꝝ viroꝝ clauſo hoſtio
ad eũ veniens cũ eo pſallere cepit. Qð vidētes cu
ſtodes territi fugerũt. Cum aũt inde educt⁹ fuiſſ;
et ad ſacrificia inuitaretur. ait. Si carnes meas
igne cremaueris. ⁊ varijs ꝯſumas ſupplicijs: do-
nec fuerit ſpũs in naribus meis. nõ denegabo de
um meũ. Tunc ad p̄ceptũ preſidis in ligno ſuſpē-
ditur. ⁊ vngulis ferreis tam crudelr̄ latera ei⁹ ra
duntur vt etiã eius coſte nudarētur. Ad quē p̄ſes
Vis theodoꝛe nob̄ ſcũ eſſe aut cũ xp̄o tuo. Cui ille
Cum xp̄o meo ⁊ fui ⁊ ſum ⁊ ero. Tunc iuſſus eſt
igne cremari. Jn quo quidē igne ſpm̄ emiſit. ſed
tñ coꝛpus eius ab igne illeſum ꝑmanſit. Circa an
nos dñi. cclxxxvij. Odoꝛe vero ſuauiſſimo oēs re
pleti ſunt. ⁊ audita eſt vox dicēs. Ueni dilecte mi
intra in gaudium dñi tui. Celum quoq; apertum
multi viderunt.

## De ſancto martino. clxij. A

Martinus quaſi martē tenens. id eſt. bellũ
ꝯtra vicia ⁊ peccata. Uel martin⁹ quaſi
martirũ vn⁹. Fuit em̄ martir ſaltē volun
tate ⁊ carnis moꝛtificatione. Uel martin⁹ interꝑ
tatur quaſi irritãs vel ꝓuocãs ſeu dominãs. Jpſe
nanq; ꝑ meritũ ſue ſanctitatis irritauit diabolum
ad īuidiã. ꝓuocauit dñm ad miſc̄dia;. dñatus eſt

# ¶ De ſancto martino

carni ſue ꝑ maceratione̅ ꝯtinuam. Cui ſcꝫ carni ratio ſiue animꝰ dominari debet. vt dicit dioniſiꝰ in ep̅la ad demophilu̅. ſicut dominatur dominꝰ ſeruo. aut pater filio. aut ſenioꝛ laſciuo iuuenculo. Eius vitam ſeuerus cognomento ſulpicius diſcipulus ſancti martini quem gennadius inter illuſtres viros ꝯnumerat ſcripſit.



Martinus ſabarie pannonioꝝ opido oꝛiu̅dus: ſed intra italia̅ papie alitꝰ. cu̅ patre ſuo tribuno militu̅ ſub ꝯſtantino ⁊ iuliano ceſaribus militauit. non t̅n ſponte: qꝛ ab infantia diuinitus inſpiratꝰ. cum eſſet annoꝝ. xij. inuitis pare̅tibꝰ ad eccl̅iam fugit. ⁊ cathecuminum ſe fieri poſtulauit. ⁊ ex tu̅c heremu̅ intraſſet niſi carnis infirmitas obſtetiſſet. Sed cu̅ ceſares decreuiſſent: vt veteranoꝝ filij pꝛo patribus militare̅t martinus cu̅ eſſet annoꝝ. xv. ad militandu̅ vꝛgetꝰ vno t̅m ꝯtentus ſeruo. cui t̅n martinꝰ ſerui e̅s ſepius miniſtrabat. ⁊ calciamenta detrahebat atqꝫ tergebat Quoda̅ hyemali t̅pe ꝑ poꝛtam ambianenſiu̅ tranſiens. paupere̅ queda̅ nudu̅ obuium habuit qui cum a nullo elemoſina̅ accepiſſet. martinus hu̅c ſibi ſeruatu̅ intellige̅s. arrepto enſe clamide̅ que ſibi t̅m ſupererat diuidit. ⁊ parte̅ pauperi tribue̅s reliqua rurſus induitur ¶ Sequenti igitur nocte chꝛiſtu̅ clamidis ſue parte qua pauperem texerat veſtitu̅ vidit. ipſumqꝫ ad circu̅ſtantes angelos ſic loquente̅ audiuit. Martinꝰ adhuc cathecuminꝰ hac me veſte ꝯtexit. Unde vir ſanctꝰ non in gl̅iam elatus: ſed dei bonitate̅ cognoſce̅s cum eſſet annoꝝ. xviij. baptiſari ſe fecit. ⁊ adhuc ad inſtantia̅ tribuni ſui q̅ t̅pe ſui tribunatꝰ expleto ſe ſeculo abꝛenu̅ciaturꝝ ꝓmittebat ꝑ biennium militauit. Interea irrue̅tibꝰ intra gallias barbaris. iulianus ceſar ꝯtra eos pugnaturꝰ pecuniam militibꝰ erogauit. At martinꝰ nole̅s deinceps militare donatiuu̅ recip̅e noluit ſed ceſari dixit. Xp̅i ego miles ſum: pugnare mihi no̅ licet. Indignatꝰ iulianus dixit ꝙ non religionis gr̅a ſed metu belli imminē̅tis militie renunciaret. Cui martinꝰ intrepidus reſpondit. Si hoc ignauie no̅ fidei aſcribitur: craſtina die ante aciem inermis aſtabo. ⁊ in nomine xp̅i ſigno crucis no̅ clipeo protectus aut galea. hoſtiu̅ cuneos penetrabo ſecurꝰ. Unde cuſtodiri iubetꝰ. vt inermis vt dixerat barbaris obijceretur. Sed die ſeque̅ti hoſtes legatione̅ miſerūt ſua omnia ſeqꝫ dantes. Unde no̅ dubium eſt meritis ſancti viri tale̅ victoria̅ ſine ſanguine data̅ eſſe

¶ Exinde relicta militia ad ſanctu̅ hilariu̅ pictauenſem ep̅m ꝑrexit: ⁊ ab eo accolitꝰ oꝛdinatus monetur a do̅no ꝑ ſopoꝛe̅ vt pare̅tes ſuos adhuc gentiles viſitaret. Profectꝰ igitur: multa aduerſa paſſurum ſe eſſe pꝛedixit. Nam inter alpes incidit in latrones. Cu̅qꝫ vnus ſecurim in caput eiꝰ vibraſſet: ictum ferie̅tis dextre ſuſtinuit alter. Vinctꝰ t̅n poſt tergu̅ manibꝰ vni eoꝝ cuſtodie̅dus traditur. Percunta̅ti vero latroni an timuiſſet. r̅ndit nu̅qꝫ ſe ita fuiſſe ſecuru̅: qꝛ ſciret miſc̅diam dei maxime in temptationibꝰ affuturam. Incipienſqꝫ latroni ꝑ̅dicauit. ⁊ ip̅m ad fidem xp̅i ꝯuertit. Qui martinum ad viam reducens: laudabilem poſtmodum vitam duxit. B ¶ Cum au̅t mediolanu̅ pꝛeteriſſet. diabolus in humana ſpecie ſibi obuiꝰ fuit. ⁊ quo tenderet requiſiuit. Cui cu̅ r̅ndiſſet ſe quocum do̅ns vocaret tendere. ille ait. Quocunqꝫ ieris diabolus tibi aduerſabitur ¶ Cu̅ au̅t martinꝰ ſibi r̅ndiſſet. do̅ns michi adiutoꝛ eſt. no̅ timebo quid faciat michi homo. ſtatim ille euanuit. Itaqꝫ m̅rē ꝯuertit. pater vero in erroꝛe ꝑmanſit. Sed cu̅ hereſis arriana ꝑ totu̅ oꝛbem pullularet. ⁊ ille pene ſolus obſiſteret. publice ceſus ⁊ de ciuitate eiectꝰ mediolanu̅ red[illegible] ⁊ ibi ſibi monaſteriu̅ ſtatuit. Sꝫ inde ab ar[illegible]anis eiectus. ad inſulam gallinariam cu̅ vno ſolo p̄ſbitero ꝑrexit: vbi eleboꝝ grame̅ venenatu̅ inter alias herbas in cibu̅ ſumpſit. ⁊ vicinam moꝛte̅ ſentie̅s omne ꝑiculu̅ ⁊ doloꝛe̅ virtute oꝛationis fugauit. ¶ Audie̅s vero ꝙ beatꝰ hilarius de exilio rediret. obuiam ei ꝓfectus eſt. ⁊ iuxta pictauu̅ monaſteriu̅ oꝛdinauit. Ubi cu̅ queda̅ adhuc cathecuminu̅ h̅ret: paru̅per a monaſterio



BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

diſcedens ⁊ rediens repperit eum ſine baptiſmo
defunctum. Quē in cellā ducens. ⁊ ſup eiꝰ corpus
ſe ꝓſternēs ipſum ſua oꝛōne ad vitā pꝛiſtinā reuo
cauit. Idem fere homo referre ꝯſueuit ꝙ dū ſup
eum data ſentētia obſcuris locis deputatꝰ fuiſſet.
per duos angelos iudici eſt ſuggeſtū hūc eſſe pro
quo martinꝰ oꝛaret. Juſſum ē igiť vt ipos duos
reduceret. ⁊ martino viuꝰ redderet. Aliū inſuper
qui laqueo vitā finierat: vite reſtituit ¶ Uerū cū
plebs thuronica epo careret ipm plurimū renitē-
tem ſibi oꝛdinari petijt. Quidā aūt ex epis q̄ ꝯue
nerāt: eo ꝙ deformis eſſet habitu ⁊ vultu deſpi-
cabilis reſiſtebāt. Inter quos ꝓcipuus fuit quidā
noīe defenſoꝛ. Sed cū lectoꝛ tūc deeſſet. quidam
accepto pſalterio primū quē inuenit pſalmū legit
vbi verſus hic erat. Ex oꝛe infantiū ⁊ lactentiū ꝑ
feciſti laudē: vt deſtruas inimicū ⁊ defenſorē. Et
ſic ille defenſoꝛ eſt ab omnibꝰ ꝯfutatus. Oꝛdinatꝰ
itaqꝫ eps cū ppl'i tumultū nō ferret: duobꝰ fere mi
libus extra vꝛbē monaſteriū ꝯſtituit. vbi cū .lxxx.
diſcipulis in multa abſtinētia vixit. Nam ibi vinū
nemo biberat: niſi quē infirmitas coegiſſet. Mol-
lioꝛ habitꝰ ibi pro crimine erat. Plurime ciuitates
de his epos eligebant. ¶ Cum quidam ſub nomi
ne martiris coleret. ⁊ a martino nil de eiꝰ vita vel
merito inueniri poſſet. quadam die ſup ſepulcrū
ſtans oꝛauit dn̄m vt q̄s eſſet vel cuiꝰ meriti indi-
caret. Cōuerſus ad leuā: vidit vmbrā nigerrimā
ſtare. Qui a martino adiuratꝰ: dixit ſe latronem
fuiſſe. ⁊ ob ſcelus ꝑcuſſū eſſe. ꝯtinuo igitur mar-
tinus altare deſtrui ꝑcepit ¶ Legitur quoqꝫ
in dialogo ſeueri ⁊ galli diſcipl'oꝝ ſancti martini
vbi multa ſuppleta ſunt que in eiꝰ vita ſeuerus di
miſerat: ꝙ martinꝰ quodā tꝑe valentinianū impe
ratorē pro quadā neceſſitate adijt. Sed ille ſciēs
eū velle petere qđ ipſe nolebat dare. foꝛes palacij
ſibi claudi fecit. At martinꝰ ſemel ⁊ iterū paſſus
repulſam. cilicio obuolutꝰ ⁊ cinere ꝯſperſus. per
vnā hebdomodā cibi ⁊ potꝰ abſtinētia maceratur
Tūc monēte angelo ad palaciū venit. ⁊ nullo ſibi
ꝓhibēte ad imperatorē vſqꝫ ꝑuenit. Quē cū veni-
entē videret iratus q2 fuiſſet admiſſus: ei aſſurge
re noluit donec ſellam regiā ignis operiret. ⁊ ipſum
imperatorē a parte poſteriori ignis ſuccenderet.
Tūc ſctō martino iratꝰ aſſurgēs. virtutē diuinā ſe
ſenſiſſe ꝯfeſſus eſt. multūqꝫ ipm complectēs ſibi
omnia anteꝙ̄ rogaret ꝯceſſit. multaqꝫ munera ob
tulit ſed martinꝰ nō accepit. ¶ In eodem quoqꝫ
dialogo legitur qual'r tercium moꝛtuū ſuſcitauit.
Cum eīn quidā iuuenis defunctꝰ fuiſſet ⁊ mater ꝓ

reſuſcitatione filij beatum martinū lachꝛimis exo
raret. iſte in medio cāpi vbi erat innūerabilis mul
titudo gentiliū genua flexit. ⁊ cunctis videntibꝰ
puer ſurrexit. Quapꝛopter omnes illi gentiles ad
fidem chꝛiſti ꝯuerſi ſunt ¶ Eidem quoqꝫ viro ſan
cto obediebant etiam inſenſibilia. vegetabilia. et
irrationabilia. Inſenſibilia: ſicut ignis ⁊ aqua.
Nam cum in quodā ꝓphano ignem miſiſſet. in do
mo ꝓxima adherente agente vento flamma fere
batur. Tunc martinꝰ ſup tectum domꝰ aſcendēs
obuium ſe aduenientibus flammis inſeruit. Mox
ꝯtra vim venti flamma toꝛquet. vt ꝯflictꝰ quidā
compugnantiū inter ſe elemētoꝝ videret. ¶ Na-
uis etiam quedā cum periclitaret. vt in ꝑdicto dia
logo legit. quidā negociatoꝛ necdum chꝛiſtianus
exclamauit. Deus martini eripe nos. ⁊ ſtatim trā
q̄litas magna ſeceſſit. ¶ Silr vegetabilia. Nam
cum in quodā loco templū antiquiſſimū diruiſſet.
⁊ arborē pini diabolo dedicatā vellet excidere. ob
ſiſtentibus ruſticis ⁊ gentibꝰ. vnus eoꝝ dixit. Si
de deo tuo fiduciam habes: nos hanc arborē ſuc-
cidemus. ⁊ tu eam ſuſcipe. ⁊ ſi tecū eſt deus tuus
vt dicis euades. Quo annuente. ſucciſe arboꝛi. ⁊
iam verſus eum ibidē ligatū cadenti ſignū crucis
oppoſuit. ⁊ in aliam partē rediēs ruſticos qui in
tuto loco erāt fere oppꝛeſſit. Qui viſo miraculo ad
fidē ꝯuerſi ſunt. ¶ Irrationabilia quoqꝫ aīalia
ſibi pluries obedierūt ſicut legit in ꝑdicto dialo-
go. Cum eīn canes lepuſculū inſequētes vidiſſet.
imꝑauit canibꝰ vt aīal inſequi deſiſterēt. Mox
illi ꝯſtiterūt ⁊ quaſi vincti in ſuis veſtigijs fixi mā
ſerunt. ¶ Serpens etiam quidā cū fluuiū quen-
dam natando tranſiret. martinꝰ ait ad ſerpentē.
In noīe dn̄i iubeo te redire. Mox ſe ad verbū ſan
cti retoꝛſit. ⁊ in ripā aliā tranſmeauit. Et ingemi-
ſcens martinꝰ ait. Serpētes me audiūt. ⁊ hoīes
non audiūt. ¶ Canis ſilr quidā cum in quēdam
ex martini diſcipulis latraret: ille ad eum ꝯuerſus
ait. In noīe martini iubeo te obmuteſcere Canis
ꝯtinuo obmutuit ac ſi linguam habuiſſet abſciſā
D Fuit aūt beatus martinus multe humilitatis
Nam lepꝛoſū quendā cunctis hoꝛribilē pariſius
obuium habēs ipſum oſculatꝰ eſt atqꝫ bn̄dixit. ſta-
timqꝫ mundatus eſt. In ſacrario quoqꝫ reſidens
nunꝙ̄ cathadra vſus eſt. Nam in eccl'ia nēo vnꝙ̄
eum ſedere ꝯſperit. Sedebat aūt in ſellula ruſti-
cana quas tripodes vocāt. ¶ Multe dignitatis.
Quia par apl'is dictꝰ eſt. ⁊ hoc ꝓpter grām ſpūs
ſancti q̄ in eū in ſpecie ignis ad robur deſcēdit. ſi-
cut fuit in apl'is. Un̄ ⁊ apl'i frequēter eū tanꝙ̄ cō-

parem viſitabant. Legitur eñi in ꝑdicto dialogo ꝙ quadã vice dñ̃ martinus in cella ſolus ſederet. ⁊ ſeuerus ⁊ gallus eiꝰ diſcipuli pre forībꝰ expectarent. ſubito mirabili cõcuſſi horrore. plꝭes in cella audiũt inſimul colloquẽtes. De quo cũ poſtmodũ martinũ reqſiſſent: ille ait. Dicam vobis. Sʒ vos queſo nulli dicatis. Agnes. tecla ⁊ maria ad me venerũt. Nec tñ illa die: ſed ſepius ab eis ꝯfeſſus eſt viſitari. Et petrũ ⁊ paulũ apl̃os a ſe ſepe videri ꝓhibuit ¶ Multe iuſticie. Cũ eñi ab imꝑatore nomine maximo inuitatus fuiſſet. ⁊ martino poculum primo fuiſſet oblatũ. ſperãtibus cunctis vt poſt ſe regi tribueret. preſbitero ſuo dedit. nullũ eſtimãs digniorẽ qui poſt ſe deberet bibere. ⁊ indignũ iudicãs ſi aut regẽ aut regis proximos preſbitero ꝓtuliſſet. ¶ Multe paciẽtie. Tantã eñi in oībus patientiã ſeruabat ꝙ cũ eſſet ſummꝰ ſacerdos impune ſepe a cl̃icis ledebať. nec a ſua eos ꝓpter hoc charitate repellebat. Nemo illũ vnꝗ̃ vidit iratũ. nemo merentẽ. nemo ridentẽ. Nunꝗ̃ in illius ore niſi xp̃s. nunꝗ̃ in illiꝰ corde niſi pietas. niſi pax. niſi miſc̃dia inerat. Legiť quoqȝ in ꝑdicto dialogo ꝙ dñ̃ martinus quadã vice in veſte hiſpida. nigro ⁊ pẽdulo pallio circũtectꝰ ſuꝑ aſellũ procederet. equis de ꝯtra veniẽtibꝰ expauefactis. milites in terrã ſaltu ꝑcipiti ſe dederũt. ⁊ martinũ arripiẽtes grauiter verberauerũt. Ille aũt quaſi mutus cedentibꝰ terga ꝓbebat. Sed magis illi furebant. eo ꝙ ille quaſi non ſentiẽs verbera illata ꝯtẽnere videreť. Protinus aũt aĩalia adeo humo fixa ꝑmanebãt: vt quantũcunqȝ flagellata velut ſaxa moueri nõ poſſent. quouſqȝ ad martinũ redeũtes. ⁊ peccatũ ſuũ qd̓ ignorãter in eũ cõmiſerant ꝯfitẽtes. ille eis licentiã dedit. ⁊ gradu ꝯcito aĩalia ꝓceſſerũt ¶ Multe aſſiduitatis in orãdo Quia vt in legẽda ſua diciť. Nunꝗ̃ vllũ horaꝝ momentũ ꝑteriit. quo nõ aut orationi. aut lectioni incũberet. Inter legendum tñ ⁊ operandũ nunꝗ̃ animũ ab oratione laxabat. Nam vt fabris ferrariis moris eſt qui inter operandum pro quodam laboris leuamine incudem feriunt: ita martinus dum aliquid ageret ſp̄ orabat ¶ Multe auſteritatis in ſeipſo. Refert eñi ſeuerꝰ in ep̃la ad euſebiũ ꝙ cum martinꝰ in quandã villam ſue dioceſis veniſſet. ⁊ clerici lectũ ſibi plurimo ſtramine preparaſſent: ille ibidem requieſcẽs. inſuetã molliciẽ ꝑhorreſcit quippe qui nuda humo vno tñ cilicio ſuperiecto cubare ꝯſueuerat. Itaqȝ permotꝰ iniuria ſurgens ſtramentũ oĩne ꝓiecit. ⁊ ſe ſuꝑ nudam humũ collocauit. Circa mediã vero noctẽ tota illa palea igne accenditur. ⁊ martinus excitatus dum exire tẽptaret ſed nequiret ab igne capitur. ⁊ etiam veſtimẽta vrũtur. Rediẽs vero ad ſolitũ orationis ꝯfugium. ⁊ crucis emittẽs ſignaculũ. in medio ignis intactꝰ ꝑmanſit. ⁊ flammas ſenſit rorantes quas male expťꝰ erat vrentes. Monachi igiť excitati ꝯcurrũt. ⁊ martinũ quẽ iam ꝯſumptũ putabant de medio flãmaꝝ illeſum educũt. ¶ Multe compaſſiõis erga delinquẽtes. Quia oẽs volẽtes penitere. compaſſionis ſinu recipiebat. Nam ⁊ cum diabolꝰ martinũ reꝑhenderet cur ſemel lapſos ad penitentiã reciperet: eidem rñ̃dit. Si tu ipſe o miſerabilis ab hominũ infeſtatione deſiſteres. ⁊ te factoꝝ tuoꝝ peniteret. ego tibi ꝯfiſus in dño xp̄i miſc̃diaꝫ pollicerer. ¶ Multe pietatis erga pauperes. Legitur in ꝑdicto dialogo ꝙ martinum in quadã feſtiuitate ad eccleſiam tendentẽ. pauper quidã nudus ſecutꝰ eſt. Martinus aũt archidiacono ꝑcepit vt egentẽ veſtiret. Sed cũ hoc ille facere diſtuliſſet. ingreſſus martinꝰ ſecretariũ tunicam ſuaꝫ illi tribuit. ⁊ ꝯtinuo abſcedere iuſſit Cum ergo archidiaconꝰ moneret vt ad ſolennia ꝑagenda ꝓcederet. ille de ſe loquẽs rñ̃dit ſe ire nõ poſſe: donec pauper veſtem accipiat. Archidiaconus vero nõ intelligens: q̄ cum extrinſecꝰ cappa tectus eſſet: ipſum nudum interius non videbat. pauperem nõ adeſſe cauſatur. At ille inquit. Michi veſtis deferatur: ⁊ pauper nõ deerit veſtiẽdꝰ. Compulſus ille ad forũ vadit. ⁊ quinqȝ argenteis tunicã vilem ⁊ curtã que diciť penula quaſi penula rapiens. ante pedes martini iratus ꝓiecit. Quã ille ſecreto induit. cuiꝰ manice vſqȝ ad cubitũ ⁊ longitudo vſqȝ ad genua ꝓtendebantur. Et ſic miſſam celebraturꝰ ꝓcedit. Dum aũt miſſam celebraret. globus igneus ſuꝑ caput eiꝰ apparuit: ⁊ a multis ibidẽ viſus fuit. ob hoc par apl̃is dicitur. Huic aũt miraculo addit mgr̃ iohẽs beleth. ꝙ cũ in miſſa manus ad deũ vt moris eſt leuaret. manicis lineis retro labentibꝰ cũ nec brachia eiꝰ eſſent groſſa nec multũ carnoſa. nec prefata tunica ꝓtenderetur niſi vſqȝ ad cubitũ remanſerũt eadẽ brachia nuda. Tunc miraculoſe torques aurei ⁊ gemmati deferũtur ab angelis. ⁊ brachia decẽter operiunť. ¶ Quẽm etiã tonſam quadã vice ꝯſpiciẽs euangelicũ inquit mandatũ iſta cõpleuit. Duas tunicas iſta habuit. ⁊ vnã nõ hñti largita eſt. Ita ⁊ vos inquit facere debetis. Multe p̄tãtis erga demones expellendos. Sepe eñi ipſos demones ex hominibus expulit. Legitur etiam in predicto dialogo ꝙ quedam vacca a demone agitata. cum

vbiqȝ ſeuiret ⁊ multos ꝯfoderet ⁊ verſus martinū
⁊ ſocios ſuos in itinere furibunda ꝯcurreret. ille
manu eleuata ipſam ſiſtere iubet. Qua immobili
ꝑmanēte: vidit demonē dorſo illiꝰ inſidentē. Quē
increpās diſcede inquit funeſte de pecude. ⁊ inno
xiū aīal agitare deſiſte. Quo ꝓtinꝰ diſcedēte. vac=
ca ad eiꝰ pedes ꝓſternit. ⁊ ad eiꝰ imperiū cū oīm
manſuetudine ad gregē ſuū reuertitur. ¶ Mul=
te ſubtilitatis erga eos ꝯgnoſcēdos. demones eīm
ſibi ita ꝯſpicabiles reddebātur. vt aperte ab ipſo
ſub quacūqȝ imagine viderētur. Nam interdū de
mones in iouis pſonaꝫ plurimūqȝ mercurij. aliqñ
veneris vł minerue trāſfiguratos ſe eius vultibꝰ
offerebāt: quos ille oēs ſuis noībus increpabat.
Mercuriū maxīe patiebat̄ infeſtū. Iouē brutum
atqȝ hebetē eſſe dicebat. ¶ Quadā etiā vice dia=
bolus in forma regis purpura ⁊ diademate ⁊ au=
reis caligis ornatꝰ. ſereno ore. letaqȝ facie ſibi ap
paruit. Cumqȝ diu ambo tacuiſſent: agnoſce inqt
martine quē colis Xp̄s ego ſum deſcenſurꝰ ad ter
ras prius me manifeſtare tibi volui. Ad hoc cum
adhuc martinꝰ admirās taceret. rurſus ait. Mar
tine cur dubitas credere cū me videas? Xp̄s ego
ſum. Tūc ille a ſpūſancto doctꝰ ait. Dñs ihs xp̄s
nō ſe purpuratū. nec diademate renitentē ventu
rum eſſe p̄dixit. Ego xp̄m niſi in eo habitu ⁊ for=
ma qua paſſus eſt: niſi crucis ſtigmata p̄ferentem
veniſſe nō credā. Ad hanc vocē ille diſparuit. ⁊ to
tam cellam fetore cōpleuit. E ¶ Martinꝰ igit̄
obitum ſuum longe ante preſciuit quē etiā fratri
bus reuelauit. Interea candacenſem diocesim cā
ſedande diſcordie viſitauit. Pergens ergo vidit
mergulos in flumine piſcibꝰ inſidiātes ⁊ quoſqȝ
capiētes. Forma inqt hec demonū eſt. Inſidiātur
incautis. capiūt neſciētes. captos deuorāt. ſatura
ri nequeūt deuoratis. Impat igit̄ vt relicto gurgi=
te deſertas peterēt regiones. Statimqȝ grege fc̄o
mōtes ſiluaſqȝ petierūt. ¶ In illa igit̄ dioceſi ali
quādiu cōmoratus. viribꝰ corpis cepit deſtitui. et
diſcipulis indicat ſe iam reſolui. Tunc omnes flen
tes. cur nos inquiūt pater deſeris. aut cui nos de
ſolatos relinqs? Inuadent eīm gregē tuū lupi ra=
paces. Et ille coꝝ morꝰ precibus fletibuſqȝ flens
quoqȝ ſic orauit. Dñe ſi adhuc p[illegible] tuo ſum ne=
ceſſariꝰ: nō recuſo laborē. fiat volūtas tua. Dubi=
tauit eīm pene qd mallet: qȝ nec hos deſerere. nec
a xp̄o volebat diutiꝰ ſeparari. Itaqȝ cū aliquādiu
moleſtia febriū teneret̄. ⁊ a diſcipulis ſuis rogare
tur vt in lectulo ſuo vbi in cilicio ⁊ cinere decum=
bebat ſtramentū aliqd̄ poneretur. nō decet inqt

filij chriſtianum niſi in cinere ⁊ cilicio mori. Ego
ſi vobis aliud exemplum relinquo: ipſe peccaui.
Oculis ac manibus in celū ſꝑ intentus: inuictū ab
orōne ſpiritū nō relaxabat Et cū ſupinus ſemper
iaceret. ⁊ a preſbiteris rogaret̄ vt corpuſculū mu=
tatione lateris releuaret. ſinite me inqt fratres ſi
nite celū potiꝰ reſpicere q̄ terrā vt ſpūs ad dñm di
rigat̄. Et hec dicēs vidit diabolū aſſiſtere. Quid
hic inquit aſtas cruenta beſtia? Nichil in me fune
ſtum r p ries. abrae me ſinus recipiet. Et in hac
voce ſub archadio ⁊ honorio. qui ceperunt circa
annū dñi. cccclviij. vite eius. lxxxi. ſpm̄ deo red=
didit. Vultuſqȝ eiꝰ tanq̄ iam glorificatus reſplen=
duit: ac chorus angeloꝝ ibidem ꝯcinēs a multis
auditus fuit. ¶ Ad eius tranſitū pictaui ſicut tu=
ronici ꝯuenerunt. ibiqȝ magna altricatio orta eſt.
Dicebāt eīm pictaui. Noſter eſt monachus. nos re
quirimꝰ cōmendatū. Quibus illi. Vobis eſt abla=
tus: nobis a deo donatꝰ. Nocte igit̄ media picta
ui oēs penitꝰ ſopiūtur. ⁊ ſic a thuronicis ꝑ fene=
ſtrā eiectꝰ. ꝑ ligerim nauigio ad vrbē thuronicaꝫ
cū gaudio deportat̄. ¶ Beatꝰ aūt ſeuerinus colo
nienſis ep̄s cum die dñica loca ſancta poſt matuti
nas more ſolito circuīret. illa hora qua vir ſanctꝰ
obijt angelos cantātes in celo audiuit. Vocanſqȝ
archidiaconū interrogat ſi aliquid audiret. Et cū
ſe nil audire diceret. ⁊ archiep̄s vt diligenter au=
ſcultaret moneret. cepit ſurſum collū extendere.
aures erigere. ⁊ ſuꝑ ſummis articulis baculo ſu=
ſtante ſtare. Sed dū archiep̄s ꝓ eo oraſſet quaſ=
dam in celo voces audire ſe dixit. Cui archiep̄us
Dñs meus martinꝰ eſt q̄ migrauit e mūdo. ⁊ nūc
angeli eum in celum deferūt. Demones aūt affue
runt qui eum retinere voluerūt: ſed nichil ſuum
in eo reperiētes ꝯfuſi receſſerūt. Archidiaconus
igitur diē ⁊ horā notauit. ⁊ tūc martinū migraſſe
cognouit. Seuerus etiā monachꝰ qui vitam eius
ſcripſit cū poſt matutinas leuiter obdormiſſet. ſi=
cut ipſe in quadā ep̄la teſtatur. Sanctꝰ martinus
albis indutꝰ. vultu igneo. ſtellātibꝰ oculis. crine
purpureo. tenēs librū in manu dextra. quē de vi=
ta eiꝰ eidē ſeuerꝰ ſcripſerat. eidē apparuit. Cūqȝ
poſt bñdictionē in celū aſcēdere ipſum videret. et
cū eo aſcēdere cuperet: euigilauit. Poſt hoc autē
nuncijs veniētibꝰ. eadē nocte ſanctū martinū mi
graſſe audiuit F ¶ Eo quoqȝ die ſanctꝰ ambro.
mediolanenſis ep̄s miſſam celebrās ſuꝑ altare in
ter ꝓpheciā ⁊ ep̄laꝫ obdormiuit. Et cū nullus eū
excitare preſumeret. ⁊ ſubdiaconꝰ niſi ipſo innuē=
te ep̄lam non auderet legere. tranſactis duarum

vel trium horaꝝ ſpacijs. excitauerūt eum dicētes
Jam hora pterijt. ⁊ pplꝰs valde laſſus expectat
iubeat dñs nr̄ vt clericus epl̄am legat. Ad quos
ille. Nolite turbari. frater eñ meus martinus ad
deum migrauit. ⁊ ego eius funeri interfui ⁊ obſe⸗
quiū prebui ſed vltimā orationē vobis excitātibꝰ
explere nō valui. Tunc illi diem ⁊ horā notantes
inuenerūt ſanctū martinū tunc migraſſe ad celū.
Cappā eius. vt ait magr̄ iohes beleth. reges frā⸗
cie in prelijs portare ꝯſueuerūt. Unde ipſiꝰ cappe
cuſtodes cappellani dicebātur. Post mortem
aūt eius anno. lxiiij. cum beatus perpetuus eius
eccl̄iam magnifice ampliaſſet. ⁊ in eā corpus eiꝰ
tranſferre vellet. ſemel ⁊ bis ⁊ tercio ieiunijs et
vigilijs inſiſtētes. ſepulcrū eius nullatenꝰ moue
re potuerūt. Cūq; vellent dimittere quidā ſenex
pulcerrimꝰ eis apparuit dicēs. Uſq; quo tardatis
Non videtis ſanctū martinū paratū iuuare vos
ſi manꝰ apponitis? Tūc ille cū eis manꝰ ſuppoſuit
⁊ cū ſumma velocitate ſepulcrū leuauerūt. ⁊ in lo⸗
co vbi nūc colit͛ poſuerūt. Senex autem ille poſt
hoc nuſq̄ cōparuit. Hec tranſlatio in mēſe iulij ce
lebrat͛. Refert odo abbas cluniacenſis. q̄ tūc oēs
cāpane in oībus eccleſijs nullo tangēte pulſaban
tur. ⁊ oēs lampades diuinitꝰ accēdebant͛. Fert͛
quoq; q̄ tūc duo ſocij erāt quoꝝ vnꝰ erat cecus ⁊
alter ꝯtractus. Cecus aūt ꝯtractū ferebat. ⁊ ꝯtra
ctus ceco viam demonſtrabat. Sicq; tal͛r mēdicā
tes multā pecuniā acq̄rebant. Audiētes vero q̄
ad corpus ſancti martini multi ſanabātur infirmi
cum in trāſlatione eius corpus extra eccl̄iam pro
ceſſional͛r ducerel͛: timere ceperūt ne predictū cor
pus iuxta domū vbi manebāt duceret͛. ⁊ ſic ipſi for
ſitan curarētur. Nolebant eñ ſanitatē ꝯſequi: ne
deperiret materia queſtꝰ ſui. Quapropter de illa
ſtrata fugiētes ſe ad aliam trāſferebāt ꝑ quā cor⸗
pus nequaq̄ duci putabāt. Dum ergo fugerēt cor
pori eius ex improuiſo ꝯtinus obuiauerūt. Et q2
deus multa bona p̄ſtat inuitis. ambo ꝯtra eoꝝ vo
luntatē ꝯtinuo ſunt curati. licet de hoc plurimum
triſtarētur. Ambro. aūt de ſctō martino ſic ait.
Beatus martinꝰ ꝓphani erroris tēpla deſtruxit.
vexilla pietatis erexit. mortuos ſuſcitauit. ab ob
ſeſſis corꝑibꝰ demonia ſeua excluſit. ac varijs labo
rātes languoribus ſalutis remedio ſubleuauit.
Qui ita ꝑfectꝰ inuētus eſt vt xp̄m texiſſ; in paupe
⁊ veſte quā egenus accepat mundi dñm induiſſ;.
O felix largitas qua diuinitas operitur. O clami
dis glorioſa diuiſio que militē texit ⁊ regē. O in⸗
eſtimabile donū: qd̄ veſtire meruit diuinitatē. Di

gne huic dñe ꝯfeſſionis tue p̄mia ꝯtuliſti. Digne
ei arrianoꝝ ſubiacuit feritas. Digne amore mar
tirij ꝑſecutoris tormēta nō timuit. Quid erit pro
oblatiōe integri corporis recepturꝰ qui pro quāti
tate veſtis exigue deū veſtire meruit: ⁊ videre?
Sic ſperātibꝰ ꝯtulit medicinā: vt alios ſupplica⸗
tionibus. alios viſu ſaluaret.

De ſancto Brictio clxiii A



Brictius ſancti martini diaconꝰ. eiuſq; plu
rimū emulus mlt̄a eidē ſancto ꝯuicia in
ferebat. Nam cū quidā pauper martinū
requireret. dixit ei brictius. Si illū delirū queris:
proſpice eminꝰ. ille eſt eñ qui quaſi amens celū
reſpicit. Cū igit͛ paup̱ a martino qd̄ petierat acce
piſſet. vir ſanctꝰ brictiū ad ſe vocās dixit. An ego
tibi delirꝰ videor bricci? Qd̄ cū ille pre verecundia
ſe dixiſſe negaret. ait martinꝰ. Nonne aures mee
ad os tuū erant qñ hec eminꝰ loquebaris? Amen
dico tibi q2 a dño obtinui vt michi in ep̄atu ſucce⸗
das: ſed ſcias multa te in ep̄atu aduerſa paſſurū.
Qd̄ brictius audiēs irridebat dicēs. Nonne verū
dixi iſtū delirū eſſe. Poſt mortē igit͛ ſancti marti⸗
ni brictius in ep̄m eſt electus. Qui deinceps ora⸗
tioni vacabat. Et licet adhuc ſuꝑbus tñ corꝑe ca
ſtus erat. Anno aūt ep̄atus ſui. xxx. mulier que⸗
dam religioſe veſtita q̄ que eius veſtimēta lauabat
ꝯcepit ⁊ filiū peperit. Tunc omnis pplꝰs cū lapi
dibus in eius ianuam ꝯgregatus eſt dicens. Diu
pietate ſancti martini luxuriā tuā diſſimulauimꝰ
ſed iam nequaq̄ pollutas manꝰ oſculari valemꝰ;

Jllo autē viriliter hoc negante ait. Adducite ad
me infantē. Quo allato cū .xxx. eſſz dierū dixit ad
eum brictius. Adiuro te per filiū dei vt dicas corā
omnib⁹ ſi ego te genui. Et ille. Non tu inquit es
pater meus. Ppl'o aūt vrgēte vt q̄s eſſet eius pa
ter requireret. ille ait. Non eſt hoc meum. feci q̄d
ad me ptinuit. Ppl's aūt hoc totū magicis artib⁹
attribuebat: dicēs. Nequaq̄ nobis falſo paſtoris
nomine dn̄aberis. Tūc ille pro ſui purgatione pru
nas ardētes vſq; ad tumbā ſancti martini cūctis
vidētib⁹ deportauit. Proiectiſq; prunis. veſtis ei⁹
illeſa apparuit. Et ait. Sicut hoc meū veſtimētū
a prunis manſit illeſum. ſic corpus meū a ɔtactu
mulieris eſt mundū. Ppl'o aūt adhuc nō credēte.
ſanctū brictiū ɔtumelijs ꝛ iniurijs afficiūt. ꝛ a ſua
dignitate eijciūt. vt verbū q̄d ſanct⁹ martinus di
xerat impleret. Tunc brictius flens papā adijt.
ꝛ .vij. annis ibi permanēs: quicquid in ſanctum
martinū deliquerat penitēdo deleuit. Ppl's autē
iuſtinianū prefecit. ꝛ romā ɔtra brictium miſit. vt
epiſcopatū ſibi ɔtra brictiū defenſaret. Quo cum
tenderet: in ciuitate vercellenſi vitam finiuit. et
armeniū loco ei⁹ ppl'us omnis prefecit. Septimo
igitur anno brictius cū autoritate pape rediēs ſe
xto ab vrbe miliario hoſpitiū accepit. ꝛ armenius
eadem nocte ſpm̄ exalauit. Q̄d brictius per reue
lationē cognoſcēs. ait ſuis vt ſurgerēt. ꝛ ſecum ad
tumulandū thuronenſem ep̄m properarēt. Cum
ergo bricti⁹ p vnā portā ciuitatē ingrederetur. il
le aūt p aliā mortu⁹ efferebat. Quo ſepulto ſanct⁹
brictius ſedem ſuam accepit. ꝛ ſeptē poſtmodum
annis preſidens ꝛ vitam laudabilē ducens. xlvij
anno epiſcopatus ſui: in pace quieuit.

## De ſancta Elizabeth. clxiiii. A

Elizabeth interptat deus meus cognouit
vel dei mei ſeptima. vl' dei mei ſaturitas
Dicitur ergo primo elizabeth deus me⁹
cognouit q2 deus eam cognouit. id eſt. ſuo bn̄pla
cito approbauit. vel cognouit. id eſt. notitiā ſue
cognitionis ſibi infudit. Scd'o d2 elizabeth. id eſt.
dei mei ſeptima. ipſa em̄ habuit ſeptimā dei. vl' q2
ſeptē opibus miſcdie ſe exercuit. vel q2 nūc eſt in
ſeptima etate quieſcentiū. peruētura tandem in
octauam reſurgentiū. vel propter ſeptem ſtat⁹ in
quib⁹ fuit. Jpſa nanq; fuit in ſtatu virginali. ſcd'o
in ſtatu ɔiugali. tercio in ſtatu viduali. quarto in
ſtatu actiuo. quinto in ſtatu ɔtēplatiuo. ſexto in
ſtatu religioſo. ꝛ nūc ſeptimo eſt in ſtatu glioſo.
Et iſti ſeptē ſtat⁹ manifeſte ɔtinētur in legenda
ſua vt poſſit dici de ea q̄d d2 in daniele de nabu
chodonoſor. ſeptē tp̄a mutabūtur ſup eā. Tercio
d2 dei mei ſaturitas. deus em̄ eam modo ſatiauit.
ꝛ repleuit ſplēdore veritatis. dulcedīe ſuauitatis
ꝛ vigore eternitatis. Vn̄ aug⁹. in li. de ciui. dei.
agē de ciuitate celeſti dicit. Jn eternitate dei vi
get. in veritate dei lucet. in bonitate dei gaudet.



Elizabeth illuſtris vngarie regis filia. ge
nere nobilis. ſʒ fide ac religione nobilior
ſtirpem tam nobilē nobilitauit exemplis
illuſtrauit miraculis. ꝛ decorauit gr̄a ſanctitatis.
Quā autor nature ſupra naturā quodāmodo extu
lit dum puella regalib⁹ nutrita delicijs. oīa pue
rilia aut oīno ɔtēneret. aut eadē in dei obſequiū
manciparet: vt liquido clareat tenera ei⁹ infantia
quanta ſimplicitate viguit. quanta dulci deuotio
ne incepit. Extūc ſiquidem cepit bonis aſſueſcere
ſtudijs. ludos ſpernere vanitatis. ſucceſſus pſpe
ros fugere mundi. pficere ſemp in reuerētia dei.
Cum em̄ adhuc eſſet quinquennis. in eccl'ia orādi
gr̄a tam ſedula permanebat: vt eam eius ſodales
vel ancille auellere vix valerēt. Quā cum ancille
vel coetanee ei⁹ obſeruarēt. aliquā de illis cauſa
ludi verſus capellam inſequi videbatur vt ex hoc
intrādi eccl'iam opportunitatē captaret. Quā in
grediēs genua flectebat. aut pauimēto totalr' in
cumbebat. Et licet lr̄aꝝ peritiā non hrēt. tn̄ corā
ſe in eccleſijs ſepe pſalteriū expandebat. vt quo
dammodo ſe legere fingeret: ne velut occupatam
quis impediret. Se quoq; cum puellis ad terrā
proſtratā ludi ſpecie menſurabat vt ſub tali occa

ſione deo reuerentiam exhiberet. Jn ludo etiam anulo⁊ ⁊ alijs ludis ſpem totam in deū ponebat Et ex his q̄ puella puula lucrabat vl' alias peculiarer poſſidebat. puellis paupculis decimas exhibebat inducēs eas vt ſepe oratonē dn̄icam dicerēt ⁊ crebro virginē ſalutarēt. Creſcēs vero per etatē tp̄is. creſcebat amplꝰ per affectū deuotionis. Nam beatā virginē dei genitricē in ſui patronam ⁊ aduocatā ⁊ beatū iohēm euangeliſtā in ſue caſtitatis cuſtodē elegit. Cunq̄ eī̄ ſingule cedule ſingulo⁊ aplo⁊ nominibꝰ inſcripte altari imponerētur. ⁊ quelibet alia⁊ puella⁊ caſu ſibi cedulā ꝯtingentē accipet. iſta orōne fuſa tribꝰ vicibus cedulā vbi nomē ſancti petri erat inſcriptū: vt deſiderabat accepit. Ad quē tanto deuotionis ferebatur affectu. vt nichil in eiꝰ noīe petētibus denegaret. Ne vo mūdi ſucceſſus ſibi nimiū blandiretur quotidie in rebꝰ ꝓſperis ſi aliq̄d detrahebat. Cum eī̄ in aliquo ludo ſibi ꝓſpere ſuccederet reliquū intermittens dicebat. Nolo procedere ſe ꝓpter deum reliquū intermitto. B Ad choreas quoq̄ cum puellis ceteris aduocata cū vnū circuitū peregiſſet dicebat. Sufficiat nobis vnus circuitus: iam ꝓpter deū alios dimittamꝰ. Et ſic per talem modū puellas a vanitatibus rpabat. Veſtimento⁊ laſciuos vſus ſemꝑ abhorruit ⁊ omnem in his honeſtatē dilexit. Certū quoq̄ ſibi numerū orationū indixerat: quem ſi q̄n aliqua occupatiōe preuēta nō potuiſſet ꝑficere. ⁊ ab ancillis lectū ingredi cogeretur cū celeſti ſponſo vigilias vigilanter ſoluebat. Dies quoq̄ ſolennes puella nobilis tanta deuotione colebat: vt etiā manicas ſibi ꝯſui nulla ratione pateretur anteq̄ꝫ miſſa⁊ ſolennia cōplerentur. Cirotheca⁊ etiā vſus ante meridiem in diebus dn̄icis ſibi interdixit. volens in hoc ⁊ ſacre deferre ſolēnitati. ⁊ ſue ſatiſfacere deuotioni. Propter qd̄ ſolita erat ad hec ⁊ ſilia ſe ꝑ votū aſtringere: ne qs eam poſſet aliquibꝰ ſuaſionibus a ſuo ꝓpoſito reuocare. Officiū eccl'iaſticū audiebat cuꝫ tanta reuerētia vt cum ſacra legerētur euangelia. vel ſacra hoſtia ꝯficeret: manicas ſi forte ꝯſute eſſent ſolueret. monilia deponeret. ⁊ cetera capitis ornamēta in ymo locaret. At vbi gradum virginalem prudenter rexit. ⁊ innocēter percurrit. ꝯiugalem gradū intrare cōpellitur. vt pote que ad hoc paterno imperio vrgebatur. fructum ꝑceptura triceſimū que fidem trinitatis ſeruauit cū decalogo p̄cepto⁊. Conſenſit igit̄ licꝫ inuitā in copulā ꝯiugalem: nō vt libidini ꝯſentiret. ſed ne patris preceptū ꝯtemneret. ⁊ vt filios educandos ad dei ſeruiciū ꝓcrearet. Quāuis eī̄ fuerit legi thori ꝯiugalis ꝓſtricta: nulli tn̄ culpande delectationi fuit ſubiecta. Qd̄ inde manifeſte conſtat: q̄m in manibꝰ mg̅ri conradi votum emiſit. ꝙ ſi viro ſuo eam ſupuiuere ꝯtingeret: ꝯtinentiā ꝑpetua⁊ obſeruaret. C Fuit igitur lantgrauio thuringie ſociata ꝯiugio. prout regalis exigebat magnificētia. ⁊ diſpoſitio ordinauit diuina. vt ſcꝫ ibidē multos ad dei amorē adduceret. ⁊ incultos hoīes edoceret. Licet aūt mutāerit ſtatum nō tn̄ mutauit mētis affectū. Quāte aūt fuerit deuotionis ⁊ humiliationis ad deuꝫ. quante auſteritatis ⁊ abſtinētie ad ſeipſam. quante largitatis ⁊ miſericordie ad paupes. ex his que ſubiecta ſunt aptiꝰ declarat̄. Nam in oratione tanti extitit feruoris: vt etiam ancillas ad eccleſiā gradu ꝯcito preueniret vt quaſi quibuſdā clādeſtinis orōnibus aliquā dei gratiā impetraret. Jn nocte ad orationē ſepe ſurgebat. rogante eam marito vt ſibi parceret et quieti alicui corpꝰ donaret. ordinauit aūt cū quadam domicella ſibi inter ceteras magis familiari vt ſi forte ſomno depreſſa nō ſurgeret eam pede tangēs excitaret. Quadā vero vice pedē dn̄e tangere voluit ⁊ caſu in pede mariti īpegit. Qui ſubito excitatꝰ rem vt erat didicit: ⁊ paciēter ſufferēs prudēter diſſimulauit. Et vt orationum ſua⁊ deo pingue redderet ſacrificiū ſepe ip̄m irrigabat abūdantia lachrima⁊ quas quidē lachrimas fundebat iocūde. ⁊ ſine aliqua indecēti vultꝰ ꝑmutatione. ita vt ſꝑ cū dolore fleret. ⁊ de dolore gauderet ⁊ hoc quadā vultꝰ leticia venuſtaret. Tante ſe humilitati ſubiecit vt ꝓpter dei amorē vilia ⁊ abiecta nō ſperneret. ⁊ hec cū deuotione nimia exercert. Nam infirmū quendā vultu deformē. capitis fetore horribilē in ſinu ꝓprio reclinauit. ⁊ horridum crinem tondēs: eiꝰ caput ancillis ridentibꝰ lauit. Jn rogationibꝰ ſemꝑ ꝓceſſionē nudis pedibus induta laneis ſequebat̄. Et in predicationū ſtationibꝰ inter paupculas tanq̄ pauper ⁊ hūilis reſidebat. Jn purificatione poſt partū nequaq̄ ſe vt cetere gēmis ornabat. vel veſtibꝰ deauratis tegebat ſed exēplo intemerate puerꝑe filiū ꝓprijs geſtās in vlnis: ipſum ad altare cū agno ⁊ cādela humilr̄ offerebat vt ex his ⁊ ſeculi pompam ꝯtemnendam oſtenderet. ⁊ ſe illibate puerꝑe ꝯformaret. Deinde domū rediēs: veſtimēta ipſa cum quibus ad eccleſiā ꝓceſſerat alicui pauperi mulieri tribuebat. Accidit quoq̄ ad ſue humilitatis ꝑ coniū ꝙ ipſa libertate p̄cellens ⁊ dignitate ſublimis. cuiuſdam viri ſcꝫ magiſtri cōradi pauperis ⁊

mendici ſed tñ ſcientia ꝛ religione precipui ſaluo iure matrimonij ꝛ ꝯſentiente marito. obedientie adeo ſe ſubiecit vt quicquid ille preciperet ipſa cum reuerẽtia ꝛ multo gaudio adimpleret. vt ex hoc ꝛ obediẽtie ꝑciperet meritũ. ꝛ dñi ſaluatoris qui factus eſt obediens vſqꝫ ad mortẽ imitaretur exemplum. ¶ Quadam aũt vice ad quandã ꝑdicationem ab ipſo vocata: ſupueniẽte marchioniſſa miſſenenſe impedita nõ venit. Qḋ ille egreferens tantã eiꝰ inobedientiã relaxare noluit donec vſqꝫ ad camiſiam expoliatã cuꝫ quibuſdã ancillis ſuis que culpabiles fuerãt fortiter verberari fecit ❡ Sibi quoqꝫ tantã abſtinẽtiã ꝛ rigorẽ imponebat: vt corpus ſuũ vigilijs. diſciplinis ꝛ ieiunijs macerarет. Nam ſepe a viri thoro abſtinẽs noctes ducebat inſomnes vt orõibus poſſet inſiſtere. ꝛ in abſcondito patrẽ celeſtẽ orare. Cũqꝫ ſomni interpellaret neceſſitas: ſup ſtrata tapecia dormiebat Sed cũ maritus abeſſet cũ ſponſo celeſti in orõnibus ꝑnoctabat. Sepe etiã ꝑ manꝰ ancillaꝝ faciebat ſe in cubiculo fortiter verberari vt ſaluatori flagellato vicẽ repẽderet. ꝛ carnẽ ab omni laſciuia coerceret. ¶ Tantã aũt in cibo ꝛ potu tꝑantiam exhibebat vt in menſa mariti inter diuerſa ferculoꝝ genera interdũ pane ſimplici eſſet ꝯtenta. Magiſter eñ cõradus ſibi interdixit ne de cibis mariti quicꝙ̃ ꝯtingeret de quibus ſanam cõſcientiã non hñet. Qḋ ipſa tanta diligentia obſeruauit vt alijs diuerſis delicijs abundãtibus ipſa cuꝫ ancillis ſuis cibis groſſioribꝰ vteretur. Sepe tñ ad menſam ſedebat. ꝛ cibos manibus ꝯtrectabat ꝛ diuidebat. vt ex hoc comedere videretur: ne ſupſtitionis notã incurreret ſꝫ vrbanitate tali cunctos ꝯuiuas letificaret. ¶ Quadã vice cũ longi itineris fuiſſet laboris depreſſa ꝛ marito ꝛ ſibi fuiſſent cibi diuerſi oblati qui nõ credebãtur de iuſtis laboribus acquiſiti omnino abſtinuit. ꝛ nigrũ panem ꝛ durũ in aqua calida madefactũ cũ ſuis ancillis patiẽter comedit. Ob hoc quoſdã redditꝰ iuſtos vir ſuus ſibi aſſignauerat de quibus cũ quibuſdam ancillis ſuis que ſibi ad hec omnia ꝯſentiebant viuebat. Sepe aũt cibos curie reſpuit. et aliquoꝝ bonoꝝ viroꝝ cibaria requiſiuit Hec aũt omnia vir ſuus cũ patientia ſupportabat. aſſerẽs ꝙ hec ꝛ ipſe libẽter faceret. ſi turbationẽ ſue familie nõ timeret. ¶ Statũ quoqꝫ paupertatis in ſumma glia ꝯſtituta ſummope affectabat vt ex xp̄o pauperi vicem rependeret. ꝛ mũdus in ea nil ꝓprium hñet. Quapropter interdum cũ ſola eſſet cũ ancillis veſtimẽtis vilibus induens ſe. ꝛ deſpecto velo caput ſuum operiens dicebat. Taliter incedam cũ ad ſtatũ venero paupertatis. Licet aũt ſibi abſtinentie frenũ impoſuerit. tãta tñ liberalitate ſe ad paupes effundebat. vt nullũ aliqua premi inedia pateretur. ſed omnibꝰ adeo largiſſime ſubueniebat vt oẽs eam matrẽ pauperũ acclamarẽt. Sex eñ miſe̾die operibus tota vigilantia inſudabat. vt regnũ perpetuũ ꝑpetuo regnatura ꝑciperet. ꝛ paternam benedictionẽ cum benedictis ad dexterã poſſideret. Ipſa nãqꝫ nudos veſtiebat. Siquidẽ veſtimẽta impẽdebat paupibus nudis. ꝑegrinoꝝ ꝛ pauperũ corporibꝰ ſepeliendis. ꝛ pueris baptiſandis. Quos quidẽ pueros ſepe de fonte ſacro leuabat. ꝛ ꝓprijs manibꝰ coꝝ veſtimẽta ſuebat. vt compaternitate ꝯtracta eis liberius ſubueniret. ¶ Accidit aũt vt cuidam paupercule quoddaꝫ ſatis bonũ tribueret veſtimentũ. Illa aũt videns donũ tam magnificũ. tam ingẽti gaudio eſt ꝑfuſa vt ad terrã cadens mortua crederetur. Qḋ beata eliſabeth vidẽs: doluit ſe ſibi tanta dediſſe timẽs ne ſibi fieret cauſa mortis. Sed tñ ꝓ ea orauit. ꝛ ipſa ſanata ſurrexit. Sepe aũt ipſa cum ancillis ſuis lanã ꝓprijs manibꝰ filabat: ꝛ inde veſtimẽta fieri faciebat vt ex hoc bonoꝝ laboꝝ glorioſum reciperet fructũ ꝛ exẽplum vere humilitatis preberet. ꝛ de proprij corꝑis laboribꝰ elemoſinã daret deo. ¶ Ipſa eſuriẽtes paſcebat. Paupibꝰ eñ alimẽta ꝓbebat. adeo vt lantgrauio viro ſuo profecto ad curiam frederici imperatoris q̃ tũc erat cremone: ipſa omnẽ annonã de ſuis grãgijs collegit. ꝛ ꝯgregatis vndecunqꝫ paupibꝰ. quotidie eis neceſſaria miniſtrabat. eo ꝙ tunc chariſtia et fames valida imminebat. Sepe aũt cum pecunia ei deficeret: ornamẽta vendebat vt paupibꝰ ſubueniret. Multa etiã ſibi ꝛ ſuis ancill' ꝯſueuit ſubtrahere ꝛ paupibꝰ reſeruare. ¶ Ipſa ſitiẽtes potabat. Quadã aũt vice ceruiſiã paupibꝰ diſtribuens cum vnicuiqꝫ ſufficiẽter dediſſet: inuentũ eſt ꝙ vas nullam habuit diminutionem ſed eandem quã priꝰ menſurã ſeruauit ¶ Ipſa hoſpicio ꝑegrinos ꝛ paupes ſuſcipiebat. Domũ eñ maximam ſub altiſſimo caſtro ſuo ꝯſtruxit in qua infirmorũ magnã multitudinẽ refouebat quos diebꝰ ſingul' non obſtante difficultate aſcenſus vel deſcenſus viſitãs. ꝛ eis oĩa neceſſaria miniſtrabat. ꝛ verbis incitatorijs ad patientiã inducebat. Et licꝫ omnẽ corruptionẽ aeris ſemper egre portauerit. infirmoꝝ tamen corruptiones propter dei amorẽ etiã tẽpore eſtiuo nõ abhorruit ſed remedia adhibuit velo proprij capitis terſit. ꝛ manibus ꝓprijs con

trectauit. licꝫ ancille talia grauiter tolerarent. Jn eadem quoqꝫ domo puerulos pauperũ feminarũ nutriri cũ ſumma diligentia faciebat quibꝰ ſe tam dulcem ⁊ humilẽ exhibebat: vt eam oẽs matrem vocarẽt: ⁊ intrantẽ domũ cuncti tanꝙ̃ matrẽ filij ſequerentur. ⁊ ante eam catervatim cum ſummo ſtudio collocarent̃. ipſa vero ⁊ olliculas ⁊ anulos vitreos ⁊ quedam alia vitrea emi fecerat: vt pueri ludos pueriles in talibꝰ exercerent. Que dũ in pallio proprio equitãs in caſtrũ deferret. de rupe altiſſima ſuꝑ lapides ceciderũt: ſꝫ nulla in eis leſio eſt inuenta ¶ Jpſa infirmos viſitabat. Miſeroꝝ eñ compaſſio adeo animũ eiꝰ vendicabat: ꝗ eoꝝ hoſpicia diligẽter ꝗrẽs eos ſollicite viſitabat. eoꝝ camerulas familiariter ⁊ deuote ſubintrãs. nec difficultate vie ꝯtenta: nec longitudine laceſſita quibus ſubueniebat in neceſſarijs. ⁊ verba exhibebat ꝯſolationis. Propter qḋ ex quintuplici ꝯſideratione remunerationẽ accepit ſcꝫ ex dignatione viſitationis. ex labore itineris. ex affectu cõpaſſionis. ex affectu conſolationis. ⁊ ex largitione mũeris ¶ Jpſa ſepultura pauperũ frequẽtabat. Mẽte naqꝫ deuota pauperũ currebat ad funera. ⁊ veſtes quas ꝓprijs manibꝰ fecerat eoꝝ corporibus coaptabat. adeo vt ſemel veluꝫ ſuũ lineũ magnum in partes ꝯcideret. ⁊ cuiuſdã pauꝑis corpꝰ inuolueret. Eoꝝ etiam funera ꝓprijs manibꝰ cõtrectabat. ⁊ in ipſoꝝ obſequijs deuota manebat Jnter hec laudanda eſt deuotio viri ſui. qui licet negocijs eſſet multis implicatus in dei tñ obſeqo erat deuotus. Et qꝛ ipſe talibus perſonalr̃ intendere nõ valebat: vxori ſue ꝑtãtem ꝯceſſerat agendi omnia que dei honorem reſpicerent. ⁊ anime ſue ſalutẽ afferrent. F ¶ Cupiens vero beata elizabet vt vir ſuꝰ in fidei defenſionẽ potẽtie ſue arma ꝯuerteret: ipſuꝫ ſalubri exhortatione induxit: vt ad terram ſanctaꝫ pergeret viſitandã. Ubi dũ eſſet ipſe lantgrauis pꝛiceps fidelr̃. deuotus ⁊ inclitus. fide integra. ⁊ deuotiõe ſincera. deo reddidit ſpm̃. ſuoꝝ operũ fructũ recipiens glioſum. Et ſic ipſa vidualem ſtatũ cum deuotione amplectitur: ne vidualis ꝯtinẽtie ꝑmio fraudaretur ſed fructum ſexageſimũ ꝑciperet vtpote que decalogum preceptoꝝ cum ſex operibꝰ miſcdie obſeruaret. ¶ Uerũ cum mors viri ſui per totã fuiſſet thuringiam diuulgata: ipſa tanꝙ̃ diſſipatrix ⁊ ꝓdiga a quibuſdam vaſallis viri ſui turpiter ⁊ totalr̃ eſt eiecta: vt ex hoc eius patiẽtia clareſceret. ⁊ pauꝑtatis diu ꝯceptũ deſideriũ obtineret. Aduenĩẽte igitur nocte in domo cuiuſdam tabernarij in loco vbi porci iacuerant ſe recepit. deo gratias mltas agens. Hora vero matutinali ad domũ fratrũ minoꝝ pergẽs. rogauit vt pro ſua tribulatione deo grãs agerent. ⁊ te deũ laudamꝰ cantarẽt. Sequẽti die domũ cuiuſdam ſui emuli cum ſuis paruulis iuſſa eſt ingredi. arto ſibi loco ibidem admodum aſſignato. Que duꝫ ab hoſpite ⁊ hoſpita plurimũ grauaret̃. parietibꝰ valefecit dicẽs. Libenter hominibꝰ valefacerẽ ſi beneficos inuenirẽ. Cõpulſa igitur ad locũ pꝛiorẽ redijt. ⁊ paruulos ſuos ad loca diuerſa alendos transmiſit. Dũ vero ꝑ quandã viam ſtrictam luto ꝓfundo plenam ſuꝑ quoſdam lapides ibidẽ poſitos ꝑgeret. ⁊ vetula quedã cui iam multa beneficia ꝯtulerat ſuꝑ eoſdeꝫ lapides tranſiens eidẽ cedere recuſaret ipſa in lutũ ꝓfundum cecidit. ⁊ ſurgens veſtimẽta ſua gaudens et ridens abſterſit ¶ Poſt hoc aũt abbatiſſa eiꝰ matertera ipſius paupꝑtati nimiũ compatiẽs ad epm̃ babenbergenſem ipſius auunculũ eã duxit. Qui eam honeſte ſuſcipiens caute retinuit: intendens ipſam ſcḋis nuptijs copulare. Qḋ cũ ancille que ſecum ꝯtinentiam vouerant didiciſſent. ⁊ ex hoc ſe multis lachꝛimis affligerẽt: beate elizabeth cũ gemitu hoc retulerũt. Que eas ꝯfoꝛtãs ait. Confido in dño pro cuiꝰ amore ꝯtinentiã voui perpetuam ꝙ meũ propoſitũ firmũ cuſtodiet. ⁊ omnem violentiã ꝯteret. ⁊ ꝯſilium humanũ diſſoluet. Et ſi forte auunculus meus voluerit me alicui copulare animo diſſentiam. ⁊ verbis pariter ꝯtradicã Et ſi nullum aliud michi euadendi ſupereſſet remediũ naſum michi propꝛiũ detruncarẽ vt me ſic deformẽ quilibet abhorreret. ¶ Cum igit̃ de mãdato ipſiꝰ epi ad quoddã caſtrũ inuita fuiſſet deducta. moratura ibidẽ donec traderet̃ in ꝯiugiũ. et ipſa ſuam caſtitatẽ dño cum lachꝛimis cõmendaſſet. Ecce dño diſponente oſſa viri ſui de vltramarinis partibꝰ deferunt̃. Juſſa eſt igit̃ ab epo reduci: vt oſſibꝰ viri ſui deuota occurreret. Jpſa ergo oſſa ab epo cũ honorabili ꝓceſſione. ⁊ ab ipſa cũ multa deuotione ⁊ lachꝛimaꝝ effuſione ſuſcepta ſunt. Que ꝯuerſa ad dñm dixit. Grãs tibi ago dñe quia in ſuſceptione oſſium viri mei dilecti tui me miſerã ꝯſolari dignatus es. Tu ſcis dñe: qꝛ licet ipſum te amantẽ multũ amauerim tñ ob tui amorẽ eius ꝑñtia carui. ⁊ in ſancte terre tue ſubſidium deſtinaui. Et ꝙ̃uis delectabile michi eſſet adhuc cum eo viuere tali ꝯditione: vt cum ipſo ꝑ totum mundũ paupercula mendicarẽ tñ te teſte ꝯtra tuã voluntatem vno crine ipſum nõ redimerem: nec ad vitã mortalẽ iterũ reuocarẽ. ipſũ aũt

et me tue gratie recommēdo. ¶ Uerū ne fru-
ctum centeſimū ꝑderet qui ꝑfectionē euangelicā
ſeruantibus datur q̄ de ſiniſtra miſerie ad dextrā
glīe transferūtur. religioſuʒ habitū induit. veſtes
ſcʒ griſeas hūiles ⁊ abiectas. ꝯtinentiā poſt mor-
tem viri perpetuā ſeruans. obedientiā ꝑfectā cu-
ſtodiens. ⁊ voluntariā paupertatē amplectēs. Mē-
dicando quoqʒ ire hoſtiatim voluit: ſed mgr̄ con-
radus nō permiſit. Fuit aūt ei⁹ habitus tam de-
ſpectus: vt deferret palliū griſeū pāno coloris al-
teri⁹ ꝓlongatū. manicas etiā tunice ruptas alte
rius coloris panno habuit emendatas. ¶ Pater
vero ſuus rex vngarie audiens filiā ſuā ad tantā
deueniſſe inopiā. comitē quendā ad eam miſit vt
ipſaʒ ad paterna limina reducere ꝓcuraret. Qui
videns eam tali habitu ornatā. cernenſqʒ ſedentē
humilr̄ ⁊ filantē pre ꝯfuſione ⁊ admiratione ex-
clamās dixit. Nunq̄ꝫ filia regis tam vili habitu in-
duta apparuit: nec lanam aliq̄n filare viſa fuit.
Cū vero pro ſua reductione vehementer inſtitiſ-
ſet nullaten⁹ acq̄euit. cū paup̄ h⁹ malens in pau-
pertate degere q̄ꝫ diuitijs multis cū diuitib⁹ abū-
dare. Ut vero eius anim⁹ in deum totus trāſiret.
⁊ intenta eius deuotio nullū impedimentū hr̄et.
rogauit dn̄m vt omniū tēporaliū ꝯtemptū ſibi in
funderet. ⁊ filioꝝ dilectionē a ſuo corde auelleret
⁊ ꝯtra omnes ꝯtumelias ꝯtemptū ⁊ ꝯſtantiā lar
girer̄. Fuſa v̄o orōne audiuit dn̄m ſibi dicentē. Ex-
audita eſt oratio tua. Que dixit ancillis. Exaudi-
uit dn̄s vocem meam: q2 ⁊ omnia tp̄alia vt ſterco
ra reputo. ⁊ de filijs meis non plus q̄ꝫ de alijs ꝓ-
ximis curo. ⁊ mei ꝯtemptū ⁊ obprobria paruipen
do. nichilqʒ aliud iam diligere videor niſi deum.
Magiſter quoqʒ conradus ſepe ſibi moleſta ⁊ cō
traria imponebat. ⁊ quos amplius diligere vide
batur ab ei⁹ ꝯſortio ſeꝑabat adeo vt duas fideles
ancillas ⁊ predilectas que a iuuētute ſua ſecum
fuerant enutrite ab ea remouerit. multis effuſis
lachrimis hinc ⁊ inde. Hec aūt faciebat vir ſanct⁹
vt eius voluntatē frāgeret. ⁊ vt ipſa ſuū affectuʒ
ad deū totalr̄ erigeret: ⁊ ne aliqua de ancillis pri
ſtinam gloriam ad eius memoriam reuocaret. In
his aūt omnib⁹ inueniebar̄ ⁊ velox ad obedientiā
⁊ ꝯſtans ad patientiā vt per patientiā animā ſuā
poſſideret. ⁊ per obedientiā victoria decoraretur
Dicebat quoqʒ. Si ꝓpter deum tantū timeo ho-
minem mortalem: quantū timere debeo iudicē ce
leſtem. Ideo aūt mgr̄o cōrado pauperi ⁊ mēdico
⁊ nō alicui diuiti ep̄o obedientiā facere volui: vt
omnē occaſionē tp̄alis ꝯſolationis a me penitus
abdicarem quadam vice dum clauſtrum quarun
dam ſanctimonialiū ab eis obnixe rogata intraſ-
ſet: nō habita licentia a ſuo mgr̄o: fecit eam tam
grauiter verberari: vt poſt tres hebdomodas in
ea veſtigia verberū apparerēt. Dicebat aūt ſuis
ancillꝭ ſe ⁊ illas ꝯſolans. Sicut gramē fluuio inū-
dante deprimir̄ ⁊ decreſcēte erigitur ſic ⁊ nos ali
qua afflictione adueniēte debemus per hūilitatē
ſubmitti. ceſſante vero ad deū ꝑ ſpiritualē letitiaʒ
eleuari. ¶ Tanta ſe humilitate deprimebat: vt
nullaten⁹ pateret̄ q̄ꝫ ancille eā dn̄am appellarēt.
ſed ſingulari tantū ad eam nūero loquerētur eo
modo ſcʒ quo inferiorib⁹ loqui ſolem⁹. Scutellas
inſuꝑ aliaqʒ coquine vtēſilia lauabat. ⁊ ne ab an
cillis ꝓhiberet̄ eas tūc ad loca alia trāſmittebat
Dicebat etiā. Si vitam aliā magis deſpectā inue
niſſem: ipſam poti⁹ elegiſſem ¶ Ceterum vt
cum maria optimā partē poſſideret: ſedule ꝯtem-
plationi vacabat. In qua quidē ꝯtēplatione ſpe-
cialē grām habuit lachrimas infundere. celeſtes
viſiones crebro videre. ⁊ ad amorē dei alios in-
flammare. Qn̄quidē magis iocunda videbat̄. tūc
iocūde deuotionis lachrimas emittebat. ita vt la
chrime de vultu ei⁹ iocūdo tanq̄ꝫ de fonte ſereniſ
ſimo effluere viderētur vt ſil' flens videret̄ ⁊ gau
dens. nunq̄ꝫ in deformitatē vel rugas vultū ex fle
tu ꝯuertēs. Dicebat eīn de his qui vultū in fletu
deformāt: vident̄ quaſi dn̄m deterrere. Dent eīn
dn̄o qđ hn̄t cū iocunditate ⁊ hilaritate. Uiſiones
celeſtes in ipſa ſui orōne ⁊ ꝯtēplatione ſepe vide
bat. Quadam vero die ſacro quadrageſimali tp̄e
in eccleſia exiſtens ſic ad altare oculis defixis in-
tenta manebat ac ſi ibidem dei p̄ntiam miraret̄.
vbi per magnū ſpaciū ꝯſolata diuina eſt reuelati
one refecta. Deinde domū reuerſa dū ſe pre debi-
litate in ancille gremiū appodiaſſet. ⁊ illa ꝑ fene
ſtrā oculos ad celū defixos attolleret. tanta hila-
ritate vultus eius ꝑfundit̄ vt etiā riſus mirabilis
ſeq̄retur. Que cū diu tam iocunda viſione letifica
ta fuiſſet ſubito in lachrimas eſt ꝯuerſa. Rurſus
oc'los aperiēs priſtina iocūditate ꝑfruit̄. oculoſqʒ
claudēs priſtinis lachrimis irrigat̄. Et ſic vſqʒ ad
completoriū talib⁹ eſt diuinis ꝯſolationib⁹ immo
rata. Cum vero diu tacens nullū verbū emiſiſſet
penitus tandem ꝓrumpens locuta eſt dicēs. Ita
dn̄e tu vis eſſe mecū ⁊ ego tecū. ⁊ nunq̄ꝫ volo a te
ſeꝑari. Poſtmodū cum ab ancillis rogaret̄ vt ad
dei honorē ⁊ ipaꝝ edificationē q̄d viderit indica
ret: illa ipſaꝝ importunitate deuicta ait. Uidi celū
apertū: ⁊ iheſum ſe ad me benigniſſime inclinan-

tem.vultumqꝫ ad me ſinceriſſimuū oſtendentem.
Ego vero de ſua viſione ineffabili iocūditate per
fuſa.de ſuo receſſu remanebā multo merore deie-
cta.Qui mei miſert⁹.iterū me ſui vult⁹ oſtōne le
tificans ait.Si tu vis eſſe mecū:⁊ ego ero tecum.
Cui ego rn̄di ꝓut me loquentē audiſtis.Cūqꝫ ro
garetur vt etiā viſionē quā iuxta altare vidit ex-
poneret.illa rn̄dit.Que ibi vidi nō expedit enar-
rare.Ibi tn̄ i gaudio mltō fui.⁊ dei mirāda ꝯſpe-
xi.¶Sepe quoqꝫ dū in orōne ꝯſiſteret.facies ei⁹
mire ſplendebat.⁊ in eius oculis inſtar ſolis ra-
dij prodibant.¶Sepe aūt eius oratio tanti fer-
uoris inueniebat:vt etiā alios inflammaret.Iu-
uenē quoqꝫ quendā ſeclariter indutū ad ſe vocās
ait.Uideris nimis diſſolute viuere cū dēres crea
tori tuo ſeruire.Uelles ne ꝙ pro te deū orarem?
Et ille.Uolo dn̄a ⁊ id vehemēter expoſco.Cum
igitur orationi ſe dediſſet.⁊ iuuenē ſilr̄ pro ſe ora
tioni incumbere monuiſſet:iuuenis alta voce cla-
mauit dicēs.Ceſſate dn̄a ab oratione.iam ceſſate
Sed cū illa iam attentius oraret.iuuenis altius
clamans dixit.Ceſſate dn̄a:qꝛ totus deficio ⁊ cō-
buror.Ipſe enim tanto calore fuerat ſuccenſus.
vt totus ſudans ⁊ fumās corpus ⁊ brachia velut
amens iactaret.adeo vt pleriqꝫ accurrētes ⁊ ipm
tenentes veſtes ei⁹ pre nimio ſudore madidas in
uenirent.⁊ eſtum eius manibus ferre nō poſſent
ipſo clamāte ⁊ dicēte.Totus ardeo ⁊ ꝯſumor.Ut
vero beata eliſabeth orationē compleuit.iuuenis
eſtuare ceſſauit.Qui rediēs ad ſeipſum.⁊ diuina
gr̄a illuſtrat⁹ ordinē fratrū minoꝝ ingreſſus eſt.
Illa aūt inflāmatio ſic oſtenſa.feruorē orationū
ſuaꝝ igneū demonſtrabat:q̄ tam validus extitit
ꝙ etiā frigidū inflammauit.Sed ille carnalibus
aſſuetus ⁊ ſpūalib⁹ nondū idoneus talia cape nō
valebat. J ¶Ad ſummū vero cumulū ꝑfectio-
nis propter marie ꝯtēplationis ociū nō deſeruit
marthe officiū laborioſum ſicut ſupra in ſex operi
bus miſcd̄ie eſt oſtenſuꝫ.Nichilomin⁹ tn̄ poſtꝙ re
ligioſum habitū induit.ſedule pietatis operibus
deſeruiuit.Nam cū pro dote ſua duo milia mar-
chaꝝ recepiſſet.partē in paupes diſtribuit.⁊ de
reliquo in marpurg magnum hoſpitale ꝯſtruxit.
Propter qđ oēs eā reputabāt diſſipatricē ⁊ ꝓdi-
gam.⁊ cuncti appellabāt eam inſanam.Et qꝛ om
nes iniurias nouerat gaudenter accipe.imprope
rabant ei ꝙ nimis cito memoriam viri ſui a corde
abiecerat que taliter exultabat.Poſtꝙ autē ho-
ſpitale ꝯſtruxerat.ſeruicijs paupeꝝ tanꝙ ancillā
humilē mācipauit.Nam paupibus ſolicita mini-
ſtrabat:vt eos etiam balnearet.⁊ in lectis collo-
cans operiret:adeo vt ancillis gratulabūda diceret
Quā bn̄ nobiſcū agit:qꝛ dn̄m ſic balneam⁹ ⁊ tegi-
mus.In ipſo aūt pauperū obſequio ſic humilr̄ ſe
habuit ꝙ puerulū quendā monoculū ⁊ ſcabie ꝑfu
ſum vna nocte ſex vicib⁹ ꝓprijs brachijs ad locuꝫ
neceſſitatis detulit.⁊ pannos ipſius fedatos libē
ter lauit.Quandā etiam mulierē horibilr̄ lepro-
ſam ſepe abluens in lectulo collocauit.vlcera ter-
gens ⁊ ligans.medicamēta adhibēs.vnguesqꝫ ꝑ-
cidens.eius etiā pedib⁹ ꝓſtrata corrigias calcia-
mentoꝝ ſoluēs.Ipſos aūt infirmos ad ꝯfeſſionē
⁊ cōmunicatione inducēs vetulam quandā peni-
tus renuentē verbere caſtigatā induxit.Cū ve-
ro a pauperū vacabat officio.filabat lanā de quo
dam monaſterio ſibi miſſam:⁊ preciū qđ inde ac-
cipiebat pauperibus diuidebat.¶Cū autē poſt
multā paupertatē quingentas marchas ꝓ dote
ſua receptas pauperib⁹ diuideret.⁊ omnib⁹ ordi
nate locatis ipſa ſuccincta tranſiens miniſtraret
poſita eſt lex vt ſi quis in alioꝝ paupeꝝ ꝑiudiciū
locum mutaret vt iterū acciperet.capilloꝝ ſuoꝝ de-
truncationē aliquā ſuſtineret.Et ecce quedā puel
la nomine radegundis que mira capilloꝝ pulcri
tudine pollebat inde tranſitura aduenit.non ad
elemoſinā ſed vt quandā ſororē ſuā infirmā viſita
ret.Que cū tanꝙ legis ꝑuaricatrix ad beatā eli-
zabeth adducta fuiſſet:eius capillos ꝓtinus de-
truncari mādauit:ipſa flente ⁊ plurimū reluctāte
Cum vero quidā de aſtantib⁹ eam innocentē aſſe
rerent.illa ait.Saltē decetero nō poterit cū tāta
capilloꝝ ambitione ad choreas accedere.nec cū
illis vanitates aliquas exercere.Interrogata ve
ro puella a beata elizabet vtrū aliqn̄ ſalubris vite
propoſitū ꝯcepiſſet.rn̄dit ꝙ iam diu habitū religi
onis aſſumpſiſſet.niſi tanta fuiſſꝫ in ea dilectio in
capillis.Et illa.Carius eſt michi ꝙ capillos ꝑdi-
deris ꝙ̄ ſi filius meus fuiſſet in imperiū ſublima-
tus.Continuo igitur puella habitū religionis in-
duit.⁊ in hoſpitali cū beata elizabeth degens lau
dabilem vitā duxit.¶Cū quedā paupcula filiaꝫ
peperiſſet.beata elizabeth filiā de ſacro fonte le-
uauit.⁊ nomen ſuū ſcꝫ elizabeth eidē impoſuit.et
matri neceſſaria miniſtrauit.ita vt de pellicio an-
cille ſue manicas auferēs ad inuoluēdū puellā ſi
bi tribueret.⁊ calceos ꝓprios eidē donaret.Poſt
tres aūt ſeptimanas mlier dimiſſa puella.latēter
cū viro ſuo aufugit.Qđ cū ſancte elizabeth nūcia
tum fuiſſet.in orationē ſe dedit.⁊ vir ⁊ mulier vl
tra ꝓgredi nō valentes ad ipſam coacti redierūt

ab ea veniam poſtulantes. Quos vt iuſtum erat
de ingratitudine redarguēs eis puellā nutriendā
tradidit. ⁊ de neceſſarijs eis ꝓuidit. k Ap-
propinquāte vero tpe quo dñs dilectā ſuā de mū-
di ergaſculo vocare diſpoſuit vt que ꝯtēpſerat re
gnū mortaliū. regnū perciperet angloꝝ. xp̄s ſibi ap
paruit dicēs. Ueni dilecta mea in preparata tibi
eterna tabernacl'a. Dum igitur febre correpta de
cūberet. ⁊ ad parietē faciē verſam teneret. audita
eſt a circūſtantibus dulciſſimā ꝓmere melodiam.
Que cū ab vna ancillaꝝ q̄dnam hoc eſſet ꝑcūcta-
ta fuiſſet illa r̄ndit. Auicula quedā inter me ⁊ pa
rietē ſe ponēs tam ſuauiter cecinit ꝙ me ad canē-
dum ſil'r ꝓuocauit. In ipſa aūt ſui egritudine ſꝑ
hilaris extitit. ⁊ nunꝙ ab orōne ceſſauit. Ultima
vero die ante eius tranſitū dixit eis. Quid acture
eſſetis ſi diabolus ad vos adueniret? Poſt paulu
lum vero alta voce quaſi diabolū licētians. fuge
tribus vicibus exclamauit. Deinde dixit. Ecce ap
propinquat media nox in qua xp̄s naſci voluit et
in preſepio requieuit Appropinquāte vero ho
ra huiꝰ tranſitus ait. Jam tp̄s inſtat in quo omni-
potēs deus eos qui amici ſui ſunt ad celeſtes nu-
ptias euocauit. Poſt paululū vero anno dñi. M.
ccxxvi. ad extremā horā veniēs dormiuit in pace.
Licet aūt eius venerabile corpus inhumatū qua
tuor diebꝰ iacuerit: nullus tñ fetor ex eo ꝓdibat.
ſed quidā odor aromaticus cunctos reficiēs exala
bat. Tunc aūt viſe ſunt auicule multe ſuꝑ cacumē
eccleſie ꝯgregate: quas nunꝙ aliquis prius vide
rat: que tam ſuaui modulatione cantabāt. ⁊ tāta
varietate modos cantādi formabāt: vt cunctos in
admirationē adducerent. coꝙ eiꝰ exequias quo-
dammodo agere viderētur. Multus aūt ibi fuit
clamor pauperū. multa deuotio ppl'oꝝ. ita vt alij
capillos capitis detrūcarēt. alij ꝑticulas pannoꝝ
inciderent. ⁊ hec ꝓ ſummis reliquijs reſeruarēt.
Eius aūt corpus in monumento eſt poſitū: qđ
poſtmodū redundare oleo eſt repertū Manife
ſtum eſt igitur in eiꝰ tranſitu quāte ipſa elizabeth
fuerit ſanctitatis. ⁊ hoc quo ad auicule modula-
tionē ⁊ demonis expulſionē. Illā em̄ auiculā que
inter ipſam ⁊ parietē ſe poſuit. ⁊ [illegible] dulciter ce-
cinit ꝙ etiaꝫ ipſam ad cantandū induxit. credimꝰ
fuiſſe eius angelū q̄ fuerat ad eius cuſtodiā depu
tatus: qui eidē eternū gaudiū nūciauit. Sicut em̄
reprobis interdū ante ſuū tranſitū reuelaꝶ eterna
ſui damnatio ad maiorē ſui ꝯfuſionē: ſic electis in-
terdū reuelaꝶ eterna ſui ſaluatio ad maiorē ſui cō
ſolationē. Ille aūt cantus quē ipſa ꝓtulit fuit im-

menſum gaudiū qđ ex tali reuelatione ꝯcepit. qđ
quidē tam immenſum extitit ꝙ in corde totaliter
capi non potuit: ſed ſe per ſuauitatis vocē manife
ſtauit. Dyabolus inſuper ſi forte aliqđ ius habeat
ad ſanctos etiā morientes accedit. Sed qꝛ in beata
elizabeth nil iuris habuit: ideo turpiter licētiatus
aufugit. Per hoc igiꝶ intelligi datur quāte fuerit
ſanctitatis a qua et dyabolus territus fugit. et cui
angelus eternū gaudium nūciauit. Manifeſtū
eſt ſcđo quante fuerit mūdicie et puritatis. et hoc
quo ad odoris exalationē. Quia em̄ corpus eius
omni mundicia et caſtitate in vita nituit: ideo in
morte odoris ſuauitate fragrauit. Manifeſtuꝫ
eſt tercio quante fuerit excellentia ⁊ dignitatis et
hoc quo ad auiū iubilationē. Illas em̄ aues q̄ in
cacumine eccleſie iubilātes ⁊ cantantes apparue-
runt credimꝰ fuiſſe angelos. qui a deo miſſi fuerāt
vt eius aīam in celum deferrēt et eius corpus cele
ſtibus iubilationibus honorarēt. Sicut em̄ ad re-
probos morientes multitudo cōuenit demonū vt
eos terroribus cruciēt. et coꝝ aīas ad tartara ra-
piant. ſic ad electos decedētes multitudo confluit
angeloꝝ vt eos ꝯfortēt et eoꝝ animas ad celeſtia
regna ꝑducant Manifeſtū eſt quarto quāte fue
rit miſcđie ⁊ pietatis. et hoc quo ad olei emanatio
nem. De eius em̄ corꝑe oleuꝫ emanauit. qꝛ in vita
miſericordie opibus tota redūdauit. O quātis pie
tatis viſceribꝰ eius nūc affluit ſpūs. cuius ꝑfundi
oleo inuentū eſt in puluere iacens corpus. Ma
nifeſtū eſt quinto quāte ſit apud deū poteſtatis et
meriti. et hoc multiplici miraculoruꝫ operatione.
Poſtꝙ em̄ de corꝑe tranſijt deus eam multiplici
miracloꝝ gloria illuſtrauit: quoꝝ quedā inferius
ſunt poſita. multa vō breuitatis grā intermiſſa.
L In partibus ſiqđem ſaxonie in monaſterio
quodam hildeñ. dioceſis monachus quidam ordi
nis ciſter. heinricꝰ nomīe tāta fuit infirmitate de
preſſus. ⁊ grauibꝰ doloribus circūdatꝰ: vt oēs ad
cōpaſſionē induceret. ⁊ clamoribus inquietaret.
Quadā igitur nocte apparuit ſibi quedā venera-
bilis dña veſtibꝰ albis amicta que eū admonuit
vt ſi ſanitatē recipe cuperet beate elizabeth ſe deuo
ueret. Sequēti nocte ſil'a perſuadens apparuit.
Ille aūt cū abbas ⁊ prior deeſſent: de ꝯſilio ſupe
rioris votū emiſit. Tercia nocte eidē apparens:
ſignū crucis ſuꝑ eum edidit. ⁊ ille ꝯtinuo ſanitatē
recepit. Cum aūt abbas ⁊ prior redeūtes hec au
diſſent: mirari quidē de eiꝰ ſanitate ceperūt: ſed
de voti adimplitiōe plurimū dubitarūt. cū nulli
monacho liceat aliqua vota emittere. nec ſe ad

talia obligare. Adiecit quoqꝫ prior monachos ſe-
pe ad hmõi illicita ſub ſpecie boni demonũ appa-
ritione deludi. ꝛ ideo eſſꝫ illi monacho ꝯſulendũ
vt mentẽ ſuã inſtabilẽ ꝯfeſſione firmaret. Sequẽ-
ti igiꝰ nocte eadẽ pſona q̃ prius ſibi apparẽs dixit
Infirmꝰ ſꝑ eris: donec impleas qđ vouiſti. Sta-
tim ergo eadem infirmitas ipſuꝫ arripuit: ꝛ eiſdẽ
doloribus torqueri cepit. Qđ cũ abbas audiſſet.
ipſum ſtatim licentiauit. ꝛ ceram pro imagine fa-
cienda dari p̃cepit. Qui mox ſanitate recepta. vo-
tũ ſuũ adimplere ſtuduit ꝛ illiꝰ infirmitatis nichil
poſtmodũ paſſus fuit ¶ Puella quedã noĩe beni-
gna magũtinenſis dioceſis: cũ ab ancilla potũ pe-
tiſſet illa cõmota potum porrexit dicẽs. Accipe ꝛ
diabolũ bibe. Viſumqꝫ eſt puelle vt ardẽs ticio ꝑ
eiꝰ guttur deſcẽderet. adeo vt ſe in collo pati cla-
maret. Continuo igitur venter eiꝰ inſtar vtris in
tumuit. ꝛ quidã in eiꝰ ventre pſingula mẽbra di-
ſcurrere viſum eſt. Illa vo gemitꝰ miſerabiles fa-
ciens. ꝛ voces inſanas emittẽs obſeſſa a demone
fore credebaꝰ. In ſtatu vero tali ꝑ biennũ mãſit.
Deducta igiꝰ ad tumulũ ſancte elizabeth. ꝛ ibidẽ
pro ea voto emiſſo. dum ſuꝑ tumbã poſita fuiſſet.
velut exanimis ibidẽ apparuit. ſed dum modicũ
panis ad manducandũ ꝛ aquã bñdictã ad biben-
dum ſuꝑ eandem tumbam eidẽ obtuliſſent. mox
cunctis ſtupentibꝰ ꝛ mirantibus ſanata ſurrexit.
¶ Vir quidã de dioceſi traiectẽſi gedericꝰ nomĩe:
cum vna manu ꝯtractꝰ eius vſum penitꝰ amiſiſſꝫ.
et ſepulcrũ beate elizabeth bis viſitans curatio-
nem minime recepiſſet. tercio illic cum vxore ſua
cum multa deuotione acceſſit. Quo dũ tenderet.
ſenem quendã reuerẽdi aſpectus habuit obuiũ.
Qui ab eo ſalutatꝰ. ꝛ vnde veniſſet requiſiuit. di
xit ſe de marpurg vbi corpus ſancte elizabeth re-
quieſcit venire. vbi deus multa miracula opatur
Cum aũt vir ſuam infirmitatẽ expoſuiſſet eidem
ille manu eleuata eũ benedixit dicẽs. Securꝰ ꝑ-
ge: q: ſanitatẽ recipies. dummodo manũ infirmã
ad caput ſepulcri in quadã fouea ibi facta ſub la-
pide miſeris. Quã quãto ꝓfundiꝰ immiſeris tan-
to citiꝰ ſanitatẽ obtinebis. Tũc aũt ſanctũ nicolaũ
in memoria habeas: qui ſancte elizabeth tanq̃ co
mes ꝛ sociꝰ in ſuis miraculis coopatur ibidẽ. Ad-
iecit etiã ſtultos eſſe qui proiectis oblationibꝰ ſta
tim diſcedũt cum ſanctis placeat vt cũ pſeuerãtia
eoꝝ ſuffragia poſtulenꝰ. Moxqꝫ ſenex ab eis di-
ſparuit: nec vltra ipm videre potuerũt. Suꝑ quo
plurimũ admirati ꝑgebant. plenã ſanitatis recu-
perãde fiduciã obtinẽtes. Vir igiꝰ iuxta ſenis cõ-
ſilium manũ ſub lapide monumenti poſuit. ꝛ ip-
ſam ꝯtinuo retraxit oĩno ſanatã ¶ Quidã de dio-
ceſi colonienſi hermãnus nomine. dum in carcere
a iudice teneretꝰ: ad deum ſe totalr̃ ꝯtulit. ꝛ beatã
elizabeth ꝛ magr̃m cõradum in ſui adiutoriũ de-
uotione qua poterat inuocabat. Sequẽti autem
nocte ambo inſimul cũ multo lumine ſibi apparu-
erunt. multiplr̃ eũ ꝯſolantes. Tandẽ ſententia in
eum data ſuſpẽditur. ꝛ ad ſpaciũ vnius miliaris
theutonici in patibulo detineꝰ. Iudex aũt ꝯceſſit
parẽtibus vt ipſum deponerẽt. ꝛ in tumulo ſepe
lirent. Preparata igitur fouea cũ eſſet depoſitus
pater ꝛ patruꝰ ceperunt pro mortuo beate eliza-
beth patrocinia inuocare. Et ecce mirãtibꝰ ꝛ ſtupẽ
tibus vniuerſis qui fuerat mortuꝰ ſurrexit viuus
¶ Scolaris quidã de dioceſi magũtinenſi ouitar
dus nomine. dũ piſcationi minꝰ cautus inſiſteret.
in flumen lapſus cecidit. Magno aũt tꝑis ſpacio
intericcto dum eiꝰ corpus eſſet extractũ adeo ſine
ſenſu ꝛ motu rigidũ eſt repertũ ꝙ nllo in eo ſigno
vite inuẽto. vere mortuꝰ ab oĩbus eſt iudicatus.
Tũc beate elizabeth implorãtur merita. ꝛ cũctis
videntibus ꝛ admirãtibus ſibi reſtituitur ſalꝰ et
vita. M ¶ Iuuenis quidã tres annos ꝛ dimi-
dium hñs de dioceſi magũtineñ. hugolinꝰ nomĩe
dum ſpm̃ emiſiſſet. ꝛ corpus eiꝰ ꝑ ſpaciũ quatuor
miliarioꝝ teutonicoꝝ rigidũ ꝛ exanime iacuiſſet.
mater ad inuocandã ſanctã elizabeth tota deuo-
tione ſe ꝯtulit. ꝛ puerum viuum ꝛ ſanum recepit
¶ Puer quidã quatuor annoꝝ dũ in puteũ ceci-
diſſet. caſu quidẽ veniẽs aquã haurire. aĩaduer-
tit puerũ ſubmerſum intꝰ iacere. Quẽ poſtq̃ cum
difficultate extraxit: ipm mortuũ depꝛehendit. Cuiꝰ
quidẽ mortis erãt indicia, tꝑis diuturnitas. corpo
ris rigiditas. oris ꝛ oculoꝝ horribilis apcio. deni
gratio cutis. ventris inflatio. ꝛ omnimoda ſenſus
ꝛ motus priuatio. Pro ipſo igitur ſuſcitãdo. ad
beatam elizabeth votum emittitur. ꝛ ꝯtinuo vite
priſtine reſtauratur. ¶ Quedam etiam puella in
flumine ſubmerſa. dum fuiſſet extracta. beate eli-
zabeth meritis. protinus eſt vite reſtituta ¶ Vir
quidam nomine fridericus de dioceſi maguntiñ.
in arte natandi valde peritus. dum ſe in quadaꝫ
aqua balnearet. ꝛ pauperẽ quendã per beatã eli-
zabeth illuminatũ deridẽs. in eiꝰ faciẽ aquam cõ-
temptibilr̃ ſpargeret. ille ꝓuocatꝰ dixit. Dña illa
ſancta quẽ michi grãm pſtitit: de te me vindicet.
ita vt hinc nõ exeas niſi mortuꝰ ꝛ ſubmerſus. Ille
aũt imprecationem pauperis paruipẽdens. ꝛ in
aquã laſciue ſe immittẽs. viribꝰ penitus deſtitutꝰ

ſe iuuare non potuit: ſed in profundū quaſi lapis deſcēdit. Poſt multū vero tp̄is requiſit⁹. de aqua mortuus eſt delatus. Cūq̄ magn⁹ plāctus fieret ſuper eum quidā ei⁹ propinqui ceperūt pro eo ad beatā elizabeth votū facere. ⁊ ei⁹ ſuffragia deuotiſſime implorare. Statim igitur in eū ſp̄us rediit ⁊ viuus ⁊ ſan⁹ ſurrexit. ¶ Quidā nomine iohēs de dioceſi maguntineñ. cum quodam fure innocēter deprehenſus. ⁊ ſuſpēdio cū ipſo adiudicatus: cunctos rogauit vt beatā elizabeth orarēt. vt ſecundū ſua merita iuuaretur. Cum eſſet ſuſpēſus audiuit vocē ſup̄ ſe dicentē. Confide ⁊ in ſanctam elizabeth fiduciam habe. ⁊ liberaberis. Statimq̄ alio remanēte ipſo fune fracto de loco alto grauiſſime cecidit. nullam tñ leſionē incurrit. licet noua qua indut⁹ erat camiſia rumperetur. Qui exhilaratus ait. Sancta elizabeth tu me liberaſti. ⁊ in ſtratum molle me cadere feciſti. Cum eñ aliqui dicerēt ipm̄ iterū ſuſpēdendū. iudex ait. Quē de⁹ liberauit. denuo ſuſpēdi nō p̄mittā. ¶ Conuerſus quidam fuit in quodam monaſterio dioceſis maguntinenſis volcmarus nomine ad modū religioſus q̄ carnē ſuā ſic afflixit vt circa annos viginti loricā ad carnē portaret. ⁊ inter lapides ⁊ ligna iaceret. Hui⁹ manū dum in molēdino eſſet lapis molaris caſu apprehenſam ſic ꝯtriuit vt carnē ab vtraq̄ parte euelleret. oſſa ⁊ neruos contereret. ita vt in quodā mortario ꝯtrita quodāmodo videretur. Qui tanto doloris aculeo vrgebatur vt rogaret vt manus ſibi p̄cideretur. Cum igitur beatā elizabeth crebro in ſui auxiliū inuocaret q̄ etiā in vita ſua ſibi familiaris extiterat. quadā nocte ſibi apparuit dicens. Uis ſanus fieri? Qui cū r̄nderet. libēter. illa manū apprehēdens neruos ſanauit. oſſa integrauit: ⁊ carnē ab vtraq̄ p̄te reſtituit. ⁊ priſtine ſanitati donauit. Mane aut̄ factō p̄fecte ſanatū ſe repit ⁊ toti ꝯuētui ipſam manum cunctis ſtupētibus ſanatam oſtendit. ¶ Quidā puer quinquēnis diſcretus noīe maguntineñ. dioceſis. cum cec⁹ natus eſſet. meritis beate elizabeth lumen recepit. Pellis ſiq̄dē integra ſine pilis palpebrarū vel aliqua pellis diuiſione ocul̄ ſupinducta fuerat. adeo vt totalr̄ oculos tegeret. nec ſubſtātie oculorū vllum indiciū appareret. Mater igitur ei⁹ ad ſepulcrum beate elizabeth ipſum ducēs. de terra ſepulcri oculos ei⁹ liniuit. ⁊ ſup̄ eū beate elizabeth merita inuocauit. Et ecce pellis integra per mediū ſcinditur. ⁊ eius oculi paruiſſimi turbulenti ⁊ ſanguinolēti videntur. Sicq̄ puer beate elizabeth meritis ſuffragātib⁹ viſus bñficio eſt potit⁹. ¶ Puella quedam eiuſdem dioceſis. beatrix nomine cū diu magnis ⁊ diuerſis fuiſſet infirmitatib⁹ moleſtata. tandē gibbo in dorſo ⁊ ſtruma in pectore excreſcētib⁹ ſic ⁊ toto corp̄e incuruata vt nulla ſe rōne erigeret ſed manibus ſup̄ genua poſitis corp⁹ ſuum taliter ſuſtentaret. Cum igitur mater in quadam ſporta eam ad tumulū ſancte elizabeth deportaſſet ⁊ per decē diēs cōmorātes ibidē nullū potuiſſent ſanitatis remediū inuenire. irata mater ei⁹ ꝯtra beatam elizabeth murmurauit dicēs. Omnib⁹ beneficia impendis: ⁊ me miſerā non exaudis. Reuertens igitur oēs quos potero a viſitatione tui auertere ꝓcurabo. Cū igitur irata recederet. ⁊ iā miliare ⁊ dimidiū p̄egiſſet. ⁊ ei⁹ filia dolorib⁹ cruciata lugeret tandē ipſa puella obdormiēs vidit quandā pulcerrimā dñam cū facie refulgenti. qui corpus ei⁹ in dorſo ⁊ pectore liniēs dixit ei. Surge ⁊ ambula. Euigilans puella. ⁊ ſe ab oī deformitate ⁊ curuitate penitus ſanatā inueniēs. viſionē matri retulit ⁊ gaudiū ⁊ letitiam generauit. Redeūtes igitur ad ſepulcrū ſancte elizabeth. deo ⁊ ſibi grās egerūt. ⁊ ibidem ſportā in qua puella portata fuerat dimiſerūt. ¶ Mulier quedā gertrudis noīe eiuſdē dioceſis p̄ multos ānos vtroq̄ crure ꝯtracta ⁊ toto corp̄e curua in ſomnijs admonetur: vt ad ſanctū nicolaū ꝓficiſcēs ei⁹ debeat merita implorare. Que ad quandā eccl̄iam ſancti nicolai portari ſe fecit. ⁊ in vno crure ſanitatē inuenit. Tandē ad ſepulcrū beate elizabeth p̄ducta. et ſup̄ ei⁹ tumulū poſita. grauiſſimis dolorib⁹ ſtimulata. ⁊ velut amēs effecta. ſana ⁊ incolumis exurrexit. ¶ Mulier quedā ſantrudis noīe eiuſdem dioceſis cū p̄ annū integrū penit⁹ ceca manſiſſet ⁊ aliorū ſp̄ auxilio duceretur. ad rogandū ſanctā elizabeth tota deuotiōe ſe ꝯtulit. ⁊ amiſſum lumē recepit. ¶ Uir quidā heinric⁹ maguntiñ. dioceſis. cum lumine oculorū penit⁹ eſſet priuatus. ſepulcrū ſc̄tē elizabeth viſitās: plene curationis bñficiū reportauit. Poſtmodū vō idē vir fluxu ſanguinis adeo eſt grauat⁹ vt mortu⁹ a familia crederetur. Accipiens vero de terra ſepulcri ſancte elizabeth ⁊ ipſam ꝯficiēs aqua cōmiſcuit. ⁊ bibēs plenā ſanitatem recepit. ¶ Puella quedā metildis noīe treuereñ. dioceſis dum viſu ⁊ auditu priuata eſſet. ⁊ loquēdi ⁊ ambulandi potentiā amiſiſſet. p̄r ſuus ⁊ mater ad beatā elizabeth eam deuouerunt. ⁊ p̄fecte ſanatā deū ⁊ elizabeth laudātes magnalia receperūt. ¶ Mlier q̄dā noīe helbigis treuereñ. dioceſis. cū p̄ annū ceca penit⁹ extitiſſet. ⁊ ꝓ ſua curatiōe beate elizabeth merita inuocaſſet: ad tumu

lum eius duci ſe faciens vniꝰ oculi lumen recepit Que ad ꝓpria reuerſa in alio grauiter torq̄ri ſe ſenſit. Cū vero iterū eiꝰ merita implorasſet. apparuit ei dicēs. Accedēs ad altare fac cū corꝑali tuos oculos vētilari. ⁊ ſic recipies ſanitatē. Que cū iuſſa cōpleuiſſet ſanitatē recepit. ¶ Vir q̄dā theodorus nomine maguntiñ. dioceſis. in genibus ⁊ crurībꝰ diu grauiſſime infirmatꝰ. ita vt nō poſſet pergere niſi ab alijs portaretur. votum fecit ꝙ ſepulcrū ſancte elizabeth cū oblationibus viſitaret Et cum locus eius a tumulo tm̄ per decem miliaria diſtaret. vir in octo diebꝰ potuit ꝑuenire. Cū vero ibidem per quatuor ſeptimanas manſiſſet. ⁊ nullū remediū impetraſſet: domū redibat. Cumq; in loco quodā iuxta aliū infirmū decumbēs quieſceret. vidit in ſomnis quendā ad ſe venientē ⁊ aqua totalr̄ perfundentē. Qui euigilans. ꝯtra ſocium iratus ait. Quare me aqua totalr̄ ꝑfudiſti? Qui ait. Ego te nō ꝑfudi. Sed credo ꝙ illa ꝑfuſio erit tibi cauſa ſalutis. Ille igitur ſurgens. ⁊ ſe ſanatum totalr̄ inueniēs. baculos ſuꝑ humerū poſuit. ⁊ ad tumulū ſancte elizabeth rediens. ⁊ grãs agens letus ad ꝓpria remeauit.

## ¶ De ſancta cecilia. clxv. A



Cecilia quaſi celi lilia. vel cecis via. vel a celo ⁊ lia. Vel cecilia quaſi cecitate carēs Vel dr̄ a celo ⁊ leos qđ eſt ppl̄s. Fuit em̄ celeſte liliū per virginitatis pudorē. Vel dr̄ liliū. q: habuit candorē mūdicie. virorem ꝯſciētie. odorem bone fame. Fuit ⁊ cecis via per exēpli informationem. celum per iugem ꝯtemplationem. lia per aſſiduā operationē. Vel dr̄ celū: q: ſicut dicit yſidorus. celum ꝑhi volubile. rotundū ⁊ ardens eſſe dixerūt. ſic ⁊ ipſa fuit volubilis ꝑ operationē ſolicitā. rotūda per perſeuerantiā. ardens ꝑ charitatē ſuccenſam. Fuit etiā cecitate carēs per ſapientie ſplendorē. Fuit ⁊ celū ppl̄i: q: in ipſa tanꝙ in celo ſpūali ppl̄s ad imitandū intuetur ſolem. lunam ⁊ ſtellas. id eſt. ſapiētie ꝑſpicacitatē. fidei magnanimitatē. ⁊ virtutū varietatē. B

Cecilia virgo ꝓclariſſima ex nobili romanorꝫ genere exorta. ⁊ ab ipſis cunabulis in fide chriſti nutrita. abſconditū ſemper euangeliū xp̄i gerebat in pectore. ⁊ nō diebꝰ neq; noctibꝰ a colloquijs diuis ⁊ orōne ceſſabat. ſuāq; virginitatē ꝯſeruari a dn̄o exorabat. Cum autem cuidā iuueni nomine valeriano deſponſata fuiſſꝫ ⁊ dies nuptiarꝫ inſtituta eſſet. illa ſubtus ad carnem cilicio erat induta. ⁊ deſuꝑ deauratis veſtibus tegebatur. Et cantātibꝰ organis: illa in corde ſoli dn̄o decātabat dicēs. Fiat dn̄e cor meum ⁊ corpus meū immaculatū: vt non ꝯfundar. Et biduanis ac triduanis ieiunijs orans cōmendabat dn̄o qđ timebat. Venit autē nox in qua ſuſcepit vna cū ſponſo ſuo cubiculi ſecreta ſilencia. Et ita eum alloquitur. O dulciſſime atq; amātiſſime iuuenis. eſt myſteriū qđ tibi ꝯfitear. ſi modo tu iuratus aſſeras tota te illud obſeruātia cuſtodire. Iurat valerianus ſe illud nulla neceſſitate detegere nulla ꝓdere ratione. Tūc illa ait. Angelū dei habeo amatorē qui nimio zelo cuſtodit corpus meū. Hic ſi leuiter ſenſerit ꝙ tu me polluto amore contingas. ſtatim feriet te. ⁊ amittes florē tue gratiſſime iuuētutis. Si aūt cognouerit ꝙ me ſincero amore diligas. ita quoq; diliget te ſicut me. et oñdet tibi gloriam ſuam. Tūc valerianꝰ nutu dei correctus ait. Si vis vt credā tibi: ip̄m angelum michi oſtēde. ⁊ ſi vere probauero ꝙ angelꝰ ſit faciam qđ hortaris. Si aūt virū alium diligis. te ⁊ illum gladio feriā. Cui cecilia dixit. Si in deū verum credideris. ⁊ te baptiſari ꝓmiſeris ipſum videre valebis. Vade igitur in terciū miliariū ab vrbe via q̄ appia nuncupatur. ⁊ pauꝑibꝰ quos illic inuenies dices. Cecilia me miſit ad vos vt oſtendatis michi ſanctū ſenē vrbanū: qm̄ ad ipſum habeo ſecreta mādata que perferā. Hunc dū tu videris: indica ei oīa verba mea. ⁊ poſtꝙ ab eo purificatus fueris ⁊ redieris angelum ipſum videbis. Tūc valerianꝰ ꝑrexit. ⁊ ſcđm ſigna que acceperat ſanctū vrbanū ep̄m intra ſepulcra martirū latitā-

tem inuenit. Cumq; ei omnia verba cecilie dixiſſet
ille manus ad celū pandēs cū lachrimis ait. Dn̄e
ihesu xp̄e ſeminator caſti ꝯſilij. ſuſcipe ſeminū fru
ctus que in cecilia ſeminaſti. Dn̄e ihesu xp̄e paſtor
bone. cecilia famula tua quaſi apis tibi argumē-
toſa deſeruit. Nam ſponſū quē quaſi leonē fero-
cem accepit ad te quaſi agnū manſuetiſſimū deſti
nauit. Et ecce ſubito apparuit ſenex q̄dā niueis
veſtibꝰ indutus: tenēs librū aureis lr̄is ſcriptum.
Quē vidēs valerianꝰ pre nimio timore quaſi mor
tuꝰ cecidit. ⁊ a ſene leuatꝰ ſic legit. Unus deꝰ. vna
fides. vnū baptiſma. vnꝰ deus ⁊ pr̄ omniū: q̄ ſuꝑ
omnes. ⁊ ꝑ omnia. ⁊ in omnibꝰ nobis. Cumq; hec
legiſſet. dixit ei ſenior. Credis ita eſſe an adhuc du
bitas? Tūc exclamauit dicēs. Non eſt aliud qd̄ ve
rius credi poſſit ſub celo. Statimq; illo diſparēte
valerianꝰ a ſancto vrbano baptiſma ſuſcepit. Et
rediens ceciliā cum angelo loquentē in cubiculo
inuenit. Angelus aūt duas coronas ex roſis ⁊ li-
lijs in manu habebat. ⁊ vnam cecilie ⁊ alterā va-
leriano tradidit dicēs. Iſtas coronas immacula-
to corde ⁊ mūdo corꝑe cuſtodite: q2 de ꝑadiſo dei
eas ad vos attuli. nec vnq̄ marceſcēt. nec odorē
amittent. nec ab alijs niſi q̄bus caſtitas placuerit
videri poterūt. Tu aūt valeriane q2 vtili ꝯſilio cre
didiſti pete quodcūq; volueris. ⁊ ꝯſeq̄ris. Cui va
lerianus. Nichil michi ī vita extitit dulciꝰ q̄ vnicꝰ
fratris mei affectꝰ. Peto igitur vt ⁊ veritatē ipſe
mecū agnoſcat. Cui angelus. Placet dn̄o petitio
tua. ⁊ ambo cum palma martirij ad dn̄m venietis
C ¶ Poſt hec ingreſſus tiburciꝰ frater valeriani
cum nimiū roſaꝝ ſenſiſſet odorē dixit. Miror hoc
tp̄e roſeus hic odor ⁊ lilioꝝ vnde reſpiret. Nam ſi
ipſas roſas vel lilia in manibꝰ meis tenerē: nec ſic
poterāt odoramēta tante michi ſuauitatis infun
dere. Confiteor vobis ita ſum refectꝰ: vt putē me
totū ſubito immutatū. Cui valerianus. Coronas
habemꝰ quas tui oculi videre nō preualēt. floreo
colore ⁊ niueo cādore vernātes. ⁊ ſicut me inter-
pellante odorem ſenſiſti. ſic ⁊ ſi crediderit vide-
re valebis. Cui tiburcius. In ſomnis hoc audio
an in veritate iſta tu loq̄ris valeriane? Cui vale-
rianꝰ. In ſomnis vſq; mō fuimꝰ: iam nūc in ve-
ritate manemꝰ. Ad quē tiburcius. Un̄ hoc noſti?
Et valerianꝰ. Angelꝰ dn̄i me docuit quē tu vide
re poteris ſi tu purificatꝰ fueris. ⁊ oībꝰ ydolis ab-
renūciaueris. ¶ Huic miraculo de coronis roſaꝝ
ambro. teſtatur in ꝑfatione ſic dicēs. Sancta cecilia
celeſti dono repleta vt martirij palmā aſſumeret.
ipſum mundū ⁊ cū thalamis execrata. Teſtis eſt
valeriani ꝯiugis ⁊ tiburcij ꝓuocato ꝯfeſſio quos
dn̄e angelica manu odoriferis floribus coronaſti.
Uiros virgo duxit ad gloriam. mundus agnouit.
quantū valeat deuotio caſtitatis. Hec ambroſiꝰ.
¶ Tunc cecilia euidenter oſ̄dit ei oīa ydola eſſe
inſenſibilia ⁊ muta. ita vt tiburtiꝰ rn̄deret ac di-
ceret. Qui iſta non credit pecus eſt. Tunc cecilia
oſculās pectus eiꝰ dixit. Hodie te fateor meū eſſe
cognatū. Sicut eñ amor dei fratrē tuū michi con
iugē fecit. ita te michi ꝯgnatū ꝯtēptus faciet ydo
loꝝ. Uade igitur cū fratre tuo vt purificationē ac-
cipias. ⁊ angelicos vultꝰ videre valeas. Dixitq;
tiburcius fratri ſuo. Obſecro te frater vt michi di-
cas ad quē me ducturꝰ es? Cui valerianꝰ. Ad vr-
banū ep̄m. Cui tiburciꝰ. De illo vrbano dicis qui
totiens dampnatꝰ eſt. ⁊ adhuc in latebris cōmora
tur. Hic ſi inuētus fuerit cremabitur. ⁊ nos in illius
flammis pariter inuoluemur. ⁊ dū querimꝰ diui
nitatē latentē in celis. incurremꝰ furorē exuren-
tem in terris. Cui cecilia. Si hec ſola eſſet vita iu-
ſte hanc ꝑdere timeremꝰ. Eſt aūt alia melior que
nunq̄ amittitur quā nobis dei filiꝰ enarrauit. Om-
nia eñ que facta ſunt filius ex p̄re genitꝰ ꝯdidit.
Uniuerſa aūt que ꝯdita ſunt ex parte ꝓcedēs ſpi
ritus animauit. Hic igitur filius dei in mundū ve
niens verbis ⁊ miraculis aliam vitam eſſe nobis
monſtrauit. Cui tiburcius. Certe vnū deū eſſe aſ
ſeris. ⁊ quō nunc tres eſſe teſtaris? Rn̄dit cecilia.
Sicut in vna hominis ſapientia ſunt tria. ſcꝫ inge
niū. memoria ⁊ intellectꝰ ſic ⁊ in vna diuinitatis
eſſentia tres ꝑſone eſſe pñt. Tunc cepit ei de aduē
tu filij dei ⁊ paſſione ꝑdicare. ⁊ multas ꝯgruita-
tes ipſius paſſionis oſ̄dere. Nam ideo inq̄t filiꝰ
dei eſt tentus: vt genꝰ humanū dimittatur peccato
detentū. Bn̄dictus maledicitur. vt homo maledi-
ctus bn̄dictionē ꝯſequatur. Illudi ſe patitur vt hō
ab illuſione demonū liberetur. Spineā coronā ac
cepit in capite: vt a nobis ſententiā auferat capita
lem. Fel ſuſcepit amarū: vt ſanaret hoīs dulcē gu
ſtū. Expoliatur: vt parentū nr̄oꝝ nuditatē aperiat.
In ligno ſuſpēditur: vt ligni ꝑuaricationē tollat.
Tūc tiburciꝰ fratri ſuo dixit. Miſerere mei. ⁊ per
duc me ad hoīem dei vt purificationē accipiā. Du
ctus igitur ⁊ purificatꝰ: angelos dei ſepe videbat.
⁊ oīa q̄ poſtulabat ꝓtinus obtinebat. D ¶ Ua
lerianꝰ igitur ⁊ tiburciꝰ elemoſinis inſiſtebāt. ⁊ ſan
ctoꝝ corꝑa quos almachiꝰ ꝑfectꝰ occidebat ſepul
ture tradebāt. Quos almachiꝰ ad ſe vocās. cur ꝓ
ſuis ſceleribꝰ dānatos ſepelirēt inquiſiuit. Cui ti
burcius. Utinā illoꝝ ſerui eſſemꝰ quos tu dam-

natos appellas. Qui ꝯtēpſerūt illud qđ videtur
eſſe ⁊ non eſt. ⁊ inuenerūt illud qđ non videt̄ eſſe
⁊ eſt. Cui ꝑfectus. Quidnā eſt illud? Et tiburciꝰ.
Qđ videt̄ eſſe ⁊ nō eſt. eſt oīe qđ in hoc mūdo eſt
qđ hominē ad nō eſſe ꝑducit. Qđ vero nō videtur
eſſe ⁊ eſt. eſt vita iuſtoꝝ ⁊ pena maloꝝ. Cui pre-
fectus. Non puto ꝙ mente tua loquaris. Tūc iu-
bet aſtare valerianū dicens ei. Q̄m nō eſt ſani ca-
pitis frater tuus. tu ſaltē poteris ſapiēter dare re-
ſponſum. Conſtat plurimū vos errare q̄ gaudia
reſpuitis. ⁊ oīa inimica gaudijs affectatis. Tunc
valerianꝰ ſe vidiſſe ait glaciali tpe ocioſos iocan-
tes. ⁊ oparios agricolas deridentes. Sed eſtiuo
tpe dum aduenıſſent glorioſi fructus laboꝝ. gau-
dentibus illis q̄ putabātur vani ceperūt flere qui
videbātur vrbani. Sic ⁊ nos nūc quidē ſuſtinemꝰ
ignominiā ⁊ laborē. in futuro aūt recipiemꝰ glo-
riā ⁊ eternā mercedē. Vos aūt nunc trāſitoriū ha-
betis gaudiū. in futuro aūt inuenietis eternū lu-
ctum. Cui ꝑfectꝰ. Ergo nos inuictiſſimi principes
eternū habebimꝰ luctū. ⁊ vos ꝑſone viliſſime ꝑpe-
tuū poſſidebitis gaudiū? Cui valerianꝰ. Homun-
tiones eſtis non principes. tpe noſtro nati citius
morituri. ⁊ deo rationē plus omnibus reddituri.
Dixit aūt prefectꝰ. Quid verboꝝ circuitu immo-
ramur? Offerte dijs libamīa ⁊ illeſi abſcedite. Sā-
cti rūderunt. Nos deo vero quotidie ſacrificiū ex-
hibemus. Quibꝰ prefectus. Qđ eſt nomen eius?
Cui valerianꝰ. Nomē eiꝰ inuenire nō poteris etiā
ſi pennis volaueris. Prefectꝰ dixit. Ergo iupiter
nomē dei nō eſt? Cui valerianꝰ. Nomē homicide
⁊ ſtupratoris eſt. Ad quem almachiꝰ. Ergo totus
mūdus errat. ⁊ tu cū fratre tuo verum deū noſti?
Valerianus rūdit. Nos ſoli nō ſumꝰ: ſed innume-
rabilis multitudo hanc ſanctitatē recepit. Tradū-
tur igitur ſancti in cuſtodiā maximi. Quibus ille
ait. O iuuētutis flos purpureus. o germanꝰ fra-
ternitatis affectꝰ: quō ad mortē quaſi ad epulas
feſtinatis? Cui valerianus ait. ꝙ ſi crediturum ſe
promitteret. gloriam tunc ipſe animaꝝ eoꝝ poſt
mortem videret. Et maximus. Fulminibꝰ igneis
ꝯſumar. ſi non illū ſolū deū ꝯfitear quē adoratis:
ſi ꝯtingat qđ dicitis. Ipſe igitur maximꝰ ⁊ omnis
eius familia ac vniuerſi carnifices crediderunt. ⁊
ab vrbano q̄ illuc occulte venit. baptiſma ſuſcepe-
runt. ¶ Igitur dum aurora nocti finē daret.
cecilia exclamauit dicēs. Eya milites xp̄i: abijcite
opera tenebraꝝ ⁊ induimini arma lucis. Quarto
igitur miliario ab vrbe ſancti ad ſtatuā iouis du-
cuntur. Et dum ſacrificare nollent: pariter decol-
lantur. Tunc maximus cum iuramēto aſſeruit ſe
in hora paſſionis eoꝝ angelos vidiſſe fulgentes.
⁊ aīas eoꝝ quaſi virgines de thalamo exeūtes.
quas in gremio ſuo in celū angeli detulerūt. Al-
machius vero audiēs maximū xp̄ianū effectū eū
plūbatis tamdiu cedi fecit quouſqꝫ ſpm̄ excuſſit.
Cuiꝰ corpus ſancta cecilia iuxta valerianū ⁊ tibur-
cium ſepeliuit. Tunc almachiꝰ facultates amboꝝ
cepit inquirere. ⁊ ceciliā tanq̄ valeriani ꝯiugem
coram ſe fecit aſtare. Iuſſitqꝫ vt ydolis immola-
ret. aut ſententiā mortis incurreret. Cum aūt ad
hoc ab apparitoribꝰ vrgeretur. ⁊ illi vehementer
flerēt. eo ꝙ puella tam decora ⁊ nobilis vltro ſe
morti traderet. dixit ad eos. Hoc boni iuuenes
nō eſt iuuentutē ꝑdere ſꝫ mutare. dare lutū ⁊ acci-
pere aurū. dare vile habitaculū ⁊ accipe ꝑcioſū:
dare breuē angulū ⁊ accipe forū ꝑlucidū. Si quis
pro nūmo ſolidos daret: nonne velociꝰ feſtinare-
tis? Deus aūt qđ accepit ſimplū: reddet centuplū
Creditis his que dico? Et illi. Credimꝰ xp̄m verū
eſſe deum qui talem poſſidet famulā. Vocato igi-
tur vrbano ep̄o. quadringenti ⁊ ampliꝰ baptiſati
ſunt. Tūc almachiꝰ ſanctā ceciliā ad ſe vocās ait:
Cuiꝰ ꝯditionis es? Et illa. Ingenua ſum ⁊ nobil'.
Cui almachiꝰ. Ego te de religione interrogo. Et
cecilia. Interrogatio tua ſtultū ſumit initiū q̄ du-
as rūſiones vna putat inquiſitione ꝯcludi. Cui al-
machius. Unde tibi tanta preſumptio rūdendi?
At illa. De ꝯſcientia bona. ⁊ fide nō ficta. Cui al-
machius. Ignoras cuiꝰ ptātis ſum. At illa. Ptās
veſtra eſt quaſi vter vēto repletus quem ſi acus
pupugerit: omnis protinꝰ rigor palleſcit. ⁊ q̄cq̄d
in ſe rigidum hr̄e cernitur incuruatur. Cui alma-
chius. Ab iniurijs cepiſti. ⁊ in iniurijs ꝑſeueras.
Cecilia rūdit. Iniuria non dicitur niſi qđ verbis
fallentibꝰ irrogatur. Unde aut iniuriā doce ſi fal-
ſa locuta ſum. aut teipſum corripe calumniam in-
ferentem. Sed nos ſcientes ſanctum dei nomen:
oīno negare nō poſſumꝰ. Melius eſt eñ feliciter
mori q̄ infeliciter viuere. Cui almachius. Ut q̄d
cum tanta ſuꝑbia loqueris. Et illa. Non eſt ſuper-
bia ſed ꝯſtantia. Cui almachius. Infelix: ignoras
q: viuificādi ⁊ mortificādi michi eſt tradita ptās
Et illa. Contra veritatē publicā probo te nūc eſſe
mentitū. Uitam eñ viuētibus tollere potes. mor-
tuis autē dare nō potes. Es igitur miniſter mor-
tis: nō vite. Cui almachiꝰ. Iam depone amentiā:
⁊ ſacrifica dijs. Cui cecilia. Neſcio vbi oclos ami-
ſeris. Nam quos tu deos dicis: omnes nos ſaxa
eſſe videmus. Mitte igitur manum: ⁊ tangendo

diſce q̃ȯ oculis non vales videre. Tunc iratus al-
machius iuſſit eã ad domũ ſuam reduci. ibiqꝫ tota
die ⁊ nocte iuſſit eã in bulliẽte balneo ꝯcremari.
Que quaſi in loco frigido manſit. nec modicũ ſal-
tem ſudoris ꝯſenſit. Q̃ȯ cũ audiſſet almachi⁹ iuſſit
eam in ipſo balneo decollari. Quam ſpiculator tri
bus ictibus in collo ꝑcuſſit: ſed tñ caput ei⁹ ampu
tare nõ potuit. Et q: decretũ erat ne quartã per-
cuſſionẽ decollandus acciperet: eam ſemiuiuã cruen
tus carnifex dereliquit. Per triduũ aũt ſupuiuẽs
omnia que habebat pauperib⁹ tradidit. ⁊ omnes
quos ad fidem ꝯuerterat vrbano epo cõmenda-
uit dicens. Triduanas michi inducias poſtulaui.
vt hos tue beatitudini cõmendarem. ⁊ hanc do-
mũ meã in eccl'iam ꝯſecrares. Sanctus aũt vrba
nus corpus eius inter epos ſepeliuit. ⁊ domũ ſuã
in eccl'iam vt rogauerat ꝯſecrauit. Paſſa eſt autẽ
circa annos dñi. ccxxiij. tpe alexãdri imperatoris.
Alibi aũt legit᷑ ꝙ paſſa ſit tpe marci aurelij q̃ im-
perauit circa annos dñi. ccxx.

## De ſancto clemente. clxvi. A



Clemens dicit᷑ a cleos q̃ȯ eſt glia ⁊ mens
quaſi glorioſa mens. Habuit eñ glorio-
ſam mentem. ſcꝫ purgatã ab omni ſorde.
ornatam omni virtute. ⁊ decoratã nunc omni feli
citate que felicitas ꝯſiſtit in hoc ſicut dicit aug⁹.
in libro de trini. q: ibi eſſe noſtrũ nõ habebit mor
tem. noſſe noſtrũ nõ habebit errorem. amare no-
ſtrum nõ habebit offenſionẽ. Uel dicit᷑ a clemẽcia
q: clemẽs ⁊ miſericors valde fuit. Uel ſicut dicit᷑
in gloſario. Clemens dicitur dulcis. iuſtus. matu-
rus. pius. Juſt⁹ in actiõe. dulcis in ſermõe. matu-
rus in ꝯuerſatione. pius in intẽtione. Eius vitam
ipſe in ſuo itinerario inſeruit. maxime vſqꝫ in illũ
locũ in quo qual'r beato petro in pontificatu ſuc-
ceſſit oſtenditur. Cetera ex eius geſtis que cõmu
niter hñtur ſumuntur. B

Clemens epſ ex nobili romanoꝝ ꝓſapia
ortus eſt. Pater eius fauſtinian⁹. mater
vero ei⁹ macidiana nũcupata eſt. Habu-
itqꝫ duos frẽs quoꝝ vn⁹ fuſtinus alter fauſtus di-
cebat᷑. Cumqꝫ macidiana mater eius mira corpis
pulcritudĩe polleret. frater viri ſui libidinoſo amo
re in eam vehemẽter exarſit. Cum aũt eam quoti
die moleſtaret. ⁊ ipſa ſibi nullaten⁹ aſſentire vel-
let. viroqꝫ ſuo hoc reuelare timeret. ne inter duos
fratres inimicitias ſuſcitaret. cogitauit per aliq̃ȯ
tẽpus ſe a patria abſentare: donec illicitus amor
ꝯquieſceret. quẽ aſpect⁹ ſue preſentie inflãmaret.
vt aũt hoc a viro ſuo obtinere valeret. ſomniũ cal-
lide ꝯfinxit. q̃ȯ in hunc modum viro ſuo retulit
dicens. Ecce quidã michi per viſum aſtitit: michi
precipiẽs vt ꝯfeſtim cũ duobus geminis ſcꝫ fauſti
no ⁊ fauſto ex vrbe diſcederẽ: ⁊ tamdiu abeſſem:
donec ipſe michi reditũ impetraret. Q̃ȯ ſi nõ face
rem ſimul cũ omnib⁹ liberis interirẽ. Q̃ȯ vir au-
diens vehemẽter expauit. ac vxorẽ cũ duob⁹ libe
ris ⁊ familia m'ta athenis miſit vt ⁊ ibi maneret
⁊ filios faceret erudiri. Minorẽ aũt filiũ ſcꝫ clemẽ
tem cum eſſet annoꝝ quinqꝫ ſibi pater in ſolaciũ
retinuit. Cum aũt mater cum filijs nauigaret. no
cte quadã nauis naufragiũ pertulit. ⁊ mater ſine
filijs a fluctibus eiecta ſuꝑ quoddã ſaxum euaſit.
Que duos natos periſſe ꝯſiderãs pre nimio dolo-
re in maris fundũ ſe ꝑcipitaſſet: niſi q: ſaltem coꝝ
cadauera ſe reperturã ſꝑabat. At vero vbi nec vi-
uos nec mortuos ſe reꝑire poſſe cognouit. clamo-
res ⁊ vlulatus maxios dabat manus ſuas morſi
bus lacerãbat. nec vllam ꝯſolationẽ ab aliquo re
ciꝑe volebat. Cumqꝫ multe mulieres aſtarẽt q̃ ſua
infortunia ei dẽ narrarẽt. ⁊ illa ex hoc ꝯſolationẽ
non reciꝑet. affuit quedã mulier inter ceteraſ que
virum ſuum adoleſcentẽ ⁊ nautã in mari periſſe
aſſeruit. ⁊ ob hoc ſui amore poſtmodũ nubere re-
cuſauit. Recepta igitur qualicũqꝫ ꝯſolatiõe apud
ipſam manebat. ⁊ quotidianũ victũ ſuis manib⁹
acquirebat. Sed nõ multũ poſt man⁹ eius quas
crebris morſib⁹ lacerauerat. ⁊ ſine ſenſu ⁊ mortue
adeo ſunt effecte vt cũ ipſis nullaten⁹ oꝑari poſſꝫ.
Jlla autẽ que eã ſuſceꝑat paraliſim incurrit. ⁊ de

lecto ſurgere non valebat. Sicq; macidiana men-
dicare cõpellitur. & ipſa cũ hoſpita ex his que inue-
nire poterat paſcebatur. Completo igitur anno quo
macidiana cũ liberis diſceſſit e patria miſit athe-
nas nũcios vir eius vt ipſos requirerẽt. & quid agerent
intimarẽt. Sed illi qui miſſi fuerãt nullatenus redie-
runt. Deniq; cũ alios miſiſſet: & illi reuertẽtes ſe
nullum inde veſtigiũ repiſſe narrarẽt. Clemẽtem
filiũ ſuũ ſub tutoribus dereliqt. & ipſe ad querendũ
vxorẽ cum filijs nauẽ cõſcendit: ſed minime rediit.
Uiginti igitur annis clemens orbatus ſtetit. nec
de patre vel de mr̃e vel de fratribus aliquid indiciu;
inuenire potuit. Ipſe aũt clemens ſtudio litterarum
ſe cõtulit. & ſummũ philoſophie apicem apphẽdit.
Deſiderabat aũt vehemẽter & ſtudioſe querebat
qualiter ſibi anime immortalitas perſuaderi poſſet
Ob hoc phorum ſcolas ſepe adibat. & ſiquidem q immortalis
eſſet obtinebatur. gaudebat. ſi quando vero
q mortalis eſſet cõcludebatur: triſtis diſcedebat.

C. Deniq; cum barnabas romam veniſſet. & fi-
dem xpi pdicaret. phi eum tanq insanũ & amen-
tem deridebãt. Unde & quidã qui ſcdm quoſdam
fuit clemens phus q cum primo ſicut alij deride-
bat. & eius pdicationẽ cõtẽnebat. talem queſtionẽ
pro deriſu barnabe fecit dicens. Cum culex anial
ſit exiguũ quid eſt q ſex pedes habet. & inſuper
alas poſſidet. elephãs aũt cum ſit immane anial
nec alas poſſidet & tñ quatuor pedes habet? Cui
barnabas. Stulte: tue queſtioni rñdere perfacile
poſſem: ſi veritatis cauſa diſcende querere videre-
ris. Sed nunc de creaturis vobis dicere aliquid ab-
ſurdũ eſt. cũ a vobis creaturarum cõditor ignoretur.
Quia eñ creatorẽ nõ cognoſcatis: iuſtum eſt vt in
creaturis erretis. Hoc verbũ cordi clementis phi
valde inheſit. ita q fidem xpi inſtructus a barna-
ba recepit. & in iudeã ad petrũ poſtmodũ pperauit.
Quẽ ille de fide xpi inſtruxit. & anie immorta-
litatẽ euidenter edocuit. C. Eo tpe ſimon magus
duos diſcipulos habebat. ſc; aquilã & nicetã: qui
eius fallacias agnoſcẽtes eũ reliqrunt: & ad petrũ
cõfugerũt. & eius diſcipuli ſunt effecti. Cum autem
petrus clementẽ de ſua interrogaſſet pgenie ille
quid matri & fratribus & patri acciderit per ordinem
enarrauit. addens q credebat q mater cũ fratri-
bus in mari periſſent. pater vero aut merore aut
ſimiliter naufragio interiſſet. Quod audiẽs petrus lachri-
mas cõtinere nõ potuit. C. Quadã aũt vice petrus
cum diſcipulis ſuis anthbaradũ & inde ad inſulam
per ſex miliaria diſtantẽ in qua macidiana mater
clemẽtis morabatur venit: vbi quedã colũne vitree
mire magnitudinis erant. Quas cum petrus cu;
ceteris miraretur videns ipam mendicantẽ. cur nõ
potius ſuis manibus oparetur increpauit. Que rñdit
Speciem tñ dñe habeo manuũ: que meis ſic ſunt
debilitate morſibus. vt oino ſint inſenſibiles effe-
cte. Atq; vtinam me in mare pcipitaſſem vt vltra
nõ viuerẽ. Cui petrus. Quid eſt quod loqris? Neſcis
q anie eorum qui ſe interemũt grauiter puniuntur.
Cui illa. Utinam hoc michi certũ fieret q anime
poſt mortẽ viuant. libẽter eñ meipſam occiderẽ:
vt ſaltẽ vna hora dulces meos natos videre poſſẽ
Cumq; petrus ab ea cãm tãte triſtitie interrogaſſet.
& illa ei ordinẽ geſte rei narraſſet. ait petrus. Eſt
quidam adoleſcẽs apud nos noie clemẽs qui hec
que refers matri & fratribus aſſerit accidiſſe. Quod il-
la audiẽs nimio ſtupore pcuſſa corruit. Cumq; ad
ſemetipſam rediſſet. cũ lachrimis ait. Ego ſum a-
doleſcẽtis mr. Et procidẽs ad pedes petri: roga-
re eũ cepit: vt ſibi filiũ ſuum feſtinãter oñdere di-
gnaretur. Cui petrus. Cũ adoleſcentẽ videris paulu-
lum diſſimula quouſq; ab inſula cũ naui egrediamur.
Quod cũ illa ſe facturã pmiſiſſet. tenẽs petrus
manũ eius ipſam ad nauẽ vbi erat clemẽs duce-
bat. Uidens vero clemens petrũ manu mulierem
ducentem. ridere cepit. Mox aũt vt mulier iuxta
clementẽ fuit: ſe cõtinere non potuit: ſed ſtatim in
amplexus eius ruit. & crebro oſculari cepit. Quã ille
tanq inſanientẽ mulierẽ cũ indignatiõe repelle-
bat: & aduerſus petrũ indignatiõe nõ modica mo-
uebatur. Cui petrus. Quid agis o fili clemẽs. Noli
repellere matrẽ tuã. Quod cũ audiſſet clemẽs lachri-
mis infuſus ſuper matrẽ iacentẽ cõcidit: & eam reco-
gnoſcere cepit. Tunc ad preceptũ petri hoſpita
ſua que paralitica iacebat adducitur. & ab eo cõtinuo li-
beratur. Tũc mater clementẽ de pr̃e interrogauit.
Cui ille. Ad te querendum iuit: & vltra nõ rediit.
At illa audiẽs ſolũmodo ſuſpirauit. grãde eñ pro
filio inuẽto gaudiũ hñs. reliquos cõſolabatur me-
rores. D. C. Interea cũ niceta & aquila deeſſent
& redeũtes mulierẽ cum petro vidiſſent. que nam
ſit hec mulier percũctantur. Quibus clemẽs ait. Ma-
ter mea eſt quam michi deus redonauit per dñm
meũ petrũ. Poſt hec petrus oĩa eis per ordinem
enarrauit. Que cũ audiſſent niceta & aqla. ſubito
ſurrexerũt & obſtupefacti cõturbari ceperũt dicen-
tes. Dñator dñe deus verane ſunt hec. an ſomni-
ũm eſt quod audiuimus? Tunc petrus. Filij nõ inquit
nos inſanimus: ſed hec vera ſunt. At illi faciẽ cõfri-
cantes aiũt. Nos ſumus fauſtinus & fauſtus quos
mater noſtra eſtimat in mari interiſſe. Et accurẽ-

tes in complexus matris ruunt. ⁊ eam crebrius
oſculant̄. At illa ait. Quid vult hoc eſſe? Ad quā
petr⁹. Iſti ſunt filij tui fauſtin⁹ ⁊ fauſtus quos in
mari periſſe putabas. Hec audiēs mater pre ni-
mio gaudio velut amens effecta corruit. ⁊ poſt ad
ſe reuerſa ait. Obſecro vos dulciſſimi filij narra-
te michi quō euaſiſtis? Qui rn̄derunt. Cū nauis
fuiſſet reſoluta: ⁊ nos ſuꝑ quandā tabulā vehere-
mur quidā pirate nos inuenientes in ſuā nauiculā
poſuerūt. ac mutatis noīb⁹ cuidā nos honeſte vi-
due iuſtine noīe vendiderūt: que tanꝙ filios nos
habuit. ⁊ liberalib⁹ artib⁹ nos erudiri fecit. Tādē
ꝑhic operā dedim⁹. ⁊ ſimoni cuidā mago nobiſcū
educato adheſim⁹. Cūq; eius fallaciā cognouiſſe
mus ipſum oīno deſeruimus ⁊ petri diſcipuli per
zacheum effecti ſum⁹. ¶ Sequenti aūt die aſſum
ptis petrus tribus fratribus. ſcʒ clemēte. aquila.
⁊ niceta. ad quendam ſecretiorē locum orationis
grā deſcēdit. Quos venerandus quidā ſenex ſed
tn̄ pauꝑ alloqui cepit dicēs. Miſereor vr̄i frēs qꝛ
ſub ſpecie pietatis vos grauiter errare ꝯſidero.
Neq; enī deus eſt. neq; cultus hic aliquis eſt. neq;
ꝓuidentia in mūdo ſed fortuitus caſus ⁊ geneſis
omnia agunt. ſicut ⁊ ego ex meipſo manifeſte cō-
peri in diſciplina matheſis pre ceteris eruditus.
Nolite ergo errare. ſiue enī oretis ſiue nō qd̄ ve-
ſtra geneſis ꝓtinet vobis erit. Clemens aūt in eū
reſpiciēs aīo pulſabat̄. ⁊ ſibi ſe eum alīs vidiſſe
videbat̄. Cūq; de mandato petri clemens. aqui-
la ⁊ niceta cum eo diuti⁹ diſputaſſent. ⁊ ꝓuiden-
tiam apertis rōnib⁹ oſtendiſſent. eumq; ob reue-
rentiā crebro patrē vocarent. Dixit aquila. Quid
neceſſe eſt vt eum patrē vocem⁹: cum in manda-
tis habeam⁹ neminē ſuꝑ terram patrē vocare. Et
poſt hoc reſpiciēs ad ſenem ait. Non iniurioſe acci
pias pater. ꝙ fratrē meū culpaui: qꝛ te patrē vo-
cauit. Habem⁹ enī tale mandatū. ne aliquem iſto
nomine vocemus. Cūq; aquila hec dixiſſet: riſit
omniū aſtantiū cetus vna cū ſene ⁊ petro. Et cū
ille cauſā riſus inq̄reret. dixit ad eū clemēs. Quia
facis id de quo alios culpas: ſenem patrē vocādo
At ille negabat dicēs Vere neſcio ſi eum patrem
vocauerim. Verum cum ſatis de prouidentia di-
ſputatū eſſet. dixit ſenex. Crederē vtiq; ꝓuiden-
tiam eſſe: ſed a ꝓpria ꝯſciētia ꝓhibeor huic fidei
accomodare ꝯſenſū. Noui enī meā ⁊ ꝯiugis mee
geneſim. ⁊ ſcio que vnicuiq; noſtrū dictabat gene
ſis accidiſſe. Audite igitur ꝯiugis mee thema ⁊ in
uenietis ſcema cui⁹ exitus accidit. Habuit nanq;
martē cum venere ſuper centrū. lunā vero in occa

ſu in domo martis ⁊ finibus ſaturni: quod ſcema
adulteras facit. ⁊ ſeruos ꝓprios amare ⁊ peregre
ꝓficiſci ⁊ ī aquis defungi. Qd̄ ⁊ ita factū eſt. Inci
dit nanq; in amorem serui: ⁊ ꝑiculum atq; obpro-
brium metuens cū ipſo aufugit. ⁊ in mari periit
Nam ſicut frater me⁹ retulit ipſum primo adama
uit. Sʒ cū iſ ꝑe aſſentire ſibi nollet in ſeruū ſue libi
dinis amorē retorſit. Nec tn̄ ei imputandū eſt. qꝛ
eā geneſis hoc facere compulit. Narrauitq; quō
ſomniū finxerit. ⁊ quō cū liberis athenas vadēs
naufragio ꝑierit. ¶ Cūq; filij vellent in
eum irruere ⁊ rem aperire. prohibuit petr⁹ dicēs
Quieſcite quoaduſq; michi placuerit. Dixitq; ei
petrus. Si hodie ꝯiugem tuam caſtiſſimā cū tri-
bus filijs tuis ꝯſignauero. credes qꝛ geneſis ni-
chil ſit. Cui ille. Sicut impoſſibile eſt te exhibere
qd̄ ꝓmiſiſti. ita ⁊ impoſſibile eſt extra geneſim ali
quid fieri. Dixit ei petr⁹. Ecce iſte eſt filius tuus
clemens. ⁊ hi duo gemini tui fauſtin⁹ ⁊ fauſtus.
Tunc ſenex reſolutis membris cecidit. ⁊ quaſi ex
animis fact⁹ eſt. Filij aūt irruētes in eū oſculabā-
tur: verētes ne ſpm̄ reuocare poſſet. Tandē ad ſe
rediens: omnia vt acciderāt per ordinē audiuit.
Tunc ſubito vxor aduenit. Et cū lachrimis clama
re cepit. Vbi eſt vir me⁹ ⁊ dn̄s meus. Hec cū illa
quaſi amens clamaret. ſenex cucurrit ⁊ cū multis
lachrimis amplecti ⁊ ſtringere eā cepit. Dū igitur
ſimul manerēt. aduenit quidā nunciās apionem
⁊ ambionē fauſtiniani amiciſſimos cū ſimone ma
go hoſpitari. De quoꝝ aduētu fauſtinian⁹ valde
gauiſus ad eos viſitandos iuit. Et ecce nunci⁹ ve
nit q̄ diceret miniſtrū ceſaris antiochiā adueniſſe
vt magos omnes quereret ⁊ morte puniret. Tūc
ſimon magus in odiū filioꝝ qui ipſum reliquerāt
vultus ſui ſimilitudinē in fauſtinianū impreſſit.
vt non fauſtinianus ſed ſimon magus ab omnib⁹
putaretur. Hoc autē fecit vt a miniſtris ceſaris lo
co ſui teneretur ⁊ occideretur. Ipſe autem ſimon
de partibus illis abſceſſit. ¶ Cum autem fauſti-
nianus ad petrum ⁊ filios rediſſet expauerūt filij
vultum ſimonis in eum intuētes. vocem autē pa-
tris ſui audientes. Solus autē petrus erat qui
vultū eius naturalē videbat. Cūq; filij ei⁹ ⁊ vxor
eius eum refugerent ⁊ execrarentur. dicebat eis
Cur execramini ⁊ refugitis patrē veſtrū? Qui re-
ſponderūt ꝙ ideo eum fugerēt: qꝛ in eo vultus ſi
monis magi appareret. Confecerat enī ſimon qd̄
dam vnguentū. ⁊ faciē ei⁹ perunxerat. ⁊ vultū ſuū
arte magica impreſſerat in eū. Ipſe igit̄ lamētabat̄
⁊ dicebat. Quid michi miſero accidit vt vna die

# De ſancto Clemente

recognitus ab vxore ⁊ filijs letari nō potuerim cū
eis? Uxor vero eiꝰ ſparſis crinibus ⁊ filij plurimū
flebant. F Simon aūt magus dū adhuc eſſet
antiochie petrū plurimū infamauerat. magū ma-
leficū ⁊ homicidā eum dicēdo. Deniqꝫ intantū ad
uerſus petrū pplm ꝯcitauerat vt ipſum inuenire
plurimū affectarēt: vt carnes eiꝰ dentibus lania-
rent. Dixit ergo petrꝰ fauſtiniano. Qm̄ quidē ſi-
mon magus eſſe videris perge antiochiā ⁊ coraꝫ
omni pplo me excuſa. ac ea q̄ de me dixit ſimon
ex ꝑſona ſui retracta. Poſt hoc ego antiochiā ve-
niam. ⁊ alienū hunc vultū a te effugabo. ⁊ ꝓpriū
vultum corā omnibꝰ reddam. Hoc tn̄ nullo modo
credendū eſt ꝙ beatꝰ petrus mentiri mādauerit
cum deus nō indigeat nr̄o mēdacio. Ideo itinera
rium clementis in quo hec ſcripta ſunt. liber apo
criphꝰ eſt. nec vt quibuſdā placet ſuſcipiēdus eſt
in talibus. Uerū tn̄ dici pōt ꝙ petrus ſi diligēter
verba ſua ꝯſiderētur nō ſibi dixit vt ſimonē ma-
gum eſſe ſe diceret ſed vt pplo effigiem faciei ſuꝑ
indutam oſtēdens petrū ex perſona ſimonis cō
mendaret. ⁊ mala que dixerat reuocaret. Et ille
dixit ſe eſſe ſimonē: nō quantū ad veritatē: ſꝫ quā-
tū ad apparentiā. Unde qd̄ infra dixit fauſtinia-
nus. Ego ſimon ⁊c. Sic debet accipi. id eſt. quātū
ad apparentiā videor eſſe ſimon. Fuit ergo ſimō
ſupple putatiuꝰ. Perrexit ergo fauſtinianꝰ pr̄ cle
mentis antiochiā. ⁊ pplm ꝯuocās dixit. Ego ſimō
annūcio vobis ⁊ ꝯfiteor omnia fefelliſſe de petro.
Nequaꝗ̄ enī eſt ſeductor vel magus: ſed ad ſalu
tem mundi miſſus. Quapropter ſi decetero aliqd
ꝯtra ipm̄ dixero. me tanꝗ̄ ſeductorē ⁊ maleficum
repellaris. Nunc enī penitentiā ago: q2 male me
dixiſſe cognoſco. Moneo igitur vos vt ipſi creda-
tis. ne vos ⁊ ciuitas vr̄a inſimul ꝑeatis. Cumqꝫ hec
omnia q̄ petrꝰ iuſſerat ꝯpleſſet. ⁊ iam in amorem
petri pplm incitaſſet. petrus ad eū venit. ⁊ orōne
facta effigiē vultus ſimonis ab eo penitꝰ effuga-
uit. Pplus aūt antiochenꝰ petrū benigne ⁊ cum
multo honore recepit. ⁊ ipſum in cathedra ſubli
mauit. Qd̄ audiēs ſimon illuc ꝑrexit ⁊ pplm con
uocans ait. Miror ꝙ cū vos ſalubribꝰ p̄ceptis in-
ſtruxerim. ⁊ a ſeductore petro vos cauere monu-
erim. vos ipm̄ nō ſolum audiſtis. ſed etiā epali ca
thedra ſublimaſtis. Tunc oēs cum furore aduer-
ſus eum dixerūt. Monſtro nobis ſimilis es. Nu-
diuſtercīꝰ te penituiſſe dicebas. ⁊ nūc te ⁊ nos p̄ci
pitare conaris. Et impetū in eū faciētes. cū igno
minia cū protinꝰ expulerūt. Hec oīa clemēs in li
bro ſuo de ſeipſo narrat. ⁊ hāc hiſtoriā ibidē inſe-
ruit. G Poſt hec aūt petrus cum romam ve
niſſet. ⁊ ſuam paſſionē imminere videret. clemen
tem poſt ſe epm̄ ordinauit. Mortuo igitur princi
pe aploꝝ petro. clemens vir prouidus p̄cauēs in
futurū ne ſcꝫ per hoc exemplū quilibet vellet ſibi
in eccleſia ſucceſſorē ſtatuere. ⁊ hereditate ſanctu
ariū dn̄i poſſidere. lino ceſſit. ⁊ poſtmodum cleto.
Nonnulli aſſerūt ꝙ linꝰ ⁊ cletus nō fuerūt ſummi
pontifices: ſed tn̄ petri apli coadiutores propter
qd̄ in cathalogo pontificū meruerūt annumerari.
Poſt hos aūt clemēs eligit̄ ⁊ preſidere ꝯpellitur.
Qui ita moꝝ ornamēto pollebat: vt iudeis ⁊ gen-
tilibus ⁊ omnibus xp̄ianis pplis ꝯplaceret. Sin
gulaꝝ inopes regionū nominatim ſcriptos habe
bat: ⁊ quos baptiſmi ſanctificatione mūdauerat.
non ſinebat publice fieri mēdicitati ſubiectos. Cū
itaqꝫ domicillam virginē neptem domiciani im-
peratoris ſacro velamine ꝯſecraſſet. ⁊ theodorā
vxorē ſiſinnij amici imparatoris ad fidem ꝯuertiſſꝫ
⁊ in caſtitatis ꝓpoſito manere ꝑmitteret ſiſinniꝰ
zelo ductus eccliaꝫ poſt vxorē ſuā occulte intrauit
ſcire volens ꝓpter qd̄ illa ſic eccleſiā frequētaret
At vbi a ſancto clemēte oratio fuſa eſt. ⁊ a pplo
rn̄ſum eſt. amen. ſiſinniꝰ cecus ⁊ ſurdus penitꝰ ef-
fectus eſt. Qui ſtatim pueris ſuis dixit. Cito me
tollite ⁊ foras educite. Pueri aūt per totam eccle
ſiam cum girabant: ſed ⁊ ad ianuas ꝑuenire nō
poterāt. Quos cum vidiſſet theodora ſic errātes.
primo quidem ab eis declinauit. putans ꝙ vir ſu
us eam cognoſcere poſſet. Poſtmodū aūt qd̄nam
hoc eſſet interrogauit. Qui dixerunt. Dn̄s noſter
dum vult videre ⁊ audire que nō licēt: cecꝰ ⁊ ſur-
dus factꝰ eſt. Tunc illa in orationē ſe dedit deꝑ-
cans vt vir ſuus inde exire poſſet. Et poſt oratio-
nem dixit pueris. Ite modo ⁊ ꝑducite dn̄m vr̄m
ad domū. Cūqꝫ abiſſent ſctō clemēti theodora qd̄
acciderit indicauit. Tunc ſanctꝰ rogatu theodore
ad eū venit: ⁊ ipm̄ inuenit aptis oclis nil videntē
⁊ nil penitꝰ audientē. Cumqꝫ clemens ꝓ eo oraſſꝫ.
⁊ ille auditū ⁊ lumen recepiſſet. vidēs clementeꝫ
iuxta vxorē ſuam ſtantē amens efficit̄. ⁊ ſe illuſuꝫ
magicis artibꝰ ſuſpicat̄. Precepitqꝫ ſeruis ſuis vt
tenerēt clementē dicēs. Ut ingrederet̄ ad vxoreꝫ
meam magicis artibꝰ me excecauit. Precepitqꝫ
miniſtris vt clementē ligarent ⁊ ligatū traherēt.
At illi ligātes columnas iacētes ⁊ ſaxa: putabāt
ſicut ſiſinnio videbatur ꝙ ſanctū clementem cum
ſuis clericis traherēt ⁊ ligarēt. Tunc clemens ſi-
ſinnio ait. Quia ſaxa deos dicis. ſaxa trahere me-
ruiſti. Ille aūt vere eum ligatum exiſtimans ait.

Ego te interfici faciam. Clemens aūt inde abſce-
dens, theodoram rogauit ne ab oratione ceſſaret
donec virū ſuum dn̄s viſitaret. Oranti igitur the-
odore petrus apl's apparuit dicēs. Per te vir tuꝰ
ſaluabitur: vt impleatur quod dixit frater meus
paulus. Saluabitur vir infidelis per mulierē fi-
delem. Et hec dicēs abſceſſit. Statimqꝫ ſiſinnius
vxorem ſuā ad ſe vocauit: obſecrans vt pro ſe ora
ret. ⁊ ſanctū clementē ad ſe vocaret. Qui cum ve-
niſſet ipſum in fide inſtruxit. ⁊ eum cum. cccxiij. de
domo ſua baptiſauit. Per hunc autem ſiſinnium
multi nobiles ⁊ amici nerue impatoris dn̄o credi-
derunt. Tūc comes ſacroꝝ pecuniā multis dedit.
⁊ ꝯtra ſanctū clementē ſeditionē maximā excita-
uit. T ❡ Tunc mamertinꝰ vrbis prefectus po-
puli ſeditionē maximā non ferens. ad ſe clemen-
tem adduci fecit. Quem cū redargueret. ⁊ ad ſe in
clinare attēptaret. Ille ait. Optarē te ad rationē
accedere. Nam ſi canes multi ꝯtra nos latraue-
rint. ⁊ morſibꝰ attrectauerint. nunꝗ̄ hoc nobis au
ferre pn̄t ꝙ nos ſumus rationabiles homines. et
ipſi ſūt irrōnabiles canes. Seditio aūt ab impitis
exorta. oñdit ſe nichil hr̄e certū vel verū. Tūc ma
mertinꝰ de eo traiano impatori ſcribēs rn̄ſum ac-
cepit. ꝙ aut ſacrificaret. aut trāſpontū mare in he-
remo qd̄ adiacet ciuitati terſone ipſum in exilium
mitteret. Tunc prefectꝰ clemēti cū lachrimis ait.
Deus tuus quem pure colis ipſe te adiuuet. Pre
fectus aūt ei nauem tribuit. ⁊ oīa neceſſaria mini
ſtrauit. Multi aūt clerici ⁊ laici ipſum in exilium
ſunt ſecuti. Profectꝰ aūt in inſulā. inuenit ibi pluſ
ꝗ̄ duo milia xp̄ianoꝝ ibidē. iam dudū ad ſecanda
marmora damnatoꝝ. Qui ſanctū clementē viden
tes. ſtatim in fletū ⁊ lachrimas ꝓruperūt. Quos
ille ꝯſolans ait. Non meis meritis ad vos me mi
ſit dn̄s vr̄e corone participē me fieri. Et cū ab eis
didiciſſet ꝙ a ſexto miliario aquā ſuis hūeris de-
portarēt. dixit eis. Oremꝰ oēs dn̄m iheſum xp̄m.
vt ꝯfeſſoribꝰ ſuis fontē in loco iſto ac venas aque
aperiat. Et qui ꝑcuſſit petrā in deſerto ſina ⁊ flu-
xerunt aque in abundātia. ipſe nobis laticē afflu
entē impartiat: vt de eiꝰ beneficijs gratulemur.
Cunqꝫ oratione facta hincinde circūſpiceret. vidit
agnum ſtantē qui pede erecto dextro quaſi locū
cp̄o oñdebat. Et intelligēs dn̄m iheſum xp̄m eſſe
quem ſolus ipſe videbat. perrexit ad locū ⁊ dixit.
In nomine patris ⁊ filij ⁊ ſpiritusſancti in iſto lo-
co ꝑcutite. Sed cū nullus in iſto loco in quo agnꝰ
ſteterat ꝯtingeret. ipſe accepto breui ſarculo leui
ictu locū ſub pede agni ꝑcuſſit. ⁊ ſtatim maximus

fons erupuit. ⁊ in fluuiū creuit. Tunc vniuerſis
gaudentibus ſanctꝰ clemēs ait. Fluminis impetꝰ
letificat ciuitatē dei. Ad hanc famā multi ꝯflu-
xerunt. ⁊ vna die quingēti ⁊ ampliꝰ ab eo baptiſma
ſuſceperūt. ⁊ ydoloꝝ tēpla deſtruētes ꝑ totā pro-
uinciā intra annū vnū. lxxv. eccleſias edificaue-
runt. Poſt tres aūt annos traianꝰ impator qui ce
pit anno dn̄i. cvi. hoc audiēs. quēdā ducē illuc mi
ſit. Qui cum oēs libēter mori ꝯſpiceret. multitudi
ni ceſſit. ⁊ ſolum clementē ligata ad collū eius an-
chora in mare p̄cipitauit dicēs. Iam nō poterunt
ipſum pro deo colere xp̄iani. Stāte aūt oī multi-
tudine ad litus maris. corneliꝰ ⁊ phebus diſcipli
eius oēs orare p̄ceperūt. vt dn̄s corpus ſui marti
ris eis monſtraret. Statimqꝫ mari per tria milia-
ria recedēte: oēs ꝑ ſiccū ingreſſi. inuenerūt in mo-
dum templi marmorei habitaculū a deo paratū.
⁊ ibi in archa corpꝰ ſancti clemētis. ⁊ anchorā iu-
xta eū. Reuelatū eſt aūt diſcipulꝭ eiꝰ ne inde tol-
lerēt corpꝰ eius. Omni aūt anno tp̄e paſſiōis per
ſeptē dies ad tria miliaria mare recedit. ⁊ ſiccum
iter aduenientibꝰ tribuit. I ❡ In vna aūt ſolen-
nitatū mulier cū filio ſuo paruulo ad locū acceſſit
Completis autē feſtiuitatibꝰ ſolennijs cum puer
obdormiret. ſonus inundantiū aquaꝝ ſubito fa-
ctus eſt. Mlier aūt territa: ⁊ filij ſui oblita. cū reli
qua multitudine ad ripā aufugit. Que poſtmodū
filij memor cū eiulatu maxīo flebat. ⁊ vſqꝫ ad ce-
lum lamētabiles voces dabat. ac ꝑ litora clamās
⁊ eiulās diſcurrebat: ſi forte filij corpꝰ a litoribus
eiectū videret. Sed cū in ea ſpes oīs deficeret ad
domū redijt. ⁊ totū illum annū in fletu ⁊ merore
duxit. Poſt annū igitur apto mari oēs anticipās
ad locū ꝯcita venit. ſi de filio forte aliqd̄ veſtigiū
inuenire poſſet. Cum ergo ante tumulum ſancti
clementis ſe in orationē dediſſet. ſurgens vidit in
fantē in loco vbi eū reliq̄rat dormientē. Eſtimās
aūt eum eſſe defunctū. accesſit ꝓpius quaſi corpꝰ
collectura exanime. Sed cū eū dormientē cogno
uiſſet. excitatū velociter ſpectātibus ppl'is inco-
lumem in vlnis leuauit. ⁊ vbinā per illū annum
fuerit requiſiuit. Ille aūt ſe neſcire rn̄dit. ſi annꝰ
integer preterierat: ſꝫ tm̄ vniꝰ noctis ſpacio ſe ſua
uiter dormiſſe putabat. ❡ Ambro. in prefatione
ſic ait. Cū iniquiſſimꝰ ꝑſecutor beatū clementē pe
nis afficere a diabolo cogeret. non ei tormentum
intulit ſed triumphū. Iactatur ergo martir in flu-
ctibus vt mergeretur. et ex hoc ꝑuenit ad premiū
vnde petrus magr̄ eiꝰ ꝑuenit ad celum. Amboꝝ
ergo in fluctibꝰ xp̄s approbās mentes. clementē

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

# De ſancto Criſogono

ad palmam victorie de profundo reuocat petrum
ad celeſtia regna in eodem elemēto ne mergere⸗
tur eleuat. ¶ Refert leo hoſtieñ. epūs ꝙ tpe quo
michael imperator noue rome regebat imperium
ſacerdos quidā nomine pħus qui ob ſummū in⸗
geniū a puericia fuerat ſic vocatus. cum terſonam
perueniſſet. ⁊ de his que narrātur in hiſtoria cle⸗
mentis habitatores interrogaſſet: q̄ aduene po⸗
tius ꝙ̄ indigene erant. ſe neſcire profeſſi ſunt. Si
quidē miraculum marini receſſus ob culpam in⸗
habitantiū iam diu ceſſauerat. ⁊ ob incurſum bar
baroꝝ tempore marini receſſus venientium tem
plum deſtructum fuerat. ⁊ archa cū corpore ma⸗
rinis fluctibꝯ obruta erat. exigētibus culpis inha
bitantiū. Sup quo miratus pħus ⁊ accedens ad
ciuitaculam nomine georgiā cum epō ⁊ clero ac⸗
ceſſit ad querendū ſacras reliquias ad inſulam in
qua eſtimabāt eſſe corpus martiris. Ubi cū hym⸗
nis ⁊ orationibus fodientes: diuina reuelatione
inuenerunt corpus ⁊ anchorā cum qua fuerat in
mare proiectū. ⁊ deportauerūt terſonaꝫ. Deinde
ꝑdictus pħus cuꝫ corpore ſancti clementis romā
venit. ⁊ multis oſtenſis miraculis in eccl'ia q̄ nunc
dicitur ſancti clemētis. honorifice corpus colloca
tum fuit. In quadā aūt cronica legitur ꝙ mari ab
illo loco exiccato. a beato cirillo moranoꝝ epō ro
mam tranſlatum eſt.

## ¶ De ſancto criſogono. clxviii. A



CRiſogonus iuſſu diocleciani in carcere re
cludit. vbi ſctē anaſtaſie alimonijs foue⸗
batur. Cū ergo anaſtaſiā vir eiꝯ in artiſſi
mam cuſtodiā poſuiſſet. criſogono qui eā erudie⸗
rat talia ſcripta direxit. Sācto ꝯfeſſori xp̄i criſogo
no anaſtaſia. Sacrilegi iugū mariti ſuſcepi: cuiꝯ
deo miſerāte thoꝝ mētita infirmitate declinans.
die noctuqꝫ dn̄i nr̄i ihesu xp̄i amplector veſtigia.
Cum iſte patrimoniū meū ex quo illuſtratur cuꝫ
indignatiōe ac turpibus ydolatris exhauriat. me
quoqꝫ velut magā atqꝫ ſacrilegā cuſtodie tā gra⸗
uiſſime mācipauit: vt me vitam tpalem amittere
ſuſpicer. Nichil em̄ ſupeſt niſi vt amiſſo ſpū morti
ſuccūbam. In qua morte licꝫ glorier: tn̄ mea mēs
valde ꝯteritur: q2 opes mee quas deo deuouerā a
turpibus ꝯſumūtur. Uale vir dei. memētoqꝫ mei.
Cui criſogonus ſic rn̄dit. Uide ꝙ nō ꝯturberis in
hoc ꝙ tibi pie viuenti inferātur aduerſa. Non em̄
deciperis ſed ꝓbaris. Cito ad te placitū tp̄s xp̄s
ꝯuertet. ⁊ quaſi poſt noctis tenebras floriduꝫ dei
lumen aſpicies. atqꝫ poſt glaciei frigus aurea tibi
tpa ⁊ ſerena ſuccedēt. Uale in dn̄o ⁊ ora pro me.
Deniqꝫ cum beata anaſtaſia ſic in cuſtodia artare
tur: vt vix ei panis quadrās daretur. eſtimans ſe
morituram ſancto criſogono ep'l'am in hec verba
ſcripſit. Confeſſori xp̄i criſogono anaſtaſia. Finis
venit corporis memēto mei: vt egredientē aīam
meā ipſe ſuſcipiat: pro cuiꝯ amore iſta ſuſtineo q̄
ex ore huiꝯ vetule recognoueris. Cui ille reſcripſit
Supeſt vt lumē tenebre antecedāt: ſicut etiā poſt
infirmitatē ſalus reuertit: ⁊ vita poſt mortē pro⸗
mittitur. Uno fide ꝯcludūtur ⁊ aduerſa huiꝯ mū⸗
di ⁊ ꝓſpera. ne vel triſtibꝯ deſpatio vl' letis elatio
dn̄etur. Unū mare eſt in quo nauicule corpis nr̄i
velificāt. ⁊ ſub vno corpis gubernatore aīe nr̄e
nautico fungūtur officio. Quoꝝ duꝫ igitur naues
fortiſſimis carinaꝝ nexibꝯ ſolidate crebros equo⸗
ris ꝯcitatos fluctꝯ ille pretereūt. Quorundā vero
fragiles iuncture lignoꝝ etiā in tranquillo vicinū
morti ꝯficiūt curſum. Tu aūt o xp̄i famula crucis
tropheū tota mēte ꝯſtringe. ⁊ teipſam ꝑpara ad
opus dei. Igit diocleciānꝯ aquilegie ꝑtibꝯ poſitus
ceteros xp̄ianos occidēs. ſanctū criſogonū ſibi pre
ſentari iuſſit. Cui cū diceret. Accipe ptātem prefe
cture tue ⁊ ꝯſulatū generis tui: ⁊ ſacrifica dijs. re
ſpondit criſogonꝯ. Unū deū in celo adoro. ⁊ digni
tates tuas quaſi lutū ꝯtemno. Data igit ſup eum
ſentētia. ad quendā locū ducitur. ⁊ ibidē ꝓtinus
decollatur. Circa annos dn̄i. cclxxxviij. Cuiꝯ cor⸗
pus cū capite ſanctus ſelꝯ preſbiter ſepeliuit.

## De ſancta katherina .clxviii. A



Katherina dicit a catha qđ eſt vniuerſum
et ruina. quaſi vniuerſalis ruina. Om⸗
ne enim edificium diaboli in ea vniueſa⸗
liter corruit. Nam in ea corruit edificium ſupbie:
per humilitatē quam habuit;. carnalis ꝯcupiſcen
tie per virginitatē quā ſeruauit. cupiditatis mū⸗
dane: qꝛ omnia mūdana deſperit. Uel katherina
quaſi cathenula. ipſa eñ ſibi per bona opa quan⸗
dam cathenā fecit ꝑ quā vſqꝫ ad celū aſcēdit. Que
quidē cathena ſiue ſcala quatuoꝛ gradus habet q̄
ſunt innocētia opis. mūdicia cordis. deſpectio va⸗
nitatis. ⁊ locutio veritatis. Quos ꝓpħa per ordi⸗
nem ponit dicēs. Quis aſcendit in montē dñi. ⁊c.
Et rñdet. Innocēs manibꝰ ⁊ mūdo corde q̄ nō ac⸗
cepit in vano animā ſuā. necqꝫ iurauit in dolo ꝓxi
mo ſuo. Qualr aūt iſti quatuoꝛ gradus in beata
katherina fuerūt patet ex legēda ſua. B

Katherina coſti regis filia. omnibus libe⸗
raliū ſtudijs erudita fuit. Cū aūt maxē⸗
cius impatoꝛ oēs tam diuites q̄ꝫ paupes
ad alexandriā ꝯuocaret vt ydolis immolarent. ⁊
xpianos immolare nolētes puniret. katherina cū
eſſet annoꝝ. xviij. ⁊ in palacio diuitijs ⁊ pueris
pleno. ſola remanſiſſet. audiens animaliū diuer⸗
ſoꝝ mugitus et cantantium plauſus. miſſo illuc
nuncio inquiri iuſſit celeriter quid hoc eſſet. Qđ
dum didiciſſet aſſumptis aliquibus de palacio ſi⸗
gno crucis ſe muniens illuc acceſſit. ibiqꝫ multos
xpianos metu mortis ad ſacrificia duci ꝯſpexit.
Que vehemēti doloꝛe cordis ſauciata. ad impe⸗
ratoꝛem ſe audacter ingeſſit. Et ſic ait. Saluta⸗
tionem tibi proferre imperatoꝛ ⁊ oꝛdinis digni⸗
tas ⁊ rationis via pmonebat. ſi creatoꝛem ce⸗
loꝝ agnoſceres ⁊ a dijs animū reuocares. Stans
qꝫ ante ianuā templi. per varias ꝯcluſiones ſilo⸗
giſmoꝝ allegorice ⁊ methonomice diſerte ⁊ myſti
ce multa cum ceſare diſputauit. Deinde rediens
ad cōmune colloquiū dixit. Hec tibi tanq̄ ſapiēti
proferre curaui. Nūc aūt quare incaſſum ꝯgrega⸗
ſti hanc multitudinē ad colendā ſtulticiā ydoloꝝ?
Miraris hoc templum manu artificum operatū.
miraris oꝛnamenta pcioſa que velut puluis an
te faciē venti erunt Mirare potius celum ⁊ terrā
mare ⁊ omnia que in eis ſunt. Mirare oꝛnamen⸗
ta celoꝝ. ſolem videlꝫ ⁊ lunam ⁊ ſtellas. Mirare
famulatū coꝝ qualiter a mūdi initio vſqꝫ ad finē
nocte ⁊ die currūt ad occidentē. ⁊ redeunt ad ori⸗
entem. nec vnq̄ fatigantur. Et cum hec aniaduer
teris. interroga ⁊ diſce quis ſit coꝝ potētioꝛ. Cū
aūt ipſum ipſo donante intellexeris. nec ſilem illi
inuenire valueris. ipſum adoꝛa. ipſum gloꝛifica.
Ipſe eñ eſt deus deoꝝ. ⁊ dñs dñantium. Cūqꝫ
de filij incarnatione ſapienter plurima diſputaſſꝫ
ſtupefactꝰ ceſar non valuit ad hec rñdere. Tandē
ad ſe reuerſus. dixit ad eam. Sine o mulier. ſine
nos finire ſacrificium. ⁊ poſt hoc tibi reſponſa red
demus. Precepit igitur eam ad palacium duci. ⁊
cum diligentia cuſtodiri. admirans nimium eius
prudentiā ⁊ coꝛpoꝛis pulcritudinē. Erat eñ ſpe⸗
cioſa valde. ⁊ incredibili pulcritudine omniū ocu
lis admirabilis videbat ⁊ gratioſa. Ueniēs igitur
ceſar ad pallaciū. dixit katherine. Audiuimꝰ tuā
eloquentiā. ⁊ mirati ſumꝰ tuam prudentiā: ſed in
deoꝝ ſacrificijs occupati omnia plene intelligere
nequiuimꝰ. Nunc aūt ab inicio progeniē tuam re
quirimꝰ. Et ſancta katherina ad hoc. Scriptū eſt
Nec te collaudes nec te culpaueris ipſe. Hoc fa⸗
ciunt ſtulti quos gloꝛia vexat inanis. Confiteoꝛ
tñ meā progeniē nō tumoꝛe iactantie: ſed humili
tatis amoꝛe. Ego eñ ſum katherina: coſti regis
vnica filia. Que q̄uis in purpura nata. ⁊ libera⸗
libus diſciplinis nō mediocriter inſtructa. hec tñ
omnia ꝯtemſi. ⁊ ad dñm iheſum chꝛiſtum ꝯfugi.
Dij aūt quos colis nec te nec alios iuuare poſſunt
O igitur infelices taliū numinū cultoꝛes quibus
aduocatis. in neceſſitate nō aſſunt. in tribulatio⸗
ne non ſuccurrunt. in periculis nō defendūt. Cui

rex. Si ita eſt vt dicis totus mundus errat. ⁊ tu ſo
la verū dicis. cum tñ omne verbū in ore duoꝝ vel
trium teſtiū ꝯfirmetur. Si angelus eſſes. ſi celica
virtus. adhuc tibi credere nemo deberet. quāto-
minꝰ cū femina fragilis eſſe ꝓbaris? Cui illa. Ne
obſecro ceſar a furore tuo te vinci ꝑmittas. vt in
ſapiētis animo nō ſtet turbatio dira. Sic nāqꝫ poe
ta ait. Tu ſi animo rexeris rex eris. ſi corpe ſeruus.
Et rex. Ut video peſtifera calliditate nos illaque
are diſponis dū per exēpla pħoꝝ ſermonē ꝓtra-
here niteris. Uidens aūt ceſar ꝙ eius ſapiētie ob
uiare nō poſſet: mādauit occulte per lr̃as vt oēs
grāmatici ⁊ rhetores ad pretoriū alexandrie feſti
nanter venirēt. immēſa mūera recepturi. ſi ꝯcio-
natricē virginē ſuis aſſertionibꝰ ſuparent. ¶

¶ Adducti ſunt igit̃ de diuerſis ꝓuinciis qnqua
ginta oratores: q̄ oēs mortales in omni mūdana
ſapiētia excellebāt. Quibꝰ interrogātibus cur tā
de remotis ꝑtibꝰ euocati fuiſſent. Ceſar reſpōdit
Eſt apud nos quedā puella ſenſu ⁊ prudentia in-
comparabilis que oēs ſapiētes ꝯfutat. ⁊ deos no
ſtros demones eſſe affirmat. Quā ſi ſupauerit
cum honore magno ad ꝓpria redibitis. Ad hec
vnus indignatꝰ ſtomachāti voce rn̄dit. O magnū
imperatoris ꝯſiliū: qui ob vniꝰ degenerē puelle
ꝯflictū ſapiētes mūdi de remotis partibꝰ aduoca
uit: cum vnꝰ ex noſtris cliētulis eam poterat le-
uiſſime ꝯfutare. Et rex. Poterā quidam hanc vi
ad ſacrificandū impellere. aut penis extinguere.
ſꝫ meliꝰ iudicaui: vt vr̃is argumētis penitꝰ ꝯfute
tur. Cui illi dixerūt. Adducatur corā nobis puella
vt ſua temeritate ꝯuicta. nunꝙ̄ ſe ſapiētes vidiſ-
ſe cognoſcat. Sed cum virgo certamen qđ ſibi im
minebat didiciſſet: totā ſe dño cōmendauit. Et ec
ce angelus dñi aſtitit ſibi. ⁊ vt ꝯſtāter ſtaret ad-
monuit: aſſerēs ꝙ nō ſolum ab his vinci nō pote
rit: ſed inſuꝑ illa ipſos ꝯuerſos ad palmā marti-
rii deſtinabit. Cum ergo coram oratoribꝰ adducta
fuiſſet: dixit imꝑatori. Quali iudicio ꝯtra vnā pu
ellā quinquaginta oratores opponis quos ⁊ pro
victoria remunerādos ꝓmittis ⁊ me ſine ſpe mer
cedis pugnare compellis? Erit tñ merces michi
dñs iheſus xp̄s qui eſt ſpes ⁊ corona pro ſe certā-
tium. Uerū cū oratores deū fieri hominē. aut pa-
ti impoſſibile dicerēt. virgo etiā hoc a gētilibꝰ p̄-
dictū eſſe oñdit. Nam plato aſtruit deum circūro
tundum ⁊ decurtatū. Sibilla quoqꝫ ſic ait. Felix il
le deus ligno qui pendet ab alto. Cū igitur virgo
cū oratoribꝰ ſapiētiſſime diſputaret. ⁊ eos apertis
rōnibus ꝯfutaret. ſtupefacti illi. quid dicerēt non

inuenientes. muti penitus ſunt effecti. Tūc impe
rator contra eos nimio furore repletꝰ. increpare
eos cepit. cur ab vna puella tam turpiter ſe vinci
ꝑmitterēt. Tunc vnꝰ magr̃ alioꝝ ſic ait. Noueris
imꝑator ꝙ nullus vnꝙ̄ ante nos ſtare potuit. qn
ꝯtinuo vinceretur. Hec aūt puella in qua ſpiritꝰ
dei loquitur. ſic nos in ammirationē ꝯuertit. vt cō
tra xp̄m aliqđ dicere. aut oīno neſciamꝰ. aut peni
tus formidemꝰ. Unde imꝑator ꝯſtāter fatemur ꝙ
niſi ꝓbabiliorē ſententiā de his quos vſqꝫ modo
coluimꝰ ꝓtuleris. Ecce oēs ad xp̄m ꝯuertimur.
Audiens hec tirannꝰ nimio furore ſuccenſus oēs
in medio ciuitatis ꝯcremari iuſſit. At virgo ipſos
ꝯfortans ad martiriū ꝯſtantes efficit. ⁊ de fide di-
ligenter inſtruit. Et cū dolerent ꝙ ſine baptiſmo
decederēt. virgo rn̄dit. Ne timeatis: qꝛ effuſio ve-
ſtri ſanguinis vobis baptiſmꝰ reputabitur ⁊ coro
ne. Cū ergo ſigno crucis muniti flammis fuiſſent
iniecti. ita animas dño reddiderūt. vt nec capilli
nec veſtimēta eoꝝ ab igne in aliquo lederentur.
Cum aūt a xp̄ianis fuiſſent ſepulti. tirannꝰ virgi-
ni loqtur dicēs. O virgo generoſa. iuuentuti tue
ꝯſule. ⁊ poſt reginā in palacio meo ſecūda vocabe
ris ⁊ imagine tua in medio ciuitatis fabricata a
cunctis velut dea adoraberis. Cui virgo. Deſine
talia dicere q̄ ſcelus eſt etiā cogitare. Ego me xp̄o
ſponſā tradidi. Ille gl̃ia mea. ille amor meꝰ. ille
dulcedo ⁊ dilectio mea. ab eius amore nec blan-
dimēta nec tormēta me poterunt reuocare. Tunc
ille furore repletꝰ: iuſſit eā ſpoliatā ſcorpionibꝰ ce
di: ⁊ ceſā in obſcurū carcerē tradi. ibiqꝫ diebꝰ. xii.
fame cruciari. ¶

¶ Rege autē pro quibuſdam
cauſis inſtantibꝰ extra regionis ꝯfinia ꝓcedente.
regina eius nimio amore ſuccenſa: cū principe mi-
litū nomine porphirio media nocte ad carcerem
virginis properauit. Quo cum regina introiſſet:
vidit carcerem ineſtimabili claritate fulgētem. ⁊
angelos plagas v̄ginis perungētes. Incipiēſqꝫ
virgo eterna ei gaudia p̄dicauit. ⁊ ad fidem ꝯuer-
tens martirii coronā eidem p̄dixit. Sicqꝫ vſqꝫ ad
mediam noctē ſermonē ꝓtraxerūt. Que cum oīa
porphiriꝰ audiſſet: ad pedes virginis ꝓcidit. ⁊ cū
ducētis militibꝰ fidem xp̄i recepit. Quia vero per
duodecim dies ſine cibo tirānus eſſe eam iuſſerat
xp̄s ꝑ hos dies miſſa de celo candida columba ce-
leſti eum cibo refouebat. Deinde dñs cū multitu
dine angeloꝝ ⁊ virginū eidem apparuit dicens.
Agnoſce filia creatorē tuū. pro cuiꝰ nomine labo
rioſum ſubiiſti ꝯflictū ꝯſtans eſto qꝛ tecū ſum. Re
diēs igitur imperator eam ſibi preſentari iuſſit. et

videns eam ſplēdentē quā ſubito ieiunio eſtima
bat afflictā. putauit ꝙ eam aliquis in carcere ſu-
ſtentaſſet. ⁊ furore replet⁹ cuſtodes torqueri ꝑce-
pit. Jlla vero ait. Ego cibū ab hoīe nō accepi: ſed
xp̄s me ꝑ ſuū angelū enutriuit. Cui impator. Re-
conde oro qd̄ moneo in corde tuo. ⁊ noli dubijs re
ſpōdere ſermonib⁹. Non te quaſi famulā poſſide
re cupim⁹ ſed regina potens ⁊ electa decore in re
gno meo triūphabis. Cui virgo. Attēde ⁊ tu obſe
cro. ⁊ iudicij examine veridica ſanctione decerne
quē magis eligere debeo. An potentē eternū glo
rioſum ⁊ decorū. vel infirmū mortalē ignobilē ⁊
deformē. Tunc impator indignat⁹ ait. E duob⁹
tibi vnū elige. aut ſacrificare vt viuas. aut exqui-
ſita tormēta ſubi vt pereas. Et illa. Quecūqꝫ tor
menta potes cogitare ne differas: qꝛ carnē ⁊ ſan-
guinē meum xp̄o offerre deſidero. ſicut ⁊ ipſe pro
me ſeipſū obtulit. Jpſe enī deus me⁹. amator me-
us. paſtor ⁊ ſponſus vnicus me⁹. Tūc quidā pre-
fect⁹ furēti regi ſuaſit. vt infra triduū quatuor ro-
tas ferris ferreis ⁊ clauis acutiſſimis circūſeptas
ꝑpararet. vt eā tam horribile tormentū diſſecaret
⁊ ceteros xp̄ianos tā dire mortis exēpluꝫ terreret
Ordinatūqꝫ eſt vt due vno ordine voluerētur. due
aūt ↄtrario impetu agerētur. vt ille deorſuꝫ lace
rando ↄtraherēt. ille repugnātes ſurſum deuorā
do impingerēt. Tūc beata virgo dn̄m exorauit. vt
ad laudem ſui nominis ⁊ ↄuerſionē ppl̄i circum-
ſtantis ipſam machinā diſſiparet. Et ecce angel⁹
dn̄i molam illam cū tanto impetu diuellendo cō-
cuſſit. ꝙ quatuor milia gentilium interemit. E
¶ Regina aūt que deſuper hoc aſpiciebat. ⁊ vſqꝫ
tunc celauerat. ſtatim deſcēdens imperatorē de
tāta ſeuicia durius increpauit. Rex aūt furore re
pletus cum regina ſacrificare ↄtēneret: iuſſit eam
extractis prius mā̄mill' decollari. Que cū ad mar
tiriū duceretur: katherinam rogauit vt ꝓ ſe dn̄m
ꝑcaretur. Que r̄ndit. Ne timeas a deo dilecta re-
gina qꝛ tibi hodie pro trāſitorio regno cōmutabit
eternū. ⁊ pro mortali ſponſo tibi immortalē acq-
res. Tūc illa ↄſtans effecta tortores hortabatur.
ne qd̄ iuſſi fuerant facere morarētur Miniſtri igi
tur extra ciuitatē eam ducentes. ferreis haſtilib⁹
mā̄millas eius euellunt. ⁊ poſt caput eius preci-
dunt. Cui⁹ corpus porphirius rapiens ſepeliuit.
Sequēti die cum de corpore regine queſtio fieret
et multos ex hoc ad ſupplicium tirannus protra-
hi iuberet. porphirius prorūpens in mediū excla
mauit. Ego ſum qui chriſti famulam ſepeliui. et
chriſti fidem recepi. Tunc maxencius amens effe
ctus. rugitum terribilem emittens exclamauit.
O me miſeriū ⁊ omnibus miſerandū. ecce porphi
rius qui erat vnicus anie mee cuſtos. ⁊ totius la
boris ſolaciū decept⁹ eſt. Qd̄ cū ſuis cōmilitibus
referret. illi ꝓtinus r̄nderunt. Et nos xp̄iani ſu-
mus. ⁊ mori parati ſum⁹. Tunc ceſar furore ebri⁹
ꝑcepit oēs cū porphirio decollari. ⁊ corpora coꝝ
canibus dimitti. Deinde katherinā aduocās ait.
Quāuis arte magica reginam mori feceris. ſi tn̄
reſipueris prima in palacio meo eris. Hodie igi-
tur aut dijs ſacrifica. aut caput amittes. Cui illa.
Fac quecunqꝫ aio ↄcepiſti. paratā enī me vide-
bis ad omnia ſuſtinenda. Data igitur ſup eā ſen
tentia. decollari iubetur. Que cuꝫ ad locum dedu-
cta fuiſſet. erectis in celū oculis orauit dicens. O
ſpes ⁊ ſalus credentiū. o decus ⁊ gloria virginū.
Jheſu rex bone obſecro te. vt quicunqꝫ paſſionis
mee memoriam egerit ſeu in exitu anie ſue vel in
quacūqꝫ neceſſitate me inuocauerit. tue ꝓpiciati-
onis ↄſequatur effectū. Factaqꝫ eſt vox ad eam di
cens. Ueni dilecta mea ſponſa mea. ecce tibi celi
ianua aperta eſt. Nam ⁊ his qui paſſionē tuā de-
uotis mentibus celebrauerint. optata ꝑſidia pro-
mitto de celis. Deinde cū decollata fuiſſet. de ei⁹
corpore pro ſanguine lac emanauit. Angeli autē
corpus eius accipientes. ab illo loco ad montē ſi-
nay itinere pluſꝙ dieruꝫ viginti deduxerūt. ⁊ ibi
dem honorifice ſepelierūt. Ex cui⁹ oſſibus indeſi-
nenter oleum emanat. qd̄ cunctoꝝ debiliū mēbra
ſanat. Paſſa eſt aūt ſub maxencio ſiue maximi-
no tiranno. qui cepit circa annos dn̄i. ccc. x. Quali
ter aūt maxenci⁹ ꝓ hoc ſcelere ⁊ alijs que cōmiſit
punitus fuit. in hiſtoria de inuentione crucis ha
betur. ¶ Dicitur ꝙ quidam monachus rothoma-
genſis ad montē ſinay ꝑrexit. ibiqꝫ per ſeptem an
nos in ſeruicio beate katherine deuotus permā-
ſit. Quam cum inſtāti⁹ exoraret vt aliquid de cor-
pe ei⁹ hr̄e mereretur: ſubito irrupit de manu illi⁹
vnus articulus digitoꝝ. Qui donū dei letus rece
pit. ⁊ ad ſuum monaſterium deportauit ¶ Fertur
quoqꝫ ꝙ dum quidam beate katherine deuot⁹ exi
ſteret. ⁊ eam crebro in ſui adiutoriū inuocaret. ꝑ
proceſſum tp̄is mentis incuria reſolutus ⁊ deuo-
tionem mentis perdidit. ⁊ ab ipſius inuocatione
ceſſauit. Qui i orōne poſit⁹ vidit multitudinē vir
ginum ante ſe tranſeuntiū. Jnter quas vna erat
que ceteris ſplēdidior videbatur. Que cū ſibi ap
propinquaſſet faciem ſuā operuit. ⁊ ſic an̄ ipm̄ facie
velata tranſiuit. Cui⁹ ſplendorē cum ille nimium
miraretur. ⁊ q̄ eſſet interrogaret. vna ex eis r̄ndit

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

# ¶ De ſancta Katherina

hec eſt katherina quam olim cognoſcere ſolitus eras: nūc aūt qꝫ eā cognoſcere nō videris: corā te ſic velata facie tanq̄ a te ꝯgnita pertranſiuit F

¶ Notandū q̄ btā katherina mirabilis apparet in qnqꝫ. Primo in ſapiētia. ſcḋo in eloquētia. tercio in ꝯſtantia. quarto in mūdicia caſtitatis. qnto in priuilegio dignitatis. ¶ Primo admirabil' apparet in ſapiētia. In ipſa em̄ fuit oīs ſpecies ph̄ie Ph̄ia em̄ ſiue ſapiētia diuidiṫ in theoricā. practicā ꝛ logicā ¶ Theorica diuidiṫ ſcḋm quoſdā in tres ſcʒ in intellectualē. naturalē ꝛ mathematicā. Habuit igiṫ btā katherina ſapiētiā intellectualē in cognitiōe diuinoꝝ: qua maxie vſa eſt in diſputatione ꝯtra rhetores: qb⁹ vnū ſolū deū verū eſſe ꝓbauit. ꝛ deos oēs falſos eſſe ꝯuicit. Scḋo naturalem in cognitiōe oīm inferioꝝ qua maxie vſa eſt in diſputatiōe ꝯtra impatorē ſicut pꝫ ibidē. Tercio mathematicā in ꝯtēptu terrenoꝝ. hec em̄ ſciencia ſcḋm boeciū ſpeculaṫ formas ſine materia in abſtractiōe. Hāc btā katherina habuit qn̄ animū ſuū ab omni materiali amore abſtraxit. Hanc em̄ ſe hr̄e oſtendit cū impatori interroganti r̄ndit. Ego em̄ ſum katherina coſti regis filia que quāuis in purpura nata ꝛc. Hac maxie eſt vſa cū reginā ad ꝯtemptū mundi. ꝛ deſpectū ſui. ꝛ deſideriū regni eterni animauit. ¶ Practica aūt diuidiṫ in tres. ſcʒ in ethicā. yconomicā ꝛ publicā ſiue politicam. Prima docet mores informare: ꝛ ſe virtutib⁹ exornare. ꝛ ꝑtinet ad omnes. Secūda docet familiā bene componere. ꝛ pertinet ad patreſfamilias. Tercia docet vrbes ꝛ ꝑplos ꝛ rēpublicā bene regere. ꝛ ꝑtinet ad rectores vrbiū. Hanc etiam triplicem ſcientiā habuit btā katherina. Primā em̄ habuit. cū ſe omni moꝝ honeſtate ꝯpoſuit. ſcḋam cum familiā ſuam que ſibi magna relicta fuit laudabil'r rexit. terciā cū impatorē ſapiēter inſtruxit ¶ Logica diuidiṫ in tres ꝑtes. ſcʒ in demonſtratiuā ꝓbabilē ꝛ ſophiſticā. Prima ꝑtinet ad ph̄os ſcḋa ad rhetores ꝛ dialeticos. tercia ad ſophiſtas Hanc etiam triplicē ſcientiā habuiſſe videṫ cum de ea ſcribitur. Per varias ꝯcluſiones ſilogiſmorum allegorice ꝛ methonomice diſerte ꝛ myſtice multa cū ceſare diſputauit. ¶ Scḋo fuit admirabil' in eloquētia. Habuit em̄ eloquentiā facūdiſſimam in ꝑdicādo. ſicut patet in ſuis ꝑdicationib⁹. Diſertiſſimā in rationē reddēdo. ſicut patet cū diceba impatori. Miraris hoc templū manu artificum fabricatū. Suauiſſimā in attrahendo ſicut patet in porphirio ꝛ in regina quos eloquij ſui ſuauitate ad fidē attraxit. Efficaciſſimā in ꝯuincē do ſicut patꝫ in rhetoribus quos tam potenter ꝯuicit. ¶ Tercio in ꝯſtantia. Fuit em̄ ꝯſtantiſſima in minis illatis qꝫ ipſas ꝯtēpſit. Vn̄ impatori ſibi minanti r̄ndit. Quecūqꝫ tormēta potes cogitare ne differas: qꝫ carnē ꝛ ſanguinē meū chriſto offerre deſidero. Item. Fac quecunqꝫ animo ꝯcepiſti: paratā em̄ me videbis ad omnia ſuſtinēda. Scḋo in donis oblatis: qꝫ ea reſpuit. Unde cum imperator ſibi ꝓmitteret q̄ eam in palacio ſecundā hr̄et r̄ndit. Deſine talia dicere que ſcelus eſt etiā cogitare ꝛc. Tercio in ſupplicijs irrogatis: qꝫ ea ſuperauit. ſicut patet cū fuit poſita in carcere ꝛ ſup rotam. ¶ Quarto in mundicia caſtitatis. Seruauit em̄ caſtitatē inter ea que caſtitas ꝑiclitari ſolet. Quinqꝫ em̄ ſunt in quib⁹ caſtitas ꝑiclitatur. ſcʒ affluentia reſoluēs. oportunitas inducēs. iuuentus laſciuiēs. libertas effrenās. pulcritudo alliciens. Inter hec beata katherina caſtitatē ſeruauit. Habuit em̄ maximā affluentiā rerum: vtpote q̄ ſicut dn̄a tota die inter ſuos famlos verſabaṫ. Habuit iterum etatē iuuenilē. Item ſui libertatē: qꝫ ſola ꝛ libera in palacio remanſit. De his quatuor dicitur ſupra. katherina cū eſſet annoꝝ. xviij. in palacio diuitijs ꝛ pueris pleno: ſola remanſit. Habuit etiā pulcritudinem. Vn̄ diciṫ. qꝫ erat ſpecioſa valde ꝛ incredibili pulcritudine: omnium oculis admirabilis videbaṫ. ¶ Quinto in priuilegio dignitatis. Quedā em̄ priuil'a ſpālia fuerūt in aliq̄bus ſanctis dum decederēt. vt xp̄i viſitatio q̄ fuit in beato iohāne euāgeliſta. olei emanatio q̄ fuit ī beato nicolao. lactis effuſio que fuit in beato paulo ſepulcri ꝑparatio q̄ fuit in beato clemēte. peticionū exauditio que fuit in beata margaretha qn̄ orauit pro agētibus ſui memoriā. Hec aūt omnia fuerūt in beata katherina. ſicut patet in legenda. ¶ Dubitationē aūt hꝫ apud aliquos vtrū a maxētio vel a maximino martirizata ſit. Tunc em̄ tres imperiū tenebāt. ſcʒ ꝯſtantin⁹: qui ex paterna ſucceſſione imperiū ſumpſit. ꝛ maxenti⁹ maximani filius a ꝑtorianis militib⁹ rome auguſtus appellatus. ꝛ maximinus in oriētis partibus ceſar effectus. Scḋm aūt cronicas maxenci⁹ rome. maximinus vero in oriēte ꝯtra xp̄ianos tirannidē exercebat. Videṫ ergo vt aliquib⁹ placet q̄ vicio ſcriptoris ſit factū vt pro maximino maxēti⁹ poneretur.

## ¶ De ſancto ſaturnino clxix A

Saturninus ab apl'oꝝ diſcipulis ep̄s ordinatus. in vrbem tholoſanam directus eſt Cū aūt ipſo ingrediēte demones a r̄nſis ceſſarent. vnus gentilium dixit. q̄ niſi ſaturninum

# ¶ De ſancto Saturnino



occiderēt a dijs ſuis nil penitus obtinerēt. Apprehendētes igiẜ ſaturninū nolentē ſacrificare ad pedes tauri ligauerūt. eūq; ſtimulis agitātes a ſumma arce ꝑ gradus capitolij precipitauerūt. Sicq; capite ꝯfracto ⁊ cerebro excuſſo. martiriū feliciter cōſummauit. Cuius corpꝰ due femine rapiētes in ꝓfundo loco ꝓpter metum gentiliū condiderunt. Quō poſtea ſucceſſores eius ad locū reuerentiorē tranſtulerunt. Fuit et alius ſaturninus quē rome ꝑfectus diu in carcere maceratū in eculeum leuari et neruis fuſtibus et ſcorpionibꝰ cedi fecit. Deinde lateribus aduſtis depoſitū de eculeo decollari precepit. circa annos dñi. cclxxxvij. ſub maximiano.

¶ Fuit et alius ſaturninꝰ apud africā frater ſancti ſatiri. q̄ cū ꝑdicto fratre ſuo et reuocato. ⁊ felicitate ſorore dicti reuocati. necnō et cū ꝑpetua genere nobili martiriū paſſus eſt. Quoꝝ paſſio alio tpe potiſſimum recolitur. Cum ergo ꝓconſul eis dixiſſet vt ydolis īmolarēt. et illi nullatenus aſſentirēt. in carcerē miſſi ſunt. Quō vidēs pater ꝑpetue. ad carcerem flens cucurrit dicēs. Filia quid feciſti. dehoneſtaſti genus tuū? Nunq̄ aliquis de genere tuo ī carcerem miſſus fuit. Cum autē audiſſet ꝙ xpiana eſſet. in eam impetu cū digitis ad oculos irruit. et ei oculos eruere voluit. et exclamās egreſſus eſt. Uidit autē beata ꝑpetua huiuſmodi viſionē. quā in craſtino ſocijs enarrauit dicēs. Uidi ſcalā aureā mirabili altitudine vſq; ad celū erectā q̄ adeo anguſta erat. vt nō niſi vnus ⁊ paruꝰ aſcendere poterat. In dextera vero ⁊ leua erant fixi cultri ⁊ gladij ferrei limati ⁊ exacuti. ita vt aſcendens circa vel infra ſe nullatenus reſpicere poterat ſed ſurſum ad celum cū erectū ſtare oportebat. Sub ea draco teterrimꝰ ⁊ ingētis forme iacebat: ⁊ pre timore quilibet aſcēdere formidabat. Uidi etiā ſatirū ꝑ eam aſcendentē vſq; ſurſum ⁊ reſpicientē ad nos ⁊ dicentē. Ne timeatis hunc draconē: ſed ſecuri aſcēdite vt mecū eſſe poſſitis. Hec audiētes oēs grās egerunt: q: ſe vocatos ad martiriū cognouerunt.

B ¶ Preſentati igitur iudici cū ſacrificare nollēt fecit ſaturninū cum alijs viris a mulieribus ſeparari. ⁊ dixit felicitati. Habes virum? Et illa. Habeo. ſed ꝯtemno. Cui ille. Miſerere tui puella vt viuas. maxime cū infantem in vtero habeas. Ad quem ait. Fac de me quicquid vis: q: ad voluntatem tuā nunq̄ me trahere valebis. Parētes aūt beate perpetue cū viro accurrētes: infantem paruulum beate perpetue qui adhuc lactabatur adduxerūt. Et videns eam pater ſtantem ante prefectū: cadens in faciē dixit. Filia mea dulciſſima miſerere mei. ⁊ huiꝰ meſtiſſime mr̄is tue. ⁊ huiꝰ miſerrimi viri tui q̄ poſt te viuere nō valebit. Perpetua vero immobilis ſtabat. Tūc pater filiū ad collū eiꝰ iactāuit. ⁊ ipſe ⁊ mr̄ ⁊ maritꝰ eius manꝰ tenētes ⁊ flentes obſculabātur eam dicētes. Miſereri nr̄i filia ⁊ viue nobiſcū. At illa ꝓijciēs paruulū. ⁊ illos repellens ait. Diſcedite a me inimici dei mei q: nō noui vos. Uidens vero ꝑfectus eoꝝ ꝯſtantiā diutiſſime verberatos in carcere poſuit. Sancti vero dū plurimū meſti eſſent de felicitate: que octo iam menſibꝰ ꝑgnans erat: ꝓ ea orauerūt ⁊ dolores partus ſubito in eā irruerūt. peperitq; filium viuū. Quidā vero de cuſtodibꝰ dixit ad eā. Quid facies cum ante prefectū veneris ſi nūc tam grauiter cruciaris? Rn̄dit felicitas. Hic ego ꝑ me patior. ibi pro me deus patietur. Extracti igitur de carcere. ligatis poſt tergū manibus ⁊ nudatis natibus ꝑplateas ducūtur. Et dimiſſis beſtijs ſatirus ⁊ perpetua a leonibꝰ deuorātur. reuocatꝰ et felicitas a leopardis comedūtur. Beatus vero ſaturninꝰ gladio capite trūcatur. Circa annos dñi. cclvi. ſub valeriano ⁊ galieno imperatoribus.

## ¶ De ſancto iacobo interciſo.

clxx A

IAcobus martir. cognomento interciſus. nobilis genere ſed fide nobilior. ex regione perſaꝝ ⁊ ciuitate elape oriūdus fuit Hic ex chriſtianiſſimis parētibus ortus eſt: ⁊ vxorem chriſtianiſſimam habuit. Erat quoq; notiſſimus regi perſarum. ⁊ inter optimates primus.

# De ſancto Jacobo Interciſo



Accidit aũt vt a principe nimio amore ſeducere-
tur. ꝛ ad colendũ ydola flecteretur. Hec aũt ma-
ter ꝛ vxor audiētes ꝓtinus ſibi ſcripſerũt dicētes
Obediendo mortali deſeruiſti eũ qui vita eſt. pla
cendo future cito putredini deſeruiſti ſempiternũ
odorē. veritatē in mendaciũ commutaſti. ꝛ mor-
tali obtemperās viuoꝝ ac mortuoꝝ iudicem reli
quiſti. Noueris igitur nos amodo a te futuras ex
traneas. nec tecũ decetero aliquatenꝰ moraturas
Cũ aũt has lr̃as iacobꝰ legiſſet. amare flens ait.
Si mař mea que me genuit. ꝛ vxor mea a me ex-
tranee facte ſunt quantomagis a me extraneꝰ fa-
ctus eſt deus meꝰ? Cũ ergo ꝓ errore ſuo ſe pluri-
mũ afflixiſſet. nũciꝰ venit ad principē qui diceret
iacobũ chriſtianũ eſſe. Quē princeps aduocās ait
Dic michi ſi nazarenꝰ es? Cui iacobꝰ. Etiam: naza
renus ſum. Et ille. Ergo magus es? Cui iacobꝰ.
Abſit a me magũ eſſe. Cum ergo ei multa ſuppli-
cia minaret. Dixit iacobꝰ. Non me ꝯturbāt mine
tue: q2 tanq̄ vētus flans ſuꝑ petrā furor tuꝰ aures
meas cito pertranſit. Cui princeps. Noli impru-
denter agere: ne graui morte pereas. Cui iacobꝰ
Hoc nō mors ſed ſomnus potiꝰ eſt dicendum. cum
poſt modicũ reſurrectio tribuatur. Cui princeps.
Non te ſeducāt nazareni dicentes mortē eſſe ſom-
num: q2 magni imperatores timent eam. Cui ia-
cobus. Nos mortē nō timemꝰ: q2 de morte ad vi-
tam tranſire ſperamus. Tunc princeps de ꝯſilio
amicoꝝ hanc ſuꝑ iacobũ tulit ſententiā: vt ad ter
rorē alioꝝ membratim iacobꝰ puniatur. Cũ aũt
quidam ex compaſſione ſuꝑ eum flerent. Ille ait.
Nolite ſuper me flere: ſed ſuper voſipſos plangi-
te: q2 ego ad vitam pergo. ꝛ vobis ſupplicia eter
na debētur. Tunc carnifices pollicem manus eiꝰ
dextre abſciderũt. Et exclamans iacobus ait. Li-
berator nazarene ſuſcipe ramum arboris miſerie
tue. Nam a cultore vinee ſarmentũ abſciditur vi-
tis: vt potius germinet ꝛ vberius coronetur. Cui
carnifex. Si aſſentire vis. adhuc tibi parco at me-
dicamentũ adhibeo. Cui iacobus. Nonne proſpe
xiſti ſtipitē vitis: q2 cum amputātur ſarmenta. il-
le nodus qui remanet in ſuo tpe cum terra cale-
ſcere incipit per ſingula abſciſionis loca produ-
cit germina. Si ergo vitis putatur viciſſitudine
temporis vt germinet. quantomagis fidelis ho-
mo qui in vera vite xp̄o compactus eſt? Tũc acce-
dens carnifex ſcdm̄ abſcidit digitũ. Beatꝰ aũt ia-
cobus dixit. Suſcipe duos ramos quos plantauit
dextera tua dn̄e. Abſcidit ꝛ terciũ. Et dixit iaco-
bus. De triplici tēptatione liberatus benedicam
patri ꝛ filio ꝛ ſpirituiſancto. Et cũ tribus ereptis
de camino pueris ꝯfitebor tibi dn̄e. ꝛ ī choro mar
tirum pſallā nomini tuo xp̄e. Abſciſus eſt ꝛ quar
tus. Et iacobus dixit. Protector filioꝝ iſrael q̄ in
quarta benedictiōe pronũciatus es. ſuſcipe a ſer
uo tuo ꝯfeſſionē quarti digiti tanq̄ in iuda bene
dicti. Abſciſo quinto digito dixit. Completum eſt
gaudium meũ. Tunc carnifices dixerũt ei. Parce
iam nũc anīe tue ne pereas. nec ꝯtriſteris ſi vnā
manũ amiſeris q̄m multi ſunt vnam manũ tm̄ ha
bentes. ꝛ multis diuitijs ꝛ honoribus abundan-
tes. Beatus iacobus dixit. Qn̄ paſtores incipiũt
pecora tondere. nunquid dextrum tm̄ vellus auſe
runt ꝛ ſiniſtrũ dimittũt. Si ergo pecus quod ani-
mal brutum eſt totum vult vellus amittere. quan
tomagis ꝛ ego homo rationalis nō dedignabor
pro deo occidi. Accedentes igitur impij ad ſini-
ſtram manũ. digitũ minimũ exciderũt. Et iacobꝰ
dixit. Tu dn̄e cum magnꝰ eſſes: minimꝰ ꝛ paruus
ꝓ nobis fieri voluiſti. ꝛ idcirco reddo tibi corpus
ꝛ animā quā creaſti. ꝛ ꝓprio ſanguine tuo rede-
miſti. Abſciditur ſeptimus digitꝰ. ꝛ ait. Septies
in die laudem dixi dn̄o. Abſcidit octauꝰ. ꝛ dixit.
Octauo die circũciſus eſt ieſus ꝛ hebreus circũci
dit octauo die vt tranſeat ad legales cerimonias
ꝛ mens ſerui tui dn̄e trāſeat ab his incircũciſis. ꝛ
coinquinatũ habētibus prepuciũ: vt veniā ꝛ ꝯſpi
ciam faciem tuam dn̄e. Incidit. etiā nonus digitꝰ
ꝛ ait. Hora nona tradidit xp̄s in cruce ſpm̄. Unde
ꝛ ego dn̄e in dolore noni digiti tibi ꝯfiteor. ꝛ gra

tias ago. Inciditur dicimus: ⁊ ait. Decim⁹ nume-
rus eſt in ꝑceptis. ⁊ iota prima lr̄a eſt noīs ihesu
christi. ¶ Tunc quidā de aſtantibus dixerunt. O
dilectiſſime quondā noſter: profitere tm̄ corā con
ſule vt viuere valeas. Licet em̄ abſciſſe ſunt ma-
nus tue. ſunt tm̄ peritiſſimi medici qui tuis dolori-
bus valeāt ſubuenire. Quibus iacobus dixit. Ab
ſit a me huiōi nephāda ſimulatio. Nemo em̄ mit
tens manū ſuā ad aratrū. ⁊ reſpiciēs retro. apt⁹
eſt regno dei. Tunc indignati carnifices acceſſe-
runt. ⁊ pollicē pedis dextre abſciderūt. Et iacob⁹
dixit. Pes xp̄i perforat⁹ eſt ⁊ ſanguis exiuit. Ab-
ſciditur ſecūdus pedis digitus. ⁊ ait. Magna mi-
chi dies hec eſt pre oībus dieb⁹. hodie quippe ad
deum fortē ꝯuerſus ibo. Abſciderūt ⁊ terciū ⁊ an
ipſum proiecerūt. Et ſubridēs iacobus dixit. Va-
de tercie digite ad ſocios tuos. ⁊ quēadmodū gra
num tritici multū fructū affert. ita ⁊ tu in nouiſſi-
mis diebus cum ſocijs tuis requieſces. Abſcidit
quart⁹. ⁊ ait. Quare triſtis es aīa mea. ⁊ quare
ꝯturbas me. Spero ī deo qm̄ adhuc ꝯfitebor illi
ſalutare vultus mei: ⁊ deus meus. Abſciditur qn
tus. ⁊ ait Nunc incipiā dicere ad dn̄m qm̄ dignum
me fecit ſociū ſeruis ſuis. Tunc accedētes ad pe-
dem ſiniſtrū digitū paruū abſciderūt. Et dixit ia
cobus. Digite parue ꝯfortare: q: magnus ⁊ par-
uus vnam hn̄t reſurrectionē. Capillus capitis nō
ꝑibit. quāto min⁹ a ſocijs tuis minime ſeparaberis
Abſcidit ſcd̄s. Et iacobus ait. Deſtruite veterē
domū: q: ſplendidior parat. Abſciditur tercius. ⁊
ait iacobus. Tonſ ouib⁹ firmatur meus. Abſcidit
⁊ quart⁹. ⁊ ait. Conforta me de⁹ veritatis. qm̄ in
te ꝯfidit anima mea. ⁊ in vmbra alaꝝ tuaꝝ ſpera
bo. donec trāſeat iniqtas. Abſciditur ⁊ quintus. ⁊
ait iacobus. Ecce me tibi dn̄e immolo victes. Tūc
accedentes pedē dextrū abſciderūt Et dixit iaco-
bus. Nunc offerā munus celeſti regi pro cui⁹ amo
re hec patior. Abſciderūt ⁊ pedē ſiniſtrū. Et bea-
tus iacobus dixit. Tu es qui facis mirabilia. ex-
audi me dn̄e ⁊ ſalua me. Abſciderunt dextrā ma-
num. ⁊ ait. Miſcdīe tue dn̄e adiuuent me. Ad ſini
ſtram ait. Tu es deus qui facis mirabilia. Abſci-
derunt dextrū brachium. ⁊ ait. Lauda aīa mea
dn̄m: laudabo dn̄m in vita mea: pſallam deo meo
q̄diu fuero. Abſciderunt ⁊ brachiū ſiniſtrū. ⁊ ait.
Circundederunt me dolores mortis. ⁊ in noīe dn̄i
vindicabor in eis. Tunc accedētes abſciderūt ſurā
dextri cruris ſcindentes vſq3 ad femur. Tūc bea-
tus iacobus ineffabili dolore grauatus exclamās
Ait. Dn̄e ihesu xp̄e adiuua me: q: circūdederunt
me gemitus mortis. Et ait carnificibus. Carne no
ua me dn̄s induet: quam veſtra vulnera macula-
re nequibūt. Jam carnifices defecerant. eo ꝙ a
prima hora diei vſq3 ad nonā in eius inciſione ſu-
daſſent. Tunc iterū accedentes ſiniſtri cruris ſurā
abſcidendo vſq3 ad femur extraxerunt. Tūc excla
mans beatus iacobus dixit. Dn̄ator dn̄e exaudi
me ſemiuiuū. viuoꝝ ⁊ mortuoꝝ dn̄s. Digitos dn̄e
non habeo vt ipſos ad te porrigam. nec manus vt
eas ad te extendam. Pedes mei trūcati ſunt. ⁊ ge
nua mea demolita: vt tibi genua flectere non va-
leam. ⁊ ſum velut caſura dom⁹ ablatis quib⁹ ſuſtē
tatur columnis. Exaudi me dn̄e ihesu xp̄e. ⁊ educ
de carcere aīam meā. Hec cū dixiſſet: vnus de car
nificib⁹ acceſſit. ⁊ caput eius amputauit. Chriſti-
ani igitur occulte acceſſerūt ⁊ corpus eius rapien
tes honorifice ſepelierunt. Paſſus eſt aūt. v. kl̄s.
decembris.

## De ſancto Paſtore clxxi.



PAſtor in heremo multis annis in abſtinē
tia magna ſe affligens. multa ſanctitate ⁊
religione pollebat. Cum aūt mater ei⁹ ip
ſum ⁊ frēs eius deſideraret videre ſed non poſſet
obſeruauit diem. ⁊ illis ad eccl̄iā euntib⁹ ꝑtinus
ſe eiſdem obtulit. At illi fugiētes ⁊ cellā intrātes:
in faciē eius clauſerūt hoſtiū. Illa aūt ante hoſtiū
ſtans cū nimio fletu clamabat. Paſtor aūt ad ho-
ſtiū veniēs dixit ei Quid ſic clamas o vetula: que
audiēs vocē eius: ampli⁹ clamabat flens ⁊ dicēs.
Volo vos videre filij mei. Quid em̄ ſi videā vos:

Nunquid non ego ſum mater veſtra que lactaui
vos. ⁊ iam canis tota ſuz plena. Cui filiꝰ. Hic nos
vis videre. aut in alio ſclo. Que rn̄dit. Si nō vide
ro vos hic: videbo vos illic fili. Qui ait. Si equa=
nimiter ferre vales vt nos hic nō videas: illic ꝓ=
culdubio nos videbis. ¶ Que diſceſſit gaudēs ⁊ di
cens. Si vos viſura ſum illic: nolo vos videre hic
¶ Judex ꝓuincie cum abbatē paſtorē videre cu=
peret ſed nequiret. filiū ſororis ſue tanq̄ malefa=
ctorē tenuit. ⁊ in carcere poſuit dicens. Si paſtor
venerit ⁊ pro eo interceſſerit: eū dimittā. Mater
igitur pueri ad hoſtiū ſenis plorās. dū ille nil ſibi
rn̄deret ait. Et ſi viſcera ferre habes. ⁊ nulla cō=
paſſione moueris. ſaltem miſeratio ſanguinis tui
flectat te. ⁊ q̄ vnigenitꝰ michi exiſtit. Jlle autem
mādauit ei. Paſtor filios nō generauit. ⁊ idcirco
nō dolet. Qua cū dolore diſcedēte. dixit ei iudex.
Saltē verbo iubeat. ⁊ ego eū dimittā. Jlle aūt ei
remādauit dicēs. Examina cauſam ſcd̄m legē ⁊ ſi
dignꝰ morte habet ꝓtinꝰ moriat. ſin autē fac quō
tibi placet. ¶ Docebat aūt fratres dicēs. Cuſto=
dire ⁊ ſeipſum ꝯſiderare ⁊ diſcretionē hr̄e opera=
tiones ſunt aīe. Paupertas. tribulatio ⁊ diſcretio
ſunt operationes ſolitarie vite. Scriptum eſt eīn
Si fuerint hi tres viri noe. iob ⁊ daniel ⁊c. Noe ꝑ=
ſonam habet nichil poſſidentiū. iob tribulatoꝝ.
daniel diſcretoꝝ. Si duas res oderit mōachꝰ pōt
ab hoc mundo liber eſſe. Et querenti fratri que
eſſent dixit. Carnalis repauſatio ⁊ vana gloria.
Si vis requiem inuenire in hoc ſeculo ⁊ in futuro
in omni cauſa dic. Quis ego ſum. et non iudices
quenq̄. ¶ Cum quidā frater de ꝯgregatiōe offen
diſſet. abbas de ꝯſilio cuiuſdā ſolitariȷ̄ eū expulit.
Qui cū quaſi flendo deſperaret. abbas paſtor euz
ad ſe adduci fecit. Quē benigne ꝯſolās miſit ad il
lum ſolitariū dicēs. Audiens de te videre te deſi=
dero. Fatiga igitur te vſq3 ad me. Qui cū veniſſet
dixit paſtor. Duo homīes erāt qui ambo habebāt
mortuos ſuos. Reliquit aūt vnꝰ mortuū ſuum. ⁊
abijt plorare mortuū alteriꝰ. Qd̄ ſolitarius audi=
ens ⁊ intelligens in ſermone eius cōpunctus eſt.
¶ Cum quidā frater paſtori dixiſſet ſe ꝑturbatuz
eſſe. ⁊ locum velle deſerere. eo q̄ quedā verba de
quodam fratre audiuiſſet que eū nō edificauerāt
dixit paſtor ne hec verba crederet: q2 vera nō eſ=
ſent. Jlle vero vera eſſe aſſerebat: q2 frater fidel
ea ſibi retulit. Cui paſtor. Non eſt fidelis qui tibi
dixit. q2 ſi fidelis eſſet nequaq̄ tibi talia diceret.
Et ille. Ego vidi oculis meis. Jlle aūt interro=
gatus de feſtuca ⁊ trabe q̄d eſſent. rn̄dit de feſtu
ca q̄ feſtuca eſſet ⁊ de trabe q2 trabs eſſet. Et pa
ſtor. Pone in corde tuo q2 peccata tua ſunt. ſicut ⁊
trabs. illiꝰ aūt velut hec ꝑua feſtuca. B ¶ Fr
quidā q̄ pctm̄ grāde fecerat. volēs penitere trien
nio interrogauit abbatē paſtorē ſi multū eſſz. Qui
dixit. Multū eſt. Et queſitus ſi annuz iuberet ait
Multū eſt. Aſtātes aūt dicebāt. Vſq3 ad. xl. dies
Et ille. multum eſt. Et adiecit. Puto q̄ ſi ex toto
corde homo penituerit. ⁊ peccatū non iterauerit.
etiā penitentiā triduanā ſuſcipiet dn̄s. ¶ Inter=
rogatus de illo verbo qui iraſcitur fratri ſuo ſine
cauſa ⁊c. ait. Ex omni re qua te grauare voluerit
frater tuus: ne iraſcaris aduerſus eum donec ocu
lum dextrum tibi extrahat. ⁊ ſi aliter feceris. ſine
cauſa ſibi iraſceris. Si aūt aliq̄s te voluerit ſepa=
re a deo. ꝓ hoc iraſcere ei. ¶ Dixit iterum paſtor.
Qui q̄rulosus eſt: monachꝰ nō eſt. Qui malitiā in
corde ſuo tenuerit: monachus nō eſt. Qui iracun=
dus eſt: monachus nō eſt. Qui malū ꝓ malo red=
dit. monachus nō eſt. Qui elatus ſꝫ verboſus eſt:
monachus nō eſt. Qui vero vere eſt monachꝰ: ſꝫ
eſt humilis. manſuetus. charitate plenꝰ. ⁊ timorē
dei ſemper ⁊ vbiq3 pre oculis hn̄s vt non peccet.
¶ Dixit iterū q̄ ſi ſunt tres in vnū: ex quibꝰ vnus
bene q̄ſcat. alius aūt infirmetur ⁊ gr̄as agat. ter
cius vero miniſter eius ſit ex ſincera voluntate.
hi tres ſiles ſunt velut ſint vniꝰ operis. ¶ Cum
quidā frater ſibi ꝯquereretur q̄ multas cogitati=
ones hn̄s in ipſis ꝑiclitaretur. euz ſub aere nudo
eiecit dicēs. Expande ſinū ⁊ apprehēde ventum.
Qui ait. Non poſſum. Et ille. Nec cogitatiōes ꝓ=
hibere potes ne introeāt: ſed tuū eſt reſiſtere eis.
¶ Interrogatꝰ a quodā fratre q̄d de hereditate ſi
bi dimiſſa faceret. dixit vt poſt tres dies ad ſe re=
diret. Qui cum rediſſet. ait illi. Si dixero da eam
clericis: faciēt inde ꝯuiuia. ſi dixero da eam parē=
tibus. non eſt tibi merces. ſi dicam da eam paupe
ribus ſecurꝰ eris. Quicquid ergo vis fac. ego cau
ſam non habeo. Hec in vitaſpatrū.

## ¶ De ſancto Johanne abbate clxxii

A

Johannes abbas cū epiſius ꝑ annos. xl.
in heremo habitaſſet. interrogauit eum
quantum ex hoc profeciſſet. Et ille dixit.
Ex quo cepi ſolitariꝰ eſſe: nunq̄ vidit me ſol man=
ducantē. Et iohannes. Nec me iraſcentē. Si=
mile fere legitur ibidē q̄ cū epiphaniꝰ ep̄s abbati
hilarioni daret carnes. Jlle ait. Jgnoſce michi: q2
ex quo accepi habitū hūc nō dimiſi aliquē dormi=
re q̄ aduerſuz me aliq̄d hr̄et. neq3 dormiui hn̄s ali

# ¶ De .ſ. iohanne et moiſe abbatibus





quid aduerſus aliquem. Cui ille. Ignoſce michi: q; melior es q̄ ego. Volens ioħes ad ſimilitudinem angeloꝝ nichil operari ſ; deo ſine intermiſſione vacare. ſeipſu; expoliauit ⁊ vna hebdomoda in heremo fuit. Cum aūt fame pcicuraret. ⁊ aculeis muſcarū ⁊ veſparū totus vulneraret. reuerſus ad hoſtium fratris ſui pulſauit. Ad quē ille. Quis es tu. Et ille. Ego ſum iohannes. Frater aūt dixit ei Nequaq̄. Johannes eīm angelus factus eſt. ⁊ inter homines vltra non eſt. Et ille. Vere ego ſum. Et nō aperiēs ei: dimiſit eū affligi vſq; mane. Poſtea aperiēs dixit. Si homo es. opus habes iterū opari vt paſcaris ⁊ viuas. Si aūt angelus es. q̄d queris intrare cella;. Et ille dixit. Ignoſce michi frater q; peccaui. Cum aūt moreretur. rogauerūt eum fratres vt aliq̄d verbū ſalutare ⁊ cōpendioſum loco hereditatis ſibi relinqueret. Qui ingemiſcens ait. Nunq̄ feci propriā voluntatē. nec aliq̄d docui q̄d prius ipſe non fecerim. Hec in vitaſpatrum.

## De ſancto moyſe abbate. clxxiii. A

Moyſes abbas dixit fratri penitēti a ſe ſermonē. Sede in cella tua. ⁊ docebit te vniuerſa. Cum quidā ſenex infirmat⁹ in egiptū ire vellet: ne fratres nimis grauaret. Dixit ei abbas moyſes. Non vadas: q̄m in fornicationem caſurus es. Qui ↄtriſtatus dixit. Mortuū eſt corpus meū. ⁊ tu michi iſta dicis. Cum ergo iuiſſet. ⁊ quedam virgo ex deuotione ſibi ſeruiret. ille ↄualeſcēs eam violauit. Que cū filiū peperiſſet. ſenex puerum in vlnis accipiens: in die magne feſtiuitatis/que erat in ſixti eccleſia coram multitudine fratrū intrauit. Cu; aūt oēs flerent dixit. Videtis infantē hunc. Filius eſt inobediētie. Cauete ergo vobis frēs q; in ſenectute hoc feci. ⁊ orate ꝑ me. Et pergēs ad cellā ad priſtinū ſtatū reuerſus eſt.

¶ Alius quoq; ſenex cū dixiſſet altri mortu⁹ ſum Ille ait. Non ↄfidas in te donec exeas de corpore Nam ſi dicis q̄ mortuus es: ſathanas tñ mortuus non eſt ¶ Cum frater quidā peccaſſet: miſerūt ad abbatē moyſen. Qui accepta ſporta plena arena. venit ad eos. Quem cū frēs quidnam hoc eſſet interrogarēt. Dixit. Peccata mea ſunt poſt me currētia. ⁊ nō video ea. ⁊ veni hodie aliēa iudicare peccata. Illi aūt hoc audiētes: fratri pepercerūt.

¶ Simile legiť de abbate priori. Nam cū frēs de quodā fratre culpabili loquerētur. Ille tacebat. Cum ergo accepiſſet ſaccuū plenū arena retro. ⁊ de eadē arena modicū an̄ ſe ferret. interrogatus quid hoc eſſet dixit. Multa arena ſunt peccata mea que poſt me ferens ipſa non ↄſidero. nec pro eis doleo. Modica vero arena ſunt peccata fratris āte me poſita que ſemꝑ ↄſidero. ⁊ ipſa video cum tñ peccata mea ante me ſemꝑ portare deberem. ⁊ de ipſis cogitare. ⁊ pro ipſis deum rogare.

¶ Cum abbas moyſes factus fuiſſet clericus. et impoſuiſſent ei ſuperhumerale. dixit ei ep̄s. Abbas factus eſt candidatus. Et ille. A foris domine purpura. vtinam intus. Volens aūt ep̄us cum probare. dixit clericis ſuis: vt q̄n ad altare acce

derет ipſum cum iniuria expellerent. deinde eum
ſequētes quid loqueref audirēt. Proijciētes aūt
eū foras dixerūt. Exi foras ethiops. Qui egredi
ens dicebat. Bñ tibi fecerūt cinerate ꝛ cacabate.
q꞉ cū homo nō ſis quare te in medio hoīm dare ꝑ
ſumpſiſti. Hec in vitaſpatrum.

## De ſancto arſenio abbate clxxiiii. A



ARſenius cum adhuc in palacio ꝯſiſteret. ꝛ
vt ad ſalutē dirigeref oraret. audiuit. Ar
ſeni fuge hoīes. ꝛ ſaluaberis. Accedēs igi
tur ad monachalem vitam ꝛ ibidē orans. audiuit
Arſeni. fuge. tace ꝛ quieſce. Legitur eñ ibidē de
hac quiete appetēda ꝙ tres frēs cū facti fuiſſent
monachi. vnus elegit diſcordantes ad pacem re-
ducere. ſcđs infirmos viſitare. terciꝰ in ſolitudine
quieſcere. Primꝰ igitur laborās propter lites ho
minū nō potuit oībus placere. ꝛ tedio victus ve-
nit ad ſcđm. Quē inuenit aīo deficientē ꝛ māda-
tum perficere nō valentē. Et ꝯcordātes ad terciū
qui erat in ſolitudine venerūt. Cui cū tribulatio-
nes ſuas narraſſent: ille miſſa aqua in cipho dixit
Attēdite in aquā. Et erat cōmota ꝛ turbulenta:
Et rurſus dixit. Attēdite modo quō quieta ꝛ lim-
pida facta eſt. Qui cum intenderēt. ꝛ vultus ſuos
viderēt ait. Sic qui in medio hominū ꝯſiſtunt pre
turba nō vident pctā ſua. Cū aūt quieuerint. tunc
peccata ſua videre valebunt. Quidam etiam
cum inueniſſet quendam in heremo velut beſtiā
herbas manducantem ꝛ nudum. currebat poſt
ipſum fugientem dicens. Expecta me q꞉ propter
deum ſequor te. Et ille. Et ego propter deū fugio
te. Cum aūt veſtem ꝓieciſſet: expectauit eū dicēs
Qm̄ materiam mundi ꝓieciſti a te. expectaui te.
Cui ille. Dic michi quō ſaluus efficiar. Qui reſpō
dens. Fuge hoīes: ꝛ tace. Matrona quedam ꝛ
nobilis ꝛ ſenex venit vt abbatē arſeniū ex deuo-
tione videret. Qui rogatus a theophilo archiepō
vt ſe videri ꝑmitteret nullatenꝰ acqeuit. Tandē
illa ad eiꝰ cellā ꝓperās ipſum foris ante hoſtium
celle inuenit. ꝛ ſe ad eiꝰ pedes ꝓſtrauit. Ille autē
cum indignatione nimia eleuauit eam dicens. Si
faciē meā videre vis: vide. Illa aūt faciē eiꝰ pre
ꝯfuſione ꝛ verecundia nō ꝯſiderauit. Cui ſenex.
Quō cum mulier ſis tantam nauigationē facere
preſumpſiſti. Ecce eñ romam redibis ꝛ ꝙ abba-
tem arſenium videris alijs mulieribꝰ enarrabis.
ꝛ ille ſic̄ venient vt videāt me. Et illa. Si deo dan
te romam rediero: nullam huc venire permittam
Sed ſaltem obſecro vt ores ꝓ me. ꝛ mei memor
ſis ſemꝑ. Cui ille. Oro deum vt deleat memoriā
tuam de corde meo. Et illa audiēs turbata nimiū
venit in ciuitate: ꝛ ꝑ triſticia febricitare cepit Qđ
archiepſ audiēs ad eam ꝯſolandam acceſſit. Illa
aūt dicebat. Ecce ego ꝯtriſtata morior. Cui archi
epſ. Neſcis q꞉ mulier es. ꝛ inimicus ſanctos per
mulieres impugnat. et propterea ſenex hoc dixit
Nam pro aīa tua ſemꝑ orat. Et ſic ꝯſolatione re-
cepta cū gaudio ad propria remeauit. De quo
dam alio patre legitur ꝙ cum diſcipulus eius ſibi
diceret. Senuiſti abba. accedamꝰ parū iuxta mū
dum. Ille ait. Ubi nō eſt mulier ibi eamus. Dixit
ei diſcipulus. Et vbi eſt locus non hñs mulierem
niſi forte ſolitudo. Et ille. Ergo in ſolitudinē me
tolle. Alius etiā frater cū matrē ſuam vetulam
trāſfluuiū portare deberet. ille manꝰ ſuas pallio
inuoluit. Cui illa. Ut qđ ſic opuiſti manꝰ tuas fili
Et ille. Corpus mulieris ignis eſt. ꝛ ex eo ꝙ te cō
tingebā. aliaꝝ feminaꝝ memoria in meo aīo ve
niebat. B Arſenius aūt per totum tp̄s vite
ſue ad opus ſedens manuū ſuaꝝ. pannū habebat
in ſinu ꝓpter lachrimas que crebro de oculis eiꝰ
currebāt. Totam noctē inſomnē ducebat. Mane
aūt facto cū propter nature laſſitudinem dormire
vellet: dicebat ſomno. Ueni ſerue male. Et ſurri-
piebat parum ſomni ſedendo. ꝛ ſtatim ſurgebat.
Dicebat quoqꝫ. Sufficit mōacho ſi dormierit vna
hora. ſi tñ eſt pugnator. Cūqꝫ pr̄ ſancti arſenij
nobiliſſimꝰ ſenator vitā finiēs ꝛ teſtamētū faciēs.
magnā hereditatē arſenio dimiſiſſet. magiſtrianꝰ

predictum teſtamentū ad ipſum detulit. Qđ ille
accipiēs voluit illud ſcindere. Magiſtrianus aūt
eius pedibus ꝓuolutꝰ. rogauit ne hoc faceret: qꝛ
caput eius ꝑſciderek. Cui arſeniꝰ. Prius mortuꝰ
ſum ꝙ ille. Ipſe igit̄ cū modo mortuus ſit quō me
fecit heredem. Et remiſit teſtamentū nichil acci-
pere volens ⁋ Quadā vice facta eſt vox ad eū di
cens. Ueni ⁊ oñdam tibi opa hoīm. Et eduxit eū
in quēdā locū. oñditqꝫ ei ethiopē incidentē ligna
⁊ facientē ſarcinā grandē quā portare nō poterat
Deinde iterū ligna incidebat ⁊ ad ſarcinā adde-
bat. ⁊ hoc faciebat diutius. Oſtenditqꝫ ei rurſum
hominē haurientē aquā de lacu ⁊ effundentem a
quā in ciſternā ꝑtuſam ꝗ aquā refundebat in lacū
⁊ ipſā ciſternā implere volentē. Et oñdit ei iterū
templū. ⁊ duos viros ſedētes in equis portātes li
gnū tranſuerſum. Uolentes aūt introire in tēplū
nō poterāt: eo ꝙ lignū in tranſuerſo portarēt. Et
expoſuit dicēs. Hi ſūt ꝗ portāt quaſi iugū iuſtitie
cū ſupbia. ⁊ nō humiliātur. ꝓpter qđ remanēt fo
ris a regno dei. Qui ligna incidit. homo eſt in pec
catis multis. ⁊ pro eo vt agat penitentiā non ſub
trahit de peccatis. ſed addit iniqtates iniqtatibꝰ
Qui aūt aquā haurit hō eſt bona opa faciēs. Sed
qꝛ cū eis ſūt permixta mala perdit bona opa ſua
Ueſpere ſabbati veniēte die dñico relinquebat pꝰ
ſe ſolem. ⁊ extēdebat manꝰ ſuas ad celum donec
mane die dñico ſol aſcendens faciem eius illuſtra
bat. ⁊ ſic reſidebat. Hec in vitaſpatrū.

⁋ De ſcō agathon abbate. clxxv. A



Agathon abbas ꝑ trienniū lapidē in os ſuū
mittebat donec taciturnitatē diſceret
Alius quoqꝫ frater cū intraſſet ꝯgregati-
onem dixit intra ſe. Tu ⁊ aſinus vnū eſto. Sicut
ergo aſinus vapulat ⁊ nō loquit̄. iniuriā patit̄. et
non reſpondet. ſic et tu. Alius quoqꝫ frater a men
ſa expulſus nichil reſpondit. Poſtmodū ſup hoc in
terrogatus ait. Poſui in corde meo ꝙ equalis ſim
cani. qui cum ſectat̄ foras egredit̄. Interrogatus
agathon ꝗ virtus plus haberet laboris rñdit. Pu
to non eſſe talem laborē qualem orare deū. Nam
inimici eius ſemp laborant eiꝰ orōnē ꝑinterrumpe.
Nā in ceteris laboribus hō aliquā requiem poſſi-
det. orator aūt opꝰ habet magni certamis. Inter-
rogatus agathon a quodam fratre quomō cū fra-
tribus habitare deberet. ait. Sicut in prima die ⁊
nō aſſumas fiduciā. Non ē eñi peior paſſio ꝙ fidu
cia genitrix eſt eñi oīm paſſionū. Dixit iterū. Iracū
dus ſi mortuos ſuſcitet nō placet alicui vel deo ꝓ
pter iracundiā ſuam. Frater quidā iracundꝰ intra
ſe ait Si ſolus habitarē. ad irā non ita cito moue-
rer. Quadā aūt vice cum vrceolū aqua impleret.
verſatus eſt. Secūdo impleuit et iterū verſatꝰ eſt.
Tercio impleuit et verſatꝰ eſt. Qui cōmotus furo-
re fregit vaſculū. In ſe autem reuerſus cognouit
quia ab eodem demone iracūdie ſit illuſus. ⁊ dixit
Ecce ſolus ſum. et tñ ira me vicit. Reuertar ego in
ꝯgregationem. quia vbiqꝫ labor. et vbiqꝫ pacien-
tia et adiutorio dei opus eſt ⁋ Econtra erant duo
frēs qui multis annis inuicem cōuerſantes nunꝗ
ad iracūdiam poterant ꝓuocari. Quadā vice dixit
vnus alteri. faciamꝰ ⁊ nos litem ſicut homines de
mundo faciunt. Et ille reſpondit. Neſcio qualiter
fiat lis. Et dixit frater. Pono in medio laterculū et
dico meū eſt. Tu aūt dic nō. ſed meum eſt. ⁊ inde
fiet litis iniciū. Poſita eſt ergo teſta i medio Dixit
vnus meum eſt hoc. et alter dixit. non. ſed meū eſt
Et ille reſpondit. Etiam tuū eſt. Tolle ergo et va
de. Et diſceſſerūt: nec inter ſe ꝯtendere potuerūt.
⁋ Erat aūt abbas agathon ſapiens ad intelligen
dum. impiger ad laborandum. parcus in cibo atqꝫ
veſtimēto. Dixit aūt. Scđm volūtatē meā nunꝗ
dormiui retinens in corde aduerſus quenꝗ dolo
rem. Nec dimiſi dormire alium hñtem aduerſum
me aliquid. ⁋ Moriturus quoqꝫ agathon tribus
diebus manſit immobilis apertos tenens oculos.
Qui cum pulſaretur a fratribus rñdit. In ꝯſpectu
diuini iudicij aſſiſto. Dicunt ei. Et tu times. Et il
le. In cuſtodiendis mādatis dei virtute qua potui
laboraui ſed homo ſum. ⁊ neſcio vtrū placuerunt

opera mea dn̄o. Dicunt ei. Et non ꝯfidis de operibus tuis ꝙ ſcḋm deum ſunt. Et ille. Non pſumo donec venero ante illum. Aliter em̄ ſunt iudicia dei. ⁊ aliter iudicia hominū. Cū aūt eū adhuc interrogare vellent. Ait. Oſtendite charitatē. ⁊ nolite mecū loqui: q: occupatus ſum. Quo dicto. ſtatim ſpm̄ cum gaudio emiſit. Uidebant em̄ eum colligentem ſpm̄ queadmodū ſi quis ſalutet amicos ſuos dilectos. Hec in vitaſpatrum.

## De ſancto barlaam clxxvi. A



Barlaam cui⁹ hiſtoriā iohēs damaſcenus diligēti ſtudio compilauit. operante in eo diuina grā ſanctum ioſaphat regem ad fidem ꝯuertit. Etenī cum vniuerſa india xp̄ianis ⁊ monachis plena eſſet. ſurrexit rex quidā prepotens nomine auennir qui xp̄ianos ⁊ ꝓcipue monachos plurimū ꝑſequebatur. Accidit aūt vt quidam regis amicus ⁊ in palacio ſuo prim⁹ diuina commonit⁹ grā regiam aulam relinqueret. ⁊ monaſticū ordinē introiret. Qḋ rex audiēs pre ira inſaniens eum per queqꝫ deſerta inquiri fecit. ⁊ vix inuentum ad ſe adduci mādauit. Uidenſqꝫ eū vili tunica cooptum ⁊ fame maceratū: qui ſplendidis veſtimentis ornabatur. ⁊ multis diuitijs affluere ꝯſueuerat. Dixit ei. O ſtulte ac mētis perdite. cur honorem in ꝯtumeliā commutaſti. ⁊ te ludū puerorū feciſti. Cui ille. Si hui⁹ a me rationē audire deſideras: inimicos tuos ꝓcul a te abijcias. Regem autem qui eſſent hm̄oi inimici querente: ait. Ira et ꝯcupiſcētia. hec enim impediunt ne veritas videatur. Aſſideant aūt ad audientiam dicendorū. prudētia ⁊ equitas. Cui rex. Fiat vt loqueris. Et ille. Inſipientes ea que ſunt deſpiciunt quaſi non ſint. ea vero que non ſunt quaſi ſint: apprehēdere moliūtur. Qui autē non guſtauerit eorū que ſunt dulcedinē. non poterit eorū que nō ſunt addiſcere veritatem. Multa aūt illo de myſterio incarnationis ⁊ fidei proſequente. Rex ait. Niſi tibi in principio promiſiſſem ꝙ de medio ꝯſilij iram remouerem. nunc vtiqꝫ igni tuas carnes traderē. Surge igitur ⁊ fuge ex oculis meis ne vltra te videam: et male te perdam. Uir aūt dei triſtis abſceſſit eo ꝙ martiriū perpeſſus non eſſet. Interea dum rex liberos non haberet. puer ei pulcerrim⁹ naſcitur: ⁊ ioſaphat appellatur. Congregāte aūt rege infinitā multitudinē vt dijs pro ortu pueri immolarēt. quinquagintaquinqꝫ aſtrologos ꝓuocauit: a quibus quid futurū eſſet filio ſuo diligenter queſiuit. Cunctis aūt reſpondentib⁹ cum magnū in potentia ⁊ diuitijs futurū. vnus ſapiētior ex ipſis dixit. Puer iſte qui nat⁹ eſt tibi o rex nō in tuo erit regno: ſed in alio incōparabilr meliori. Nam illius quam perſequeris chriſtiane religionis vt eſtimo futurus eſt cultor. Hoc aūt nō a ſemeipſo ſed a deo inſpirāte dixit. Audiēs hoc rex ⁊ plurimum expaueſcens. in ciuitate ſeorſum palaciū ſpecioſiſſimū ꝯſtrui fecit. ⁊ ibi puerū ad habitandum poſuit. ibiqꝫ ſecū iuuenes pulcerrimos collocauit precipiēs ill̄. vt nec mortē nec ſenectutē. nec infirmitatē vel paupertatē. nec aliquid qḋ poſſet ſibi afferre triſticiā ei nominarēt ſed omnia iocunda ei proponerēt. quatenus mens eius leticijs occupata nil de futuris cogitare poſſet. Si quē vero miniſtrantiū infirmari ꝯtingeret. hunc protinus rex precipiebat eijci. ⁊ aliū loco eius incolumē ſubrogari. Precepitqꝫ ne ſibi de xp̄o aliquā facerēt mētionem. B Eodem tp̄e erat cū rege vir quidā chriſtianiſſim⁹ ſed occultus: qui inter nobiles regis principes prim⁹ erat. Hic cum aliqn̄ cum rege ad venandum iuiſſet. hominē quendā pauperem pedem leſum a beſtia hn̄tem. ⁊ in terra iacentem inuenit. a quo rogat vt ſe ſuſcipe debeat: q: ſibi in aliquo forſitā ꝓdeſſe poſſet. Cui miles dixit. Ego quidem te libenter ſuſcipio: ſed in quo vtilis inueniaris ignoro. Et ille dixit. Ego ſum homo medicus verborū. Si em̄ aliquis in verbis ledatur: ꝯgruam ſcio adhibere medelam. Miles aūt qḋ ille dicebat pro nichilo computauit. propter deum tn̄ ipſum ſuſcipiens eius curam egit. Uiri aūt qui-

dam inuidi ⁊ malicioſi videntes predictum princi
pem in tanta grã eſſe regis: ipſum apđ regẽ accu
ſauerũt ꝙ nõ ſolum ad chriſtianoꝝ fidez declinaſ
ſet ſed inſuꝑ regnũ conabatur ſibi ſubripere turbã
ſollicitãt ⁊ ſibi ꝯſilians. Sed ſi hec inquiũt ita eſſe
o rex ſcire deſideras ipſum ſecreto aduoca. ⁊ vi=
tam hanc cito finiendam cõmemora. ⁊ idcirco glo
riam regni te velle derelinquere. ⁊ monachoꝝ ha
bitum aſſumere aſſeras quos tñ ignoranter acte=
nus fueras perſecutus. Et tunc videbis quid tibi
reſponderit. Que cum rex omnia vt illi ſuaſerant
feciſſet. ille doli ignarus perfuſus lachrimis pro=
poſitum regis laudauit ⁊ vanitatem mundi reme
morans quantocius hoc adimplendum ꝯſuluit:
Quod rex audiens ⁊ verum eſſe quod illi⁹ dixe=
rant credens. furore repletus eſt. nichil tñ ſibi re=
ſpondit. Uir aũt perpendens ꝙ rex grauiter ver=
ba ſua acceperat tremens abſceſſit. ⁊ medicum ſe
habere verborum recolens. omnia ſibi narrauit.
Cui ille. Notum ſit tibi ꝙ rex ſuſpicatur vt pro=
pter hoc dixeris ꝙ eius regnum velis inuadere.
Surge igitur cito ⁊ comã tuam tonde. ⁊ veſtimẽ
ta abijciẽs ciliciũ indue. ⁊ ſummo diluculo ad re=
gem ingredere. Cumqꝫ rex q̇d ſibi hoc velit inter=
rogauerit: rñdebis. Ecce rex parat⁹ ſum ſequi te.
Nam ⁊ ſi via ꝑ quã cupis ire difficilis ſit. tecuꝫ tñ
exiſtenti facilis michi erit. Sicut eñ ſociũ me ha=
buiſti in ꝓſperis. ſic habebis pariter in aduerſis.
Nunc igitur preſto ſum quid moraris. Qđ cũ ille
ꝑordinẽ feciſſet. rex obſtupuit. ⁊ falſarios arguẽs
virũ ampliori honore dotauit. Filius aũt eius
in palacio educatus ad etatem adultam ꝑuenit ⁊
in omni ſapientia plene edoctus fuit. Admirans
aũt cur pater ſic eũ recluſiſſet. vnũ de ſeruis ſibi fa
miliariorẽ ſecreto de hac re interrogauit: dicẽs ſe
in multa meſticia poſitũ pro eo ꝙ foras egredi nõ
liceret: adeo vt nec cib⁹ ſibi ſaperet nec pot⁹. Qđ pa
ter audiẽs ⁊ dolens. equos idoneos parari fecit
⁊ choros plaudentes ante eũ mittẽs. ne quid ſibi
fedũ occurreret diligẽter ꝓhibuit. Predctõ igit
iuuene taliter ꝓcedẽte: quadã vice vn⁹ leproſus
⁊ vnus cecus ſibi obuiauerũt. Quos ille vidẽs et
ſtupens qui ſint ⁊ quidnam habeãt inquiſiuit. Et
miniſtri dixerũt. Paſſiones iſte ſunt que homini=
bus ꝯtingere ſolent. Et ille. Omnib⁹ hominibus
ꝯtingere pñt hmõi. Negantib⁹ illis rñdit. Noti
ſunt igitur qui hec pati debeant. an ſic indefinite
proueniũt. Et illi. Et quis hominũ futura ſcire va
let. Ualde igitur anxi⁹ eſſe cepit ꝓ incõſuetudine
rei. Alia aũt vice quendã valde ſenem rugoſã

habentem faciem ⁊ dorſum incuruatum. ⁊ caden
tibus dentibus balbuciendo loquentem inuenit.
Stupefactus igit̃ diſcere cupit viſionis miraculũ.
Cumqꝫ didiciſſet ꝙ ꝓpter annoꝝ multitudinẽ ad
talem ſtatum veniſſet. ait. Et quis eſt hui⁹ finis.
Dicũt ei. Mors. Et ille. Eſt ne mors oĩm vel ali=
quoꝝ. Cumqꝫ didiciſſet oẽs mori debere. interro=
gauit. In quot annis hec ſuperueniũt. Et illi. In
octoginta vel centũ annis ſenect⁹ inducitur. dein
de mors ipſa ſubſeq̃tur. Hec igitur iuuenis freq̃n
ter in corde ſuo recogitans in multa deſolatione
erat ſed corã pr̃e letitiã ꝓtendebat. plurimũ deſi
derãs in hmõi dirigi ⁊ doceri. Igit̃ quidã
monach⁹ vita ⁊ opinione perfect⁹ habitãs in de=
ſerto terre ſennaar noĩe barlaã. hic que circa filiũ
regis agebantur per ſpm̃ cognouit ⁊ mercatoris
habitũ ſumens ad ciuitatẽ illam deuenit. Acce=
dens qꝫ pedagogo filij regis locut⁹ eſt dicẽs. Ego
cũ negociator ſim lapidẽ ꝑcioſum venalẽ habeo.
qui cecis lumen tribuit. ſurdis aures apit. mutos
loqui facit. inſipiẽtibus ſapiẽtiã infundit. Nunc
igit̃ duc me ad filiũ regis. ⁊ hũc ſibi tradã. Cui il=
le. Uideris hõ mature prudẽtie: ſꝫ verba tua pru=
dentie nõ ꝯcordant. Ueruntamẽ cũ lapidum noti=
ciam habeã ipſum lapidem michi oñde. ⁊ ſi talis
vt aſſeris fuerit cõprobat⁹: a filio regis honores
maximos ꝯſequeris. Ad quẽ ille. Lapis me⁹ in=
ſuꝑ hanc habet virtutẽ. Quia qui nõ habet ſanam
oculoꝝ aciem. ⁊ qui nõ ſeruat integrã caſtitatẽ ſi
forte illum aſpexerit: ipſam virtutẽ quã habet vi
ſibilez ꝑdit. Ego aũt medicinalis artis nõ expers
video te ſanos oculos nõ habere. Filiũ aũt regis
audiui pudicum eſſe. ⁊ oculos pulcherrimos ⁊ ſa
nos habere. Cui ille. Si ſic eſt noli michi oñdere.
qꝛ ⁊ oculos ſanos nõ habeo. ⁊ peccatis ſordeſco:
Nunciãs igitur hec filio regis ipm̃ ad eũ quanto=
cius introduxit. Cuꝫ ergo introduct⁹ fuiſſet. ⁊ rex
eũ reuerẽter ſuſcepiſſet. ait barlaã. In hoc rex bñ
feciſti qꝛ deforis paruitati apparẽti nõ attẽdiſti.
Nam rex quidã magn⁹ in curru deaurato ꝓcedẽs
cũ quibuſdã attritas veſtes indutis ⁊ macie atte
nuatis obuiaſſet. ꝯtinuo de curru exiliens ad pe=
des eoꝝ ꝓcidens ipſos adorauit. ⁊ ſurgẽs in oſcu
la eoꝝ ruit. Proceres aũt ei⁹ indigne hoc ferẽtes
ſed regẽ ſuꝑ hoc arguere formidãtes. fratri ei⁹ re
tulerũt quõ rex magnificẽtie regali indigna feciſ=
ſet. Frater aũt regẽ ſuper hoc redarguit. Erat ãũt
regi conſuetudo ꝙ qñ aliquis morti tradendus
erat. Rex ante eius ianuam preconem cum tuba
ad hoc deputata mittebat. Ueſpere igitur ve=

# De ſancto Barlaam

niente ante fratris ianuā tubam ſonare fecit. Qđ
ille audiēs. ⁊ de ſua ſaluatione deſperās: totā no-
ctē in ſomnē duxit. ⁊ teſtamentū fecit. Mane aūt
facto indutꝰ nigris veſtibꝰ. cū vxore ⁊ filijs ad fo-
res palacij lugens acceſſit. Quē rex ad ſe ingredi
faciēs dixit. O ſtulte ſi preconē f̄ris tui cui nichil
te deliquiſſe cognoſcis adeo timuiſti: quō preco-
nes dn̄i mei in quē adeo peccaui timere nō debeā
qui ſonabilius michi tuba mortē ſignificāt ⁊ terri-
bilem iudicis aduentū michi denunciant. Deinde
quatuor capſas fieri iuſſit. ⁊ duas earꝫ extrinſecꝰ
auro vndiqꝫ opiri. ⁊ oſſibꝰ mortuorꝫ putridis im-
pleri. duas vero pice liniri. ⁊ gemmis ⁊ margari-
tis precioſis impleri fecit. Vocanſqꝫ illos magna-
tes quos ſciebat querimoniā apud patrem depo
ſuiſſe. quatuor illas capſas ante eos poſuit ⁊ que
precioſiores eſſent inquiſiuit. Illi vero duas de-
auratas magni eſſe precij. reliquas vero vilis pre
cij. eſſe iudicauerunt. Precepit igitur rex deaura-
tas aperiri. ⁊ ꝯtinuo inde fetor intollerabilꝭ ema
nauit. Quibus rex. He illis ſil'es ſunt q̄ glioſis ve
ſtibus ſunt amicti. intus vero immundicia viciorꝫ
pleni. Deinde alias aperiri fecit. ⁊ ecce odor mira
bilis inde exalauit. Quibus rex. Iſte illis pauperi-
mis quos honoraui ſil'es ſunt q̄ ⁊ ſi vilibus veſti-
mentis operiātur. intus tn̄ omni virtutū odore re
ſplendent. Vos aūt ſolum q̄ deforis ſunt attendi-
tis. ⁊ que deintꝰ ſunt nō ꝯſideratis. Scđm igitur
illum regē tu quoqꝫ feciſti bn̄ ſuſcipiēs me. Incipi
ens igitur barlaā cepit ei de mūdi creatione. ⁊ ho
minis ꝑuaricatione. ac filij dei incarnatiōe. paſſi
one ⁊ reſurrectione. longū ſermonē retexere. nec
n̄ de die iudicij. ⁊ de retributiōe bonorꝫ. ⁊ malorꝫ
multa proferre. ⁊ ſeruientes ydolis plurimū ex-
probare. ac de eorꝫ fatuitate tale exemplū ponere
dicens. D ❡ Sagittarius quidā auiculā paruā
nomine philomenā capiēs cum vellet eam occide
re. vox data eſt philomene ⁊ ait. Quid tibi prode
rit o homo ſi me occideris? Neqꝫ eīn ventrē tuū de
me implere valebis. Sed ſi me dimittere velles
tria tibi mandata darē que ſi diligētiꝰ ꝯſeruares:
magnā inde vtilitatē ꝯſequi poſſes. Ille vero ad
eius loquelam ſtupefactꝰ: ꝓmiſit ꝙ eam dimitte-
ret. ſi hec ſibi mādata ꝓferret. Et illa. Nunꝙ rem
que apprehēdi nō pōt. apprehēdere ſtudeas. De
re ꝑdita irrecuꝑabili nunꝙ doleas. Verbū incre-
dibile nūꝙ credas. Hec tria cuſtodi. ⁊ bn̄ tibi erit
Ille aūt vt ꝓmiſerat eaꝫ dimiſit. Philomena igiꝭ
per aera volitās dixit ei. Ve tibi homo ꝙ malum
ꝯſiliū habuiſti ⁊ ꝙ magnū theſaurū hodie ꝑdidi-
ſti. Eſt eīn in meis viſceribus margarita que ſtru
cionis ouū ſua vincit magnitudie. Qđ ille audiēs
valde ꝯtriſtatꝰ eſt ꝙ eam dimiſerit. ⁊ eam appre-
hendere conabatur dicēs. Veni in domū meam ⁊
omnē tibi humanitatē exhibebo: ⁊ honorifice te
dimittā. Cui philomena. Nūc pro certo cognoui te
fatuū eſſe. Nam ex his que tibi dixi nullū ꝓfectū
habuiſti qꝛ ⁊ de me perdita ſed irrecuꝑabili doles
⁊ me tēptaſti cape cū nequeas meo itinere ꝑgere
⁊ inſuper margaritā tam grandē in meis viſceri-
bus credidiſti eſſe cum ego tota ad magnitudinē
oui ſtrucionis nō valeaꝫ ꝑtingere. Sic ergo ſtulti
ſunt illi q̄ ꝯfidunt in ydolis qꝛ plaſmatos a ſe ado
rant. ⁊ cuſtoditos a ſe cuſtodes ſuos appellant
❡ Cepitqꝫ ꝯtra fallacē mundi delectationē ⁊ va
nitatē multa diſputare. ⁊ plura ad hoc exēpla ad
ducere dicens. Qui corporales delectatiōes deſi-
derant. ⁊ aīas ſuas fame mori ꝑmittūt. ſimiles
ſunt cuidā homini q̄ dum a facie vnicornis. ne ab
eo deuoraretꝭ. vel velocꝰ fugeret: in quoddā bara
trū magnū cecidit. Dū aūt caderet: manibꝰ arbu-
ſculā quandā apprehēdit. ⁊ in baſe quadā lubrica
⁊ inſtabili pedes fixit. Reſpiciēs vero vidit duos
mures vnū album ⁊ aliū nigrū inceſſanter radicē
arbuſcule quam apprehēderat corrodētes. ⁊ iam
prope erant vt ipſam abſciderēt. In fundo aūt ba
ratri vidit draconē terribilē ſpirantē ignē. ⁊ aper
to ore ipſuꝫ deuorare cupientē. Suꝑ baſem vero
vbi pedes tenebat vidit quatuor aſpidū capita in
de ꝓdeūtia. Eleuās aūt oculos vidit exiguū mellꝭ
de ramis illiꝰ arbuſcule ſtillās. Oblituſqꝫ ꝑiculi in
quo vndiqꝫ poſitus erat. ſeipm̄ dulcedini illiꝰ mo
dici mellis totū dedit. Unicornis aūt mortis tenet
figurā que hominē ſemꝑ ꝑſequitur ⁊ apprehēde-
re cupit. Baratrū vero mūdus eſt omnibꝰ malis
plenus. Arbuſcula vero vniuſcuiuſqꝫ vita eſt que
ꝑ horas diei ⁊ noctis quaſi ꝑ murē albū ⁊ nigrum
inceſſanter ꝯſumiꝭ. ⁊ inciſioni appropinquat. Ba
ſis v̄o quatuor aſpidū corpꝰ ex quatuor elemētis
ꝯpoſitū q̄bus inordinatis copis cōpago diſſoluiꝭ
Draco terribilis. os inferni cūctos deuorare cupi-
ens. Dulcedo ramuſculi delectatio fallax mundi.
per quā homo ſeducitur vt periculū ſuuꝫ minime
intueaꝭ. E ❡ Addidit quoqꝫ dicēs. Sil'es ſunt
iterū mundi amatores homī qui tres amicos ha
buit quorꝫ vnū pluſ ꝙ ſe. ſcđm tantum quantū ſe.
terciū minꝰ ꝙ ſe. ⁊ quaſi nichil dilexit. In magno
itaqꝫ ꝑiculo poſitꝰ. ⁊ a rege citatꝰ. cucurrit ad pri-
mū amicum eius auxiliū querens. ⁊ qualiter euꝫ
dilexerit ſemꝑ cōmemorās. Cui ille. Neſcio quis

is o homo. habeo alios amicos cũ quibus me ho
die letari oportet quos ꝛ amicos amodo poſſide
bo. prebeo tñ tibi duo ciliciola vt habeas qbus va
leas opiri. Confuſus igitur ad ſcdm venit. ꝛ ſilr
eius auxiliũ poſtulauit. Cui ille. Non vacat michi
tecum ſubire agonem. curis enĩ multis circundoꝛ
modicũ tñ vſqꝫ ad hoſtiũ palacij te ſociabo. ꝛ ſta=
tim domũ reuertar ꝓprijs vacãs negocijs. Triſtis
igitur ꝛ deſperãs ad terciũ amicũ ꝑrexit. ſibiqꝫ fa
cie demiſſa dixit. Non habeo os loquẽdi ad te qm̃
vt debui nõ amaui te. Sed in tribulatione circũ=
datus. ꝛ ab amicis deſtitutꝰ. rogo vt michi auxi=
liũ feras. ꝛ michi veniã ꝓbeas. Et ille hilari vul=
tu dixit. Certe amicum chariſſimũ fateoꝛ te eſſe. ꝛ
tui licꝫ modici bñficij nõ immemoꝛ. ꝓcedam te ꝛ
apud regẽ interueniã ꝓ te. ne in manibus tradat
te inimicoꝝ. Primꝰ igitur amicꝰ eſt. diuitiaꝝ poſ=
ſeſſio. pro quibꝰ homo multis ꝑiculis ſubiacet. Ue
niente vero mortis termino. nichil ex omnibꝰ niſi
viles accipit ad ſepeliendũ panniculos. Secũdus
amicus eſt vxoꝛ. filij ꝛ parẽtes q tñ vſqꝫ ad mo=
numentũ ſecum pergẽtes protinꝰ reuertũtur. ſuis
vacãtes curis. Tercius amicus eſt. fides. ſpes et
charitas. ꝛ elemoſina. ꝛ cetera bona opa q̃ nos
cũ eximus de corpe pñt ꝓcedere. ꝛ ꝓ nobis apud
deũ interuenire. ꝛ ab inimicis demonibꝰ nos libe
rare. Hoc inſuꝑ addidit dicẽs. In quadã magna
ciuitate ꝯſuetudo fuit ꝙ hominẽ extraneũ ꝛ igno
tum omni anno in principem eligebãt. Cui omni
poteſtate accepta quicquid volebat facere licituꝫ
erat. ꝛ ſine omni ꝯſtitutione terrã regebat. Illo
igitur in omnibꝰ delicijs ꝑmanẽte. ꝛ ſemꝑ ſibi ſic
eſſe eſtimãte. repente ciues in eũ inſurgebant. ꝛ
per totã ciuitatẽ nudũ trahẽtes in remotã inſulaꝫ
exulem tranſmittebãt. vbi nec cibũ nec veſtimen=
tum inueniens fame ꝛ frigoꝛe vrgebat. Tandem
quidã alius ſublimatꝰ in regno: cum illoꝝ ciuium
ꝯſuetudinẽ didiciſſet. infinitos thezauros ad inſu
lam illam premiſit. vbi poſt annũ in exiliũ relega
tus. ceteris fame deficiẽtibꝰ ille immẽſis delicijs
abundabat. Ciuitas hec mundus iſte eſt. Ciues
tenebraꝝ principes q̃ nos falſa mũdi delectatiõe
alliciunt. nobiſqꝫ nõ ſperãtibꝰ mors ſuꝑuenit ꝛ in
locum tenebrarũ dimergimur. Diuiciaꝝ vero ad
eternũ locũ ꝓmiſſio fit manibꝰ egenoꝝ. Igi
tur cum barlaã ꝑfecte filiũ regis docuiſſet. ꝛ ipſe
eum iam relicto patre ſequi vellet. dixit barlaam
Si hoc feceris cuidã iuueni ſilis eris qui cũ quã=
dam nobilẽ nollet deſponſare vxorẽ. ipe renuẽs
aufugit. ꝛ in quendã locũ deueniẽs virginẽ quan

dam cuiuſdam ſenis pauperis filiam laborantem
ꝛ oꝛe deũ laudantẽ vidit. Ad quam ille. Quid eſt
qd agis mulier. Cum enĩ ita pauper ſis: grãs tñ
agis deo ac ſi magna recepiſſes ab eo. Ad quem
illa. Sicut parua medicina ſepe a magno languo
re liberat. ſic gr̃aꝝ actio ĩ paruis donis magnoꝝ
efficitur auctrix donoꝝ. Hec tñ que extrinſecꝰ ſunt
noſtra nõ ſunt. ſed ea q̃ in nobis ſunt ꝛ nr̃a ſunt.
A deo magna accepi qꝛ me ad ſuã imaginẽ fecit.
Intellectũ michi dedit. ad ſuã me gloꝛiã vocauit.
et ianuã regni ſui iam michi aperuit. Pro tantis
ergo ꝛ tã magnis donis ipm̃ laudare ꝯuenit. Ui=
dens iuuenis eius prudentiã: eã a pr̃e ſuo in vx=
oꝛẽ petijt. Cui ille. Filiaꝫ meã accipe nõ vales: qꝛ
diuitum ꝛ nobiliũ filius es. ego aũt pauper ſum
Sed cũ ille oĩno inſtaret. ait ſenex. Non poſſum
eã tibi dare: vt in domũ patris tui ducas eam: cũ
vnica michi ſit. Et ille. Apud vos manebo. ꝛ vo=
bis me in omnibꝰ ꝯfoꝛmabo. Deponẽs igitur pre
cioſuꝫ oꝛnamentũ. habitũ ſenis induit. ꝛ apud eũ
manens ipſam in vxoꝛẽ accepit. Poſtq̃ vo ſenex
diutius eũ probauit in thalamũ eum duxit. ꝛ im=
menſum pondus diuitiaꝝ quantũ vnq̃ viderat ſi=
bi oſtẽdit. ꝛ omnia ſibi dedit. Dixit aũt ioſaphat.
Conuenienter iſta me tangit narratio. ꝛ a te hoc
dictũ eſſe de me exiſtimo. Sed dic michi pr̃ quot
annoꝝ es. ꝛ vbi ꝯuerſaris: qꝛ a te nunq̃ volo ſepa
rari. Et ille. Annoꝝ ſum. xlv. in deſertis terre ſen
naar degens. Ad quẽ ioſaphat. Amplius pater
michi appares. lxx. ãnoꝝ. Et ille. Si a natiuitate
mea oẽs annos meos q̃ris diſcere: bñ eos exiſti=
maſti. Sed nullo modo a me in menſura vite cõ=
putãtur quotquot in vanitate mũdi expẽſi ſunt.
Tũc enĩ in interioꝛe hoĩe moꝛtuꝰ erã. ꝛ ãnos moꝛ
tis nunq̃ vite noĩabo. Cum igitur ioſaphat eum
in deſertũ ſeq̃ vellet. dixit barlaã. Si hoc feceris.
ꝛ tuo ꝯſoꝛtio carebo. ꝛ ꝑſecutionis fratribꝰ meis
auctoꝛ exiſtã. Sed cum opoꝛtunũ tempus videris
ad me venies. Barlaã igitur filiũ regis baptiſãs
ꝛ in fide optime inſtruẽs: eũ oſculatꝰ eſt. ꝛ ad lo=
cum ſuum reuerſus eſt. Poſtq̃ aũt rex filiũ
xpianũ factũ audiuit: in doloꝛe nimio poſitus eſt.
Quem quidam amicus ſuus nomine arachis ꝯſo
lans ait. Cognoſco rex ſenẽ quendã heremitã qui
de noſtra ſecta eſt qui per oĩa barlaã ſilis eſt. Hic
igitur barlaam ſe ſimulans primo xpianoꝝ fideꝫ
defendet. deinde ſe ſuꝑari ꝑmittet. ꝛ oĩa que do=
cuerat reuocabit. ꝛ ſic filius regis ad nos redibit.
Aſſumpto igitur ꝓdicto principe magno exercitu
ad querendũ barlaã iuit. ꝛ heremitã illũ capiẽs:

ſe barlaam cepiſſe dixit. Quem filius regis audiens captū ſcʒ magiſtꝛm ſuū amare fleuit. Sed poſtmodū ꝑ dei reuelationē hūc nō eſſe cognouit. Ingreſſus igitur pr̄ ad filiū ait. Fili mi in triſtitia magna me poſuiſti. ⁊ meā caniciē inbonoꝛaſti. ⁊ lumē oculoꝝ meoꝝ abſtuliſti. Quare fili hoc feciſti. et deoꝝ meoꝝ cultū reliq̄ſti? Cui ille. Tenebras pr̄fugi. ⁊ ad lumē cucurri. erroꝛē deſerui. ⁊ veritatē agnoui. Noli aūt fruſtra laboꝛare q̄m nunq̄ a xp̄o me poteris reuocare. Sicut enim tibi impoſſibile eſt altitudinē celi manu tāgere. aut maximū ſiccare pelagus ſic ⁊ iſtud eſſe cognoſce. Tunc rex ait. Et quis hoꝝ michi autoꝛ eſt maloꝝ niſi ego qui tam magnifica tibi feci q̄ nunq̄ aliq̄s patrū fecit filio. Quapꝛopter prauitas volūtatis tue. ⁊ ꝯtentio effrenata aduerſus caput meū te inſanire fecit. Merito aſtrologi in natiuitate tua dixerūt te arrogantē ⁊ parētibꝰ inobedientē futurū. Nunc vero ſi michi nō acq̄eueris a mea diſcedes filiatione ⁊ ꝓ pr̄e inimicꝰ effectus illa tibi faciā que nec hoſtibus adhuc feci. Cui ioſaphat. Cur rex triſtaris q2 bonoꝝ particeps effectꝰ ſum? Quis vnq̄ pr̄ in filij ſui pꝛoſpitate triſtis apparuit. Non ergo iam patrē vocabo te. Sed ſi michi aduerſaberis: ſicut ſerpentē fugiā te. Rex igit̄ ab eo cū ira diſcedens arachi amico notā fecit filij duriciā. Qui ſibi ꝯſuluit vt nō aſperis verbis cū eo vteret̄: q2 blandis ⁊ lenibꝰ puer meliꝰ traheret̄. Sequēti igitur die rex ad filiū venit. ⁊ circūplectēs oſculabat̄ eū: dicēs. Fili dulciſſime: honoꝛa caniciem patris tui. Verere fili patrē tuum. An neſcis quale bonū eſt patri obedire. ⁊ eū letificare. ſicut ecōtra malum eſt ipſum exacerbare? Quotquot eñ fecerūt male perierūt. Cui ioſaphat. Tēpus amādi ⁊ tempus odiendi ⁊ tēpus obediēdi. tēpus pacis ⁊ tempus belli. Nullo eñ modo auertētibꝰ nos a deo obedire debemꝰ. ſiue ſit pater ſiue ſit mater. ¶ Videns igitur pater eius ꝯſtantiam. ait. Ex quo video tuam pertinaciam. nec michi obedire vis: ſaltem veni: ⁊ ambo pariter veritati credamꝰ. Barlaā eñ q̄ te ſeduxit a me vinctꝰ tenet̄. Nr̄i igitur ⁊ veſtri cū barlaam ꝯueniāt. ⁊ pꝛeconē mittā. vt omnes galilei ſine timoꝛe veniant. Et diſputatione incepta ſi veſter barlaā obtinuerit vobis credemus. ſi aūt nr̄i nobis ꝯſentietis. Qđ cū regis filio placuiſſet. ⁊ illi cū ſimulatu barlaam oꝛdinaſſent quō priꝰ deberet ſimulare ſe fidē xp̄ianoꝝ defendere. ⁊ poſtea ſe ꝑmittere ſupari. oēs inſimul conuenerūt. Cōuerſus igitur ioſaphat ad nachoꝛ dixit. Noſti o barlaā qualr̄ me docuiſti. Si igit̄ fidē quam me docuiſti defenderis in doctrina tua vſq̄ in finē vite ꝑmanebo. Si aūt ſuparꝰ fueris: ſtatim in te meā ꝯtumeliā vindicabo. ⁊ coꝛ tuū ⁊ linguā manibus extrahēs dabo canibus: ne alij ampliꝰ pꝛeſumāt filios regum in erroꝛē mittere. His auditis nachoꝛ triſtis ⁊ pauidus vehemēter factus eſt: vidēs ſeipm̄ in foueā quam fecit decidiſſe. ⁊ laq̄o ſuo cōpꝛehenſum eſſe. Animaduertēs igit̄: cognouit meliꝰ eſſe filio regis adherere vt periculum mortis euadere poſſet. Rex aūt ſibi palā dixerat vt fidem ſuā ſine timoꝛe defenderet. Vnus ergo rhetoꝝ ſurgēs dixit. Tu es barlaā q̄ filiū regis ſeduxiſti? Et ille. Ego ſum barlaā qui filiū regis nō in erroꝛē miſi ſed ab erroꝛe liberaui. Et rhetoꝛ. Cum eximij ⁊ mirabiles viri deos nr̄os adoꝛauerunt quō tu aduerſus eos audes inſurgere? Et ille rn̄dens ait. Chaldei greci ⁊ egiptij errantes: creaturas deos eſſe dixerūt. Nam chaldei elemēta deos eſſe arbitrati ſunt. cum creata ſint ad vtilitatem hominū: vt eoꝝ dn̄ationi ſubiaceāt. ⁊ mltis paſſionibꝰ coꝛrūpantur. Greci quoq̄ nephandos hoīes deos putāt. ſicut ſaturnū quē aiunt filios ſuos comediſſe. ⁊ virilia ſibi abſcidiſſe. ⁊ in mare ꝓieciſſe. ⁊ venerē inde natā fuiſſe. ⁊ a filio ſuo quoq̄ ioue alligatū ⁊ ī tartaꝝ ꝓiectū eſſe. Jupiter quoq̄ rex alioꝝ deoꝝ eſſe deſcribitur. Queʒ tn̄ in aīalia tranſfoꝛmatū ſepe dicunt vt adulteria ꝯmitteret. Venerē quoq̄ deam adulterā eſſe dicunt. Nam aliq̄n habuit mechuʒ martem. aliq̄n adonidem. Egiptij aūt aīalia coluerūt. ſcʒ ouem vitulum ꝓꝛcū ⁊ hmōi. Xp̄iani aūt filiū altiſſimi colunt qui de celo deſcēdit. ⁊ carnē aſſumpſit. Cepit igitur nachoꝛ fidem chꝛiſtianoꝝ euidenter defendere. ⁊ rōnibus communire. ita q̄ rhetoꝛes illi muti effecti nichil oīno reſpondere ſciuerūt. Joſaphat igitur vehementer exultabat: eo q̄ dn̄s ꝑ inimicū veritatis: veritatē defendiſſet. Rex autē furoꝛe nimio repletus eſt. Juſſit igitur ꝯſilium diſſolui quaſi de his ſequēti die denuo tractaturus. Dixitq̄ ioſaphat patri. Aut magiſtrū meū permitte mecū hac nocte manere: vt ſimul de reſponſionibus fiendis craſtino ꝯferamus. ⁊ tu tuos tecū aſſumas ⁊ cū eis ꝯferas. Aut tuis mecum ꝑmiſſis accipe meū. Alioquin non iuſtitiā ſed violentiam exercebis. Quapꝛopter nachoꝛ ſibi conceſſit ſpem adhuc hn̄s q̄ eū ſeduceret. Cū igitur filiꝰ regis cū nachoꝛ domū rediſſʒ. Dixit ei ioſaphat. Ne putes me ignoꝛare q̄s ſis? Scio te nō eſſe barlaam ſed nachoꝛ aſtrologū. Incipiēſq̄ ioſaphat viā ſalutis ei p̄dicauit. ⁊ ad fidem ꝯuertēs: mane ad heremū

miſit. Ubi baptiſmũ ſuſcipiens heremiticã vitam
duxit. J Magus aũt quidã nomine theodas
hec que gerebãtur audiẽs ad regẽ venit. et ꝙ filiũ
ſuum ad leges patrias redire faceret ꝓmiſit. Cui
rex. Si hoc feceris: ſtatuã aureã tibi erigã. et ipſi
ſicut diis ſacrificiũ offerã. Et ille. A filio tuo cun-
ctos remoue. et mulieres decoras et ornatas intro
duci precipe: vt ſemꝑ cum eo ſint et miniſtrent ei.
ꝯuerſentur et morẽtur cũ eo. Ego aũt vnũ de ſpi-
ritibus meis ad eum dirigam qui eum ad libidi-
nem inflãmabit. Nichil em̃ iuuenes ſic põt ſeduce
re ſicut facies mulierũ. Rex em̃ quidã cũ filiũ vix
habuiſſet: dixerũt peritiſſimi medici ꝙ ſi infra de-
cẽ annos ſolẽ vł lunã viderit lumine oculoꝝ pri-
uabit̃. Rex igit̃ in quadã petra ſpelũca excisa filiũ
ibi vſ ad annos decẽ manere fecit. Quib⁹ fini-
tis iuſſit rex vt omniũ rerũ genera ante eũ adduce
rentur. et omnium nomina et notitiam poſſet hr̃e.
Adductis igitur ante eũ auro et argẽto. lapidib⁹
ꝓcioſis. veſtib⁹ ſplẽdidis. equis regalib⁹. et omniũ
rerũ generib⁹. cũ de vniuſcuiuſ rei nomine inter
rogaret: miniſtri omniũ ſibi nomina indicabant.
Cum aũt nomẽ mulierũ diſcere anxie q̃reret. ſpa
tarius regis ludendo dixit demones eas eſſe que
hoĩes ſeducũt. Rege autẽ interrogãte filiũ q̃d de
oĩbus q̃ viderat plus amaret. q̃d inquit pr̃ aliud
niſi demones illos q̃ ſeducũt hoĩes. In nullo em̃
ſicut in his ſic exarſit aĩa mea. Non igitur aliter
putes te filiũ tuum ſuꝑare niſi hoc modo. Rex
igitur omnib⁹ miniſtris eiectis: puellas decoras
ei ſociauit que eũ ſp̃ ad libidinẽ ꝓuocabant. nec
habebat aliũ ad quẽ reſpiceret. aut cũ quo loq̃re-
tur vel cũ quo veſceret̃. Malignus vero ſpirit⁹ a
mago miſſus in iuuenẽ irruit. et magnũ intus ca-
minũ ignis accẽdit. Malign⁹ igitur ſpũs intus in
flammabat. puelle aũt exteri⁹ dirũ excitabãt ar-
dorẽ. Qui ſe tam fortiter vexari ſentiẽs turbabat̃
et deo ſe totũ recõmendans diuinã ꝯſolationẽ re-
cepit. et oĩs tẽptato abſceſſit. Deinde quandã pu-
ellam pulcerrimã cuiuſdã regis filiã ſed pr̃e orba
tam ad eum miſit. Cui cum vir dei predicaret. illa
r̄ndit. Si me ab ydoloꝝ cultura ſaluare deſideras
ꝯiungere michi nuptiaꝝ copula. Nam et xp̄iani
ꝯiugia nõ abhorrẽt ſed laudãt q: patriarche coꝝ
et ꝓphe et petrus coꝝ apl̃us ꝯiuges habuerunt.
Ad quã ille. Inaniter mulier iſta michi ꝓſeq̃ris.
Permittit̃ quidẽ xp̄ianis vxores ducere ſꝫ nõ his
qui ꝓmiſerũt xp̄o v̓ginitatẽ ſeruare. Et illa. Sit
ita vt vis. Sed ſi animã meam ſaluare deſideras:
vnã minimã petitionẽ michi ꝯfice. Concũbe mecũ

tm̃ hac nocte. et ꝓmitto tibi ꝙ ſummo diluculo ef
ficiar xp̄iana. Nam ſi vt dicitis. gaudiũ eſt angel̃
dei ſuꝑ vno peccatore penitentiã agente. ipſi autori
ꝯuerſionis nõne magna merces debet̃? Semel tm̃
michi acq̃eſce. et ſic meipſaꝫ ſaluabis. Illa igit̃ tur
rem anĩe illi⁹ fortiter ꝯcutere cepit. Qđ demon vi
dens ſociis ſuis ait. Videtis quõ puella iſta ꝯcuſ
ſit quẽ nos nõ potuim⁹ ꝯcutere? Venite ergo et in
eũ fortiter irruam⁹ ex quo ꝯgruũ tp̄s inuenimus.
Cernẽs igit̃ ſanct⁹ iuuenis ſe tam fortiter captiua
tũ q: et ꝯcupiſcẽtia incitabat. et ſalus vni⁹ puelle
diabolo ſuggerẽte ip̄m ꝯmouebat. lachrimis infu
ſus orõni ſe dedit. In qua orõne obdormiẽs vidit
ſe duci in quoddã pratũ decoris florib⁹ exornatũ.
vbi folia arboꝝ dulcẽ ſonum reddebãt. aura qua
dam grata agitata. et odorẽ mirificũ emanabant.
Ubi fructus viſu ſpecioſiſſimi. et guſtu deſiderabi
les. Ubi ſedes poſite erant. auro et gẽmis fabrica
te. lecti lucidi cũ precioſiſſimis ornamentis. aque
limpidiſſime ꝑterfluẽtes. Dehinc in ciuitatẽ ip̄m
introduxerũt. cui⁹ muri ex auro obrizo erant que
claritate mirabili refulgebãt. Ubi etherei quidaꝫ
exercitus cantantes canticũ qđ auris mortalium
nunq̃ audiuit. Dictũ eſt ei. Iſte eſt loc⁹ beatoꝝ.
Cum autẽ viri vellent eum reducere: rogabat vt
eum ibi manere permitterẽt. Qui dixerũt. Cum
labore multo venies huc. ſi tm̃ tibi vim inferre po
teris. Deinde ad loca teterrima ipſum duxerunt:
omni feditate plena. Dictũ eſt ei. Iſte eſt locus
iniuſtoꝝ. Cum aũt euigilaſſet pulcritudo illi⁹ pu-
elle et ceteraꝝ ſtercore fetidior ei videbatur. Vero
cum maligni ſpiritus ad theodam rediſſent. et ipſe
eos exprobraret dixerũt. Priuſq̃ ſigno crucis ſi-
gnaretur: ſuꝑ ip̄m irruẽtes fortiter ip̄m ꝯturba-
uimus. Ut autẽ ſeipſuꝫ ſigno crucis muniuit. nos
perſecutus eſt cũ ira. Tũc theodas cũ rege ad eũ
intrauit ſperãs ꝙ ei ꝑſuadere poſſet. Sed ꝑdict⁹
mag⁹ captus eſt ab eo quem capere voluit. et ab eo
ꝯuerſus baptiſma ſuſcepit. et laudabilẽ vitã duxit
k Rex igitur deſperãs dimiſit ei de ꝯſilio amico
rum mediũ regni ſui. Ille aũt licet deſertum tota
mente deſideraret. tm̃ propter fidei dilatationẽ ad
tp̄us ipſum regnum ſuſcepit. ac in ſuis ciuitatib⁹
templa et cruces erexit. et oĩes ad xp̄m ꝯuertit.
Pater aũt tandem filij rõnibus et predicationib⁹
aſſenſum prebens. fidem xp̄i recepit. et baptiſmũ
ſuſcipiẽs et totũ regnũ filio ſuo dimittẽs. ip̄e miſe
ricordie operibus vacabat. et poſt hoc laudabil̃r
vitã finiuit. Ioſophat aũt barachiã regẽ pronũ-
cians pluries fugere voluit: ſed ſp̃ a ꝑplo captus.

vix tandem euaſit. Cū ergo p deſertū pgeret. cuidam pauperi regalē habitū dedit. ⁊ ipſe in paupꝫrima veſte remanſit. Diabolus aūt multas ei inſidias parabat. Aliqñ eñi gladio euaginato in eū irruebat. ⁊ cum pcutere minabatur niſi deſiſteret. Aliqñ in forma ferarum ſibi apparebat frendēs ⁊ dirum mugitum emittens. Jlle autem dicebat. Dñs michi adiutor eſt: nō timebo quid faciat michi homo. Duobus igitur annis in heremo ioſaphat vagabundus manſit. nec barlaam inuenire potuit. Tandē aūt ſpeluncā inuenit. ⁊ āte hoſtiū ſtans dicebat. Benedic pater bñdic. Cui⁹ vocem barlaā audiēs foras exiliȷ̄t. ⁊ oſculātes ſe feruentiſſime ſeſe alterutrū amplexib⁹ ꝯſtringebāt nec ſaciari poterāt. Retulit aūt ioſaphat barlaam omnia que acciderāt. ⁊ ille immenſas grās egit deo. Manſit aūt ioſaphat ibidem multis annis in abſtinentia mirabili ⁊ virtute. Tandem completis diebus barlaā in pace quieuit. Circa annos dñi. cclxxx. Joſaphat igitur in anno. xxv. regnū deſerens. xxxv. annis heremiticū laborē ſubiȷ̄t. Et ſic multis clarus virtutib⁹ in pace quieuit. ⁊ cū corpore barlaam poſitus fuit. Qđ audiens rex barachias illuc cū multo exercitu venit ⁊ corpora reuerenter aſſumens in ciuitatem ſuam tranſtulit. Ad quoꝝ tumulum miracula multa fiunt.

## De ſancto pelagio clxxvii. A



Pelagius papa mľte ſanctitatis fuit. ac in pontificatu laudabiľr ſe gerens. tandem plenus bonis opib⁹ in pace quieuit. Non fuit aūt iſte pelagius pdeceſſor ſancti gregoriȷ̄: ſꝫ ali⁹ ante ipm. Huic eñi pelagio ſucceſſit iohānes tercius. iohāni tercio ſucceſſit benedictus. benedicto pelagius. pelagio gregori⁹. Tpe igitur primi pelagiȷ̄ longobardi in italiam venerūt. Et qꝛ multi hui⁹ hiſtoriā ignorare pbātur. ideo eā hic inſerēdam decreui. put in hiſto. longobar. quā paulus longobardoꝝ hiſtoriograph⁹ ꝯpilauit. ⁊ in diuerſis cronicis explanata hētur. Gens eteñi quedaꝫ erat germanica plurimū poplˀoſa q̄ de litorib⁹ oceani pte ſeptētrionali egreſſa cū de inſula ſcādinaria p belloꝝ mľta certamīa diuerſarūqꝫ terraꝝ circuit⁹ tandē pannoniā deueniſſet. vltra nō audēs pcedere. ſedē ſibi in ea ppetue habitationis inſtituit. Hi primo vuinuli poſtea longobardi ſūt appellati. Dū aūt adhuc in germania reſiderent: agilmundus rex longobardoꝝ ſeptem pueros in piſcina a meretrice ad necandū piectos inuenit: quos vno ptu dicta meretrix ediderat. Quos dū rex caſu reptos cū haſta āmirans reuolueret. vn⁹ eoꝝ haſtā regis manu tenuit. Quem rex videns ⁊ ſtupēs nutriri fecit. ⁊ lamiſſionē vocauit. magnū eū futurū eſſe pnuncians. Qui tante pbitatis extitit q̄ mortuo rege eū longobardi regē fecerunt.

Per idem fere tpus ſcꝫ anno ab incarnatione dñi. cccclxxx. dum quidam epš arrianus. vt ait eutropi⁹. quendā nomine barbam baptiſare volēs diceret. Baptiſo te barba in nomine patris p filiū in ſpirituſancto. filiū ⁊ ſpiritūſanctū minorē pře p hoc oñdere volēs. ſubito aqua diſparuit. ⁊ baptizandus ad eccleſiā ꝯfugit. Per idē fere tpš floruerūt ſancti medard⁹ ⁊ gildardus frēs vterini vno die nati. vno die epi ꝯſecrati. vno die mortui. vno die a xpo aſſumpti. Ante vero hoc tpus vt in quadā cronica dicitur. ſcꝫ circa annū dñi. cccc. i. dū intra gallias arriana hereſis pullularet. vnitas ſubſtantie triū pſonaꝝ euidenti miraculo demonſtraŕ vt ait ſigibertus. Dum eñi in vrbe vaſacenſi miſſam epš celebraret. vidit tres guttas clariſſimas equaľ magnitudinis ſup altare emiſſas que ſimul defluentes in vnū ꝯiuncte gemmā pulcerrimam effecerūt. Quam cum in medio cuiuſdā crucis auree poſuiſſꝫ. alie gēme que ibi erant de ipſa protinus ceciderūt. Addidit quoqꝫ q̄ impiȷ̄s obſcura. ⁊ mundis clara videbatur. ⁊ q̄ infirmis dabat ſanitatē. ⁊ adorātib⁹ crucē augebat deuotionem B

Poſt hoc aūt longobardis his quidā rex pˀerat nomine albuin⁹ vir quidā fortis ⁊ ſtrēnuus. Qui cū rege gebidanioꝝ preliū gerēs. eius exercitū ꝯtriuit. ⁊ regem interfecit. Quapropter



BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

filiꝰ predicti regis occiſi qui ſibi in regnū ſucceſſe
rat. in vltionē patris ſui ꝯtra albuinū manu arma
ta fortiter proceſſit. Contra quē albuinꝰ exercitū
ſuum mouit: ⁊ ipm̄ ſupans interfecit. Filiamq̃ ſuā
nomine roſimundā captiuā ducēs in vxorē acce-
pit. Sed ⁊ de capite ipſiꝰ regis ſibi cupā parauit.
quā argēto circūducens inde bibebat. In illis au
tem diebꝰ iuſtinus iunior imperiū gubernabat q̄
quendā principē eunuchū habebat qui dicebatur
narſes. virū quidē nobilē ⁊ ſtrennuū qui ꝯtra go
thos q̄ totā italiā inuaſerāt procedens ipſos ſupa
uit. ⁊ regē eoꝝ attilā occidit. ⁊ vniuerſam italiam
pacatam reddidit: Qui pro magnis beneficijs ma
gnā inuidiā ꝯtulit a romanis. Quapropter apud
imperatorē falſo accuſatꝰ a prefato imperatore de-
poſitus eſt. Uxor quoq̃ imperatoris nomine ſaphina
hanc ꝯtumeliā ſibi miſit: ꝙ eā cū ancillis ſuis fila-
re faceret ⁊ lanaꝝ penſa diuidere. Ad hec verba
narſes rn̄dit. Et ego talem telā tibi ordiri ꝓcura-
bo quā donec vixeris deponere nō valebis. Nea-
polim igit̄ narſes ſecedēs. longobardis mādauit
vt paupima pannonie rura deſererēt. ⁊ ad italie
fertile ſolum poſſidendū ꝯfluerēt. Qd̄ albuinꝰ au
diens pannoniā deſeruit. ⁊ anno ab incarnatione
dn̄i. d. lxviij. cū longobardis italiā intrauit. Erat
aūt ꝯſuetudo eis longas valde barbas portare.
Unde cū quadā vice vt aiunt exploratores ad eos
venire deberēt. ꝓcepit albuinus vt oēs mulieres
ſolutos crines circa mentū circūducerēt vt barba-
ti hoīes ab exploratoribꝰ crederētur. Et inde lon
gobardi a longis barbis poſtmodū ſunt vocati.
Barda eni in eoꝝ līgua barbā ſonabat Alij dicūt
ꝙ cū vuinuli cū vuādalis pugnaturi eſſent. ⁊ ad
quendā qui habebat ſpm̄ ꝓphetie acceſſiſſent vt
pro eoꝝ victoria exoraret ⁊ eis bn̄diceret. de ꝯſi-
lio vxoris iuxta feneſtrā in qua mane ad orientē
orabat ſe poſuerūt. ⁊ mulieres circa mentū capil
los circūducere de eiuſdē ꝯſilio ꝓceperūt. Cum er
go ille feneſtrā aperiēs eos vidiſſet exclamauit.
Qui ſunt iſti longobardi. Et vxor ſua adiunxit vt
quibus nomen dederat victoriā ꝯdonaret Ingreſ
ſi igitur italiam oēs penes ciuitates ceperūt cun-
ctis habitatoribꝰ interfectis. Papiā aūt tribꝰ an-
nis obſeſſam tandem ceperūt. Rex aūt albuinus
iurauerat ſe oēs xp̄ianos occiſurū. Un̄ cū papiam
intrare deberet: equus eiꝰ ante portam ciuitatis
genua figens quantumcunq̃ calcaribꝰ vrgeretur
ſurgere nō valebat. quouſq̃ ad monitionē cuiuſ-
dam xp̄iani. rex iuramentū mutauit. Mediolanū
ergo longobardi ingreſſi. totā pene italiam intra

breue ſpaciū tp̄is ſubiugarūt preter romam ⁊ ro-
maniliaꝫ. Que romanilia eſt vocata quaſi altera
roma. ex eo ſcꝫ ꝙ rome ſp̄ adheſiſſet. ¶ Cum
igit̄ rex albuinꝰ verone eſſet. ⁊ quoddā magnū cō
uiuiū ꝓparaſſet. ciphū ſuū quē de capite regis fe-
cerat afferri faciēs ex eo bibit. ⁊ vxorē ſuam nomi
ne roſimundam de eo bibere fecit dicēs. Bibe cū
patre tuo. Qd̄ cum roſimūda didiciſſet. odiū ma-
gnum ꝯtra regem ꝯcepit. Erat aūt regi dux quidā
qui quandam domicellam regine carnalr̄ cogno-
ſcebat. At regina abſente rege quadam nocte an
cille ſue cubiculū intrās predicto duci ex pſonā ip
ſius ancille mandauit vt ad ſe illa nocte deberet
accedere. Qui cū veniſſet: regina ꝑdicto duci vice
ancille ſe ſuppoſuit. ⁊ poſtmoduꝫ dixit ei. Scis q̄
ſum? Cui cū ille eſſe taleꝫ amicā ſuam diceret. illa
ait. Nequaq̄ Sed ſum roſimūda. Certe talē rem
perpetraſti hodie ꝙ aut albuinū occides. aut al-
buini gladio interibis. Uolo igitur vt de ipo viro
meo qui patrē meū occidit: ⁊ de eius capite cupā
ſibi faciens me in ea bibere fecit: me debes vindi
care. Cui ille nō acquieſcens. aliū ſe inuenire ꝓmi-
ſit qui hoc negocium perpetraret. Unde illa arma
ſubtrahens ſpatam illiꝰ que erat ad lectuli caput
ne tolli aut euaginari poſſꝫ fortiter colligauit. Dū
ergo rex in ſtratu dormiret. homicida eiꝰ cubiculū
intrare conatur. Qd̄ rex ſentiēs de ſtratu exilijt.
⁊ ſpatā arripiens: ſed extrahere nō valens. cum
ſcabello ſe viril̄r defendere cepit. Sed ille cū opti
me eſſet armatus: in regē inualuit. ⁊ occidit. Ac-
cipiēs igitur vniuerſos thezauros palacij: cū roſi-
munda rauennā vt dicitur aufugit. Sed cum roſi
munda quendā iuuenem pulcerrimū prefectū ſcꝫ
rauenne vidiſſet. ipſum in virū hr̄e deſiderās ve-
nenum viro in calice propinauit. Cuiꝰ amaritudi-
nem ille preſentiēs: iubet vxori vt reſiduū bibat.
Qd̄ cum recuſaſſet ille euaginato gladio eā bibe-
re coegit. Et ſic ambo ibidē ꝑierūt. ¶ Tandē rex
quidā longobardoꝝ nomine adalaoth baptiſatꝰ:
⁊ fidem xp̄i ſuſcepit. Sed ⁊ theudelina longobar
doꝝ regina xp̄ianiſſima ⁊ deuota apud modoe-
ciam pulcerrimū oratoriuꝫ ꝯſtituit. Ad quā regi-
nam gregorius libros dialogoꝝ tranſmiſit. Que
virū ſuū noīe agiſulphū primo ducem thaurinen-
ſem. ſed poſtmodū longobardoꝝ regem ad fidem
ꝯuertit. ⁊ cum romano imperio ⁊ eccl̄ia cū pacē
hr̄e fecit. Sicq̃ in feſto ſanctoꝝ geruaſij ⁊ ꝓtha-
ſij facta eſt pax inter romanos ⁊ longobardos. Et
ideo gregorius in eodem feſto cantari inſtituit in
officio miſſe. Loquetur dominus pacem ⁊c. In

natiuitate quoqꝫ ſancti iohannis baptiſte. p̄dictoꝝ pax et cõuerſio amplius ꝯfirmata fuit. Theudelina vo in beatū iohannē ſpecialē deuotionē habebat. Cuius meritis gētis ſue cõuerſionē aſcribēs. p̄dictuꝫ oratoriū apud madoeciā fabricauit eiuſqꝫ gentis iohannē patronū et defenſorē eſſe cuidam viro ſancto reuelatū fuit. D ¶ Mortuo gregorio ſucceſſit ei ſabinus et ſabino bonifacius tercius et bonifacio tercio bonifacius quartus. Ad cuius p̄ces focas imparator donauit eccleſie xp̄i pantheon circa annos dn̄i. dcx. Et ad preces tercij bonifacij prius ſtatuit ſedē romanaꝫ eſſe caput omniū eccleſiarum. Nā eccleſia cõſtantinopolis ſe primā oīum eccleſiarum ſcribebat. Huius bonifacij tēpore mortuo foca et regnante eraclio circa annum dn̄i. dcx. machometh pſeudo ꝓpheta et etiā magus agarenos ſiue iſmaelitas. i. ſaracenos hoc modo decepit. ſicut legit̄ in quadā hiſtoria ipius et in quadam cronica. Clericus quidā valde famoſus cū in romana curia honorē quē cupiebat aſſequi nõ potuiſſet. indignatus ad partes vltra marinas cõfugiēs. ſua ſimulatiõe innumerabiles ad ſe attraxit. Inueniēſqꝫ machometh dixit ei. ꝙ ipm illi populo preficere vellet. Nutrienſqꝫ columbaꝫ grana et alio hmōi in auribus machometh ponebat. Colūba aūt ſuꝑ eius humeros ſtās. de auribꝰ eius cibū ſibi ſumebat. Sicqꝫ iam adeo aſſuefacta erat ꝙ qn̄cunqꝫ machometh videbat ꝓtinꝰ ſuꝑ humeros eiꝰ ꝓſiliens roſtrū in eiꝰ aure ponebat. Predictꝰ igit̄ vir populū cõuocans. dixit ſe illū ſibi velle p̄ficere quē ſpūſſanctus in ſpecie colūbe monſtraret. Statimqꝫ colūbam ſecrete emiſit. et illa ſuꝑ humeros machometh qui cuꝫ alijs aſtabat euolās. roſtrū in eius aure appoſuit. Qđ populus vidēs ſpiritūſanctum eſſe credidit qui ſuꝑ eū deſcenderet ac in eius aure verba dei inferret. Et ſic machometh ſaracenos decepit. Qui ſibi adherētes regnum ꝑſidis ac oriētalis imperij fines vſqꝫ ad alexandriā inuaſerunt. Hoc quidā vulgariter dicit̄. Sed verius eſt qđ inferius habet̄. ¶ Machometh igit̄ ꝓprias leges cõfingens ipſas a ſpūſancto in ſpecie colūbe que ſepe vidente populo ſuꝑ eum volabat. ſe recepiſſe menciebat̄. In quibus quedā de vtroqꝫ teſtamēto inſeruit. Nam cū in primeua etate mercimonia exerceret. et apud egiptū et paleſtinam cū camelis ꝑgeret. cum xp̄ianis et iudeis ſepe conuerſabatur. a quibꝰ tam nouū. ꝙ vetus. didicit teſtamētuꝫ. Unde ſcđm ritum iudeoꝝ circūcidunt̄ ſaraceni. carnes porcinas non comedūt. Cuius rationem cum vellet machometh aſſignare. dixit ꝙ ex fimo cameli porcus poſt diluuiū fuerit ꝓcreatꝰ. et ideo tanꝙ̄ imundus a mundo populo eſt vitandus. Cū xp̄ianis aūt conueniūt. quia credunt vnū ſolū deuꝫ omipotentē omniū creatorē. Aſſeruit etiā pſeudo ꝓpheta vera quedā falſis imiſcens ꝙ moyſes fuit magnus ꝓpheta. ſed xp̄s maior et ſummus ꝓphetarū. natus ex maria virgine virtute dei. abſqꝫ ſemine homis. Ait quoqꝫ in ſuo alcorano ꝙ xp̄s duꝫ adhuc puer eſſet. de limo terre volucres ꝓcreauit Sed venenū immiſcuit. qr xp̄m non vere paſſum. nec vere reſurrexiſſe dixit. ſed alium quendā hominem ſibi ſimilē hmōi egiſſe. vel paſſum eſſe docuit

E ¶ Quedā aūt matrona nomīe cadigan que p̄erat cuidā prouincie nomīe corocanica vidēs hominē iudeorū et ſaracenoꝝ contubernio vallari. extimabat in illo maieſtatem diuinā latere. Et cū eſſet vidua ipſum in maritū accepit. Et ſic machometh totiꝰ illius ꝓuincie obtinuit principatū. Ille aūt ſuis p̄ſtigijs nō ſolū predictā dominā ſed etiaꝫ iudeos et ſaracenos demū adeo dementauit. vt ſe meſſiam in lege ꝓmiſſum publice fateretur. Poſt hoc vero machometh cepit frequēter cadere epilētica paſſione. Qđ cadigan cernens plurimū triſtabatur. eo ꝙ ipuriſſimo homini et epilētico nupſiſſet. Quā ille placare deſiderans talibus eam ſermonibus demulcebat dicēs. Grabrielem archāgelum frequenter mecū loquentem cõtemplor et nõ ferens ſplendorē vultus eius. in me deficio et tabeſco. Qđ ſic eſſe mulier et ceteri crediderūt ¶ Alibi tamen legit̄ ꝙ fuit quidam monachus qui machomethum inſtruxit nomīe ſergius. Qui in errorem neſtorij incidens duꝫ a monachis fuiſſet expulſus in arabiā venit ⁊ machometho adheſit. Licet a ibi legat̄ ꝙ fuit archidyaconus in partibus antiochie degens. et fuit vt aſſerūt iacopita. qui circunciſioneꝫ p̄dicant. xp̄mqꝫ nõ deū ſed hominē tantū iuſtū et ſanctū de ſpūſancto cõceptū et de virgine natū affirmant. Que omnia ſaraceni affirmiāt et credūt Predictꝰ igit̄ ſergius machomethū de nouo et veteri taſtamēto vt tradunt plura edocuit. Machomethus eīn vtroqꝫ parente orbatus. ſub patrui ſui cura puericie annos agebat. mltoqꝫ tp̄e vniuerſa gente ſua arabū ydoloꝝ cultui deſeruiuit. quēadmodum in alcorano ſuo teſtat̄ deum ſibi dixiſſe. Orphanꝰ fuiſti et ſuſcepi te. i errore ydolatrie diu manſiſti et inde eduxi te. paup eras et ego locupletaui te. Uniuerſa eīn gens arabū cū machometho venerem ꝓ dea colebat. et inde eſt ꝙ adhuc ſexta feria apud ſaracenos in magna veneratiõe habet̄ ſicut apud iudeos ſabbatuꝫ. et apud xp̄ianos dies



BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

dn̄ica colit᷑ Machometbus igit᷑ predicte cadigan
locupletatus diuitijs. in tantā ꝓrupit mētis auda
ciam vt regnū arabū ſibi vſurpare cogitaret. Sed
cum videret ſe ꝑ violentiā hoc aſſequi non valere.
maxime cū a tribulib⁹ ſuis q̄ eo maiores fuerāt de-
ſpiceretur. prophetā ſe fingere voluit. vt quos nō
poterat ſubiugare ꝑ potentiā ſaltem ꝑ ſanctitatē
attraheret ſimulatam. Predictiqꝫ ſergij viri valde
prudentis cōſilijs adherebat. Ipm̄ enī abſcondite
manere faciebat. et ab eo oīa requirebat. et pplo
referebat. ac gabrielē archangelū eū nominabat
Et ſic machometbus totius gētis illius ꝓphetā ſe
ſimulando obtinuit principatū. omneſqꝫ ſibi ſpōte
vel timore gladij crediderūt. Et iſtud verius eſt ꝙ̄
illud qd̄ ſupra dictū eſt de columba. Et ſic eſt te-
nendū. F ¶ Predictus igit᷑ ſergius cum mona-
chus eſſꝫ voluit vt ſaraceni monachali habitu vte-
rentur. ſcꝫ cuculla ſine caputio. et vt inſtar mona-
chorū multas et ordinatas genuflectiones facerēt
et ordinate valde orarent. Et qꝛ iudei verſus occi
dentem et xp̄iani verſus orientē orabant voluit vt
ſui verſus meridiē orarent. Que oīa adhuc ſarace
ni obſeruāt. Multas aūt leges machometbus ꝓ-
mulgauit quas p̄dictus ſergius eū docuit. quarū
multas de moſayca lege accepit. Sepe nanqꝫ ſara
ceni ſe lauāt et maxime cum orare debēt. Uerēda
ſua manus brachia. faciē et os et oīa membra cor-
poris abluūt. vt mūdius orare poſſint. Orātes aūt
vnū confitent᷑ deū qui nullū ſequalē vel ſimilē ha
bet eiuſdēqꝫ machometbū ꝓphām. In āno quoqꝫ
integrū menſē ieiunāt. Ieiunantes aūt nocturno
tp̄e comedūt. diurno v̄o ieiunāt. ita vt ab ea hora
diei qua nigrū ab albo diſtinguere poſſunt vſqꝫ ad
ſolis occaſū comedere vel bibere aut ſe vxoris cō
mixtiōe fedare nemo audeat. Poſt ſolis occubitū
vſqꝫ ad ſequētis diei crepuſculū ſemꝑ licet eis cibo
potu et ꝓprijs vxoribus vti. Infirmi aūt ad hoc
non obligant᷑. Semel aūt ꝑ ſingulos annos cauſa
recognitiōis ad domū dei que eſt in mecha ire pre
cipiunt᷑. et ibi adorare. eamqꝫ incōſutilibus tegu-
mētis circuire. ⁊ lapides ꝑ media foramina ꝓ dya
bolo lapidādo iactare. Quā domum dicunt adam
cōſtruxiſſe. omibuſqꝫ filijs eius. et abrahā. et iſma-
heli locū oratiōnis fuiſſe. demū machometbū eam
domū ſibi cunctiſqꝫ gentibus ſuis tradidiſſe affir-
mant. Oēs carnes p̄ter porcinas ſanguinē. et mor
ticiniū comedere pn̄t. Quatuor legitimas vxores
in ſimul habere eis licet. et quālibet vſqꝫ tercio re-
pudiare. et rurſus recipe. ita tamē vt quaternariū
numerū nō tranſcēdant. Empticias vero atqꝫ ca-
ptiuas quot volūt habere licitū eſt. et eas vēdere
pn̄t cum velint. niſi earū aliquā impgnaſſent. Con
cedit᷑ eis de ꝓpria cognatione habere vxores vt
ſanguinis ꝓles accreſcat. et forti⁹ inter eos amici-
cie vinculū aſtringat᷑. Circa poſſeſſiones repeten-
das obſeruant. vt actor teſtibus ꝓbet et reus iura
mento ſe cōprobet innocentē. Cum adultera deꝑ-
henſus cū ea pariter lapidat᷑. Cū alia aūt fornica
tus octoginta verberibus plectit᷑. Machometbus
tn̄ dixit ſibi a dn̄o angelo gabriele nūciante fuiſſe
conceſſum. ꝙ ad aliorū vxores accedere poſſet. vt
viros virtutis et ꝓphās generaret. Quidā autē
ſeruus eius cū pulchrā vxorē haberet. et ſibi ne cū
dn̄o ſuo loqueret᷑ interdixiſſet. quadā die ipſam cū
eo loquentem inuenit et protinus eam a ſe reiecit.
Quā machometbus recipiēs inter alias ſuas vxo
res cōnumerauit. Timēs vero ex hoc murmur po
puli. cartam de celo ſibi delatā confinxit. in qua cō
tinebat᷑. ꝙ ſi aliquis vxorē repudiaret. eius eſſet
vxor q̄ eā ſuſcepiſſet. Qd̄ ſaraceni vſqꝫ hodie pro
lege obſeruāt. Fur prima ⁊ ſecūda vice verberibus
plectitur. tercia manus ei precidit᷑. quarta pedis
truncatione punit᷑. A vino ſemꝑ abſtinere iubent᷑.

G ¶ Seruātibus hec et alia mandata ꝓmiſit
deus. vt aſſerūt paradiſum. ideſt ortū deliciarum
aquis p̄terfluentibus irrigatū in quo ſedes habe-
būt ꝑpetuas. nec frigore aut eſtu aliquo affligent᷑
omibus ciborū generibus veſcent᷑. quicquid petie
rint cōtinuo inueniēt. ſericis veſtimētis oīb⁹ colo
ribus induent᷑. et virginibus ſpecioſiſſimis cōiugē
tur. in delicijs omibus accubabūt. Quibus angeli
accubabūt. Quibus angeli pincernaꝝ more cū va
ſis aureis et argēteis. ī aureis lac. ī argēteis vinū
afferentes dicēt. Comedite et bibite ī letitia. Tria
flumina ſcꝫ lactis mellis et vini optimi aromatici
eos habere dixit machometbus in paradiſo. et ꝙ
angelos pl̄cherrimos ſunt viſuri. et adeo magnos
ꝙ ab vno oculo angeli vſqꝫ ad aliū ſit ſpaciū vni⁹
diei. Non credentibus vero deo nec machometbo
erit vt aſſerunt infernalis pena ſine fine. Quibuſ-
cunqꝫ autē peccatis quilibet obligatus fuerit ſi in
die mortis deo et machometbo crediderit. in die
iudicij machometbo interueniēte vt aſſerūt ſalu⁹
erit. Hunc pſeudo ꝓphām ſaraceni tenebris inuo
luti ſpiritū ꝓphecie ſuꝑ omnes habuiſſe affirmāt.
et decem angelos ſibi fauentes et eū cuſtodientes
eū habuiſſe predicāt. Addunt quoqꝫ ꝙ anteꝙ̄ de⁹
celū et terrā creaſſet. nomē machometbi in cōſpe
ctu dei aſtabat. et niſi ipſe machometbus futurus
fuiſſet. nec celum nec terra nec paradiſus fuiſſet

# De ſancto Pelagio

Mentiunt̃ quoq; de eo ꝙ luna ad eũ acceſſit. quã ille in ſinu recipiens in ꝑtes duas diuiſit et iterũ coniunxit. Venenũ inſup ſibi in carne agnina ſibi oblatũ fuiſſe dicũt. Agnus aũt ei locutus eſt dicẽs. Caue ne me ſumas. qꝛ in me habeo venenum. Et tamẽ poſt plures annos veneno ſibi dato interijt Sed iam nũc ad longobardoꝝ hiſtoriã ꝓſequẽdã ſtilus ſe vertat ¶ Longobardi igit̃ romano impio plurimũ moleſti erant. licet fidem xpi recepiſſent. Poſt hoc aũt pipinus princeps maioꝛ regie dom⁹ francoꝝ defunctus eſt. Cui ſucceſſit karolus filius eius qui tutides appellabat̃. Qui mltas victorias faciens. reliquit duos filios eiuſdẽ aule regie principes. ſcꝫ karolum magnũ et pipinũ. Sed karolus magnus relicta ſeculi pompa caſſinẽſis monach⁹ eſt effectus. pipinus aũt aulam regiã ſtrennue gubernabat. Sꝫ cũ childericus rex eſſet inutilis et remiſſus. cõſuluit pipinus zachariã papam. An ille deberet eſſe rex qui ſolo nomĩe regio erat cõtent⁹ Cui papa rñdit illũ debere regẽ vocari qui bene rempublicã gereret. Qua reſpõſione franci animati childericũ in monaſteriũ recluſerunt. et pipinũ regem creauerunt circa annos dñi. dccxl. Verũ cum arſtulphus rex lõgobardoꝝ eccleſiaꝫ romanã ſuis poſſeſſionibus et dñio ſpoliaſſet. ſtephanus papa qui zacharie ſucceſſerat ad pipinũ regẽ francie cõtra longobardos auxiliũ petiturus acceſſit. P Pipinus aũt copioſum exercitũ congregãs in ytaliam venit. et arſtulphũ regẽ obſedit. A quo quadraginta obſides accepit. vt eccleſie romane omĩa predia q̃ abſtulerat redderet. ⁊ ipam amplius nõ inquietaret. Sꝫ recedẽte pipino arſtulphus totuꝫ qđ promiſerat irritũ fecit. Qui tamẽ poſt modicuꝫ dũ venatum ꝑgeret ſubito expirauit. et deſiderius eidẽ ſucceſſit. ¶ Per ideꝫ tẽpus dum theodoricus rex gothoꝝ iuſſu imperatoris ytaliã regeret. et arriana hereſi deprauat⁹ eſſet. et boetius phs conſularis patricius cũ ſimacho patricio cuius gener erat rempublicã illuſtraret. et auctoritatẽ romani ſenatus cõtra theodoricũ defenſaret. ideꝫ theodoricus boetiũ papie in exiliũ truſit. vbi librũ de conſolatione cõpoſuit. et tandem eum extinxit. Eius vxoꝛ elpes nomine hymnũ apoſtoloꝝ petri et pauli qui ſic incipit. Felix ꝑ omẽs feſtũ mundi cardines. edidiſſe fertur. Epitaphiũ quoq; ſuũ ipſa cõpoſuit ita dicẽs. Elpes dicta fui ſicilie regionis alũna. Quã ꝓcul a patria cõiugis egit amoꝛ. Porticib⁹ ſacris iam nunc ꝑegrina quieſco. Judicis eterni teſtificata thronũ. Theodoricus aũt ſubito defũctus a quodã ſancto heremita viſus eſt a iohe papa et ſymacho quos ipe occiderat. nudus et diſcalciatus in ollam vulcani demergi. ſicut ait greg. in dyalogo. Circa annũ dñi. dclxxvij. dagobertus rex francoꝝ vt in quadã cronica habet̃. qui longe ante pipinũ regnauerat a ſui puericia ſanctũ dyoniſiuꝫ in magna veneratione habere cepit. Nam et quãdo lotharij patris ſui iram metuebat. ad eccleſiaꝫ ſancti dyoniſij cõfugiebat. Cũ ergo factus iam rex mortuus fuiſſet. cuidã ſancto viro in viſione monſtratũ eſt. ꝙ anima eius ad iudiciũ rapta fuit. ⁊ multi ſancti ſuarũ eccleſiarũ expoliationẽ obijciebãt eidem Cum ergo mali angeli iam ad penas rape eã vellent. affuit beatus dyoniſius. et eius interuẽtu liberatus eſt et penã euaſit. Forte ei eius aĩa ad corp⁹ redijt. et ibi penitentiam egit. Clodoueus rex corpus ſancti dyoniſij minus religioſe diſcooperiens os brachij eius fregit. et cupide rapuit. Qui mox in amenciã verſus eſt. Circa annũ dñi. dclxxxvij. beda venerabilis p̄ſbiter et monachus ĩ anglia claruit. qui licet in ſanctoꝝ cathologo computetur. tñ ab eccleſia nõ ſanct⁹ ſed venerabilis appellat̃. Et hoc duplici de cauſa. Prima eſt. qꝛ cũ pre nimia ſenectute eius oculi caligaſſent. habebat vt aiũt quẽdam ductorẽ a quo ꝑ villas et caſtella ſe duci faciebat. et vbiq; verbũ domini p̄dicabat. Quadã vice dum ꝑ quandã vallẽ magnis lapidib⁹ plenã tranſirent. eius diſcipulus deriſionis cauſa eidẽ dixit ꝙ ibi eſſet magnus populus cõgregatus. q̃ eius p̄dicationẽ ſilenter et auide expectaret. Tunc ille feruenter p̄dicare incipiens. cũ in fine ꝑ omnia ſecula ſeculoꝝ cõcluſiſſet. mox vt aiũt alta voce lapides clamauerũt. Amẽ venerabilis pater. Quia igit̃ venerabilem eũ miraculoſe lapides vocauerũt. ideo venerabilis pater appellat̃. Vel vt alij aſſerũt. ei angeli reſpõderũt. Bene venerabilis pater dixiſti Scđa cauſa eſt. qꝛ poſt eius mortẽ quidaꝫ clericus ſibi deuotus quendã verſum edere cupiebat. queꝫ in eius tumulo facere ſculpi volebat. ita incipiens Hac ſunt in foſſa. volẽs verſum taliter terminare bede ſancti oſſa. Sed qꝛ talem finẽ verſus cõgruitas non patiebat̃. ⁊ ſedula mente reuolueret. nec congruũ finem videret. dum quadã nocte multum ſup hoc cogitãs mane ad tumulũ ꝓperaſſet. manibus angelicis verſum taliter ſculptũ reperit et finitũ. Hac ſunt in foſſa bede venerabilis oſſa. In die autẽ aſcenſionis cũ morti appropinquaret. ad altare portare ſe faciẽs antiphonã. O rex glorie dñe virtutũ. vſq; ad finem dixit deuote. Qua finita in pace dormiuit. tantuſq; odoꝛ omnes ꝑfudit. vt in paradiſo ſe eſſe exiſtimarẽt. Eius corpus cũ deuo

tione congrua colit apud ianuā. ¶Per idē tēpus
ſcʒ circa annū dñi.dcc.rachordus rex frizonum cū
baptizari deberet.et iā vnū pedē in lauacro intin-
xiſſet.alterū retrahens interrogauit. Ubinam plu-
res maioꝝ ſuoꝝ eſſent.in inferno an in paradiſo.
Et audiēs plures eſſe in inferno. intinctū pedē re-
trahens.ſanctius eſt inquit plures ꝙ pauciores ſe-
qui. Et ita ludificatus a demone ꝓmittēte ꝙ ter-
cia die ab hinc incomparabilia dona ſibi daret ipe
quarta die ſubita et eterna morte periȷ̄t. In cāpa-
nia ytalie frumentū et ordeum et legumina inſtar
pluuie de celo cecidiſſe refert. Per idem tēpus ſcʒ
circa annū dñi.dccxl.cum corpus ſancti benedicti
de mōte caſſino ad monaſteriū floriacenſe.et corpꝰ
ſancte ſcolaſtice ſororis eius apud ceromanas fuiſ-
ſet tranſlatū. karolus monachus caſſinēſis corpꝰ
ſancti benedicti ad caſtrū caſſinū transferre vole-
bat. Sed miraculis a deo oſtenſis.et francis reſi-
ſtentibus ꝓhibitus fuit. J ¶Eo tpe circa annū
dñi ſeptingenteſimūquadrageſimū terremotꝰ ma-
gnus factus eſt.quo vrbes alie ſunt ſubuerſe. alie
a mōtanis ad ſubiecta cāpeſtria cū muris et habi-
tatoribus ſuis.itegre et ſalue vltra ſex miliaria vt
dicit tranſmigrarunt. Corpus ſancte petronelle
petri aplī filie transfert.in cuius ſepulcro marmo-
reo ipius petri manu ſcriptū legebat. Auree pe-
tronelle dilectiſſime filie.vt ait ſigibertus. ¶Eo
tpe tiriȷ̄ armeniā infeſtāt.in quoꝝ patria cū olim
peſtilentia fuiſſet.ſuaſu xpianoꝝ in modum crucis
ſua capita totōderūt.et quia ꝑ hoc ſignū ſalus red-
dita eſt. hunc tondēdi retinuerunt ritū. Pipino
tandē poſt mltos triūphos defuncto .karolus ma-
gnus eius filius eidē in regnū ſucceſſit. cuius tpe
in romana ſede adrianꝰ pōtifex pſidebat. Qui ad
karolū magnū legatos miſit.poſtulās ab eo auxi-
lium contra deſideriū regem longobardorum qui
more patris ſui arſtulphi eccleſiā plurimū infeſta-
bat. Cui karolus obediēs magno cōgregato exer-
citu ꝑ montem ſeniſiū ytaliā intrauit.et papiā ci-
uitatem regiā potenter obſedit.et ibi deſiderium
capiēs cū vxore filiȷ̄s et principibus ad gallias in
exiliū miſit et omnia iura eccleſie q̄ longobardi ab-
ſtulerant ſibi reſtituit. Erant tūc in exercitu karoli
amicus et amelius ſtrēnuiſſimi milites xpi. quorū
miri actus legunt. Qui apud mortariā vbi longo-
bardos karolus ſupauit ceciderūt. Et hic termina-
tū eſt regnū longobardorū. Nam deinceps illū re-
gem habebant quē ceſares ſibi dabant. Proficiſcē-
te karolo romā papa ſynodum.cliiȷ̄. epiſcoporum
cōgregauit. In qua ſinodo papa ius eligēdi pōti-

ficem romanū et ordinādi aplicam ſedem karolo
dedit. Archiepos quoqʒ et epos ꝑ ſingulas ꝓuin-
cias ante conſecrationē ab ipſo inueſtiturā accipe-
diffiniuit. Filiȷ̄ quoqʒ eius rome reges vngunt. ſcʒ
pipinus ſup ytaliā. ludouicus ſup aquitaniā. Al-
chuinus magr̄ karoli tūc florebat. Pipinus karoli
filius de cōiuratione cōtra patrē cōuictus in mo-
nachū tonſurat. Circa annū dñi.dcclxxx.tēpore ſcʒ
hyrene impatricis ⁊ filiȷ̄ ſui nomīe conſtantini ho-
mo quidam in longis muris tracie fodiens ſicut in
quadā cronica legit. inuenit archā lapideā. Quā
cū expurgaſſet et reuelaſſet. virū iacentē ibi repe-
rit.et lr̄as taliter continētes. Xp̄s naſcetur ex ma-
ria virgine.et credo in eū. Sub conſtantino et hy-
rene imperatoribus o ſol iterū me videbis. Defun-
cto adriano leo in romanā ſedē ſublimatus eſt. vir
per oīa reuerendus. Cuius ſublimationē propin-
qui adriani egreferētes.cū letanias maiores age-
ret.cōtra eum pepulo cōcitato ei oculos eruerunt
et linguā pciderunt. Sed deus miraculoſe linguā
ſibi et viſū reſtituit. Qui dū ad karolū confugiſ-
ſet.ipe eum in ſede ſua collocauit.et reos puniuit.
Romani igit ſuadente papa anno dñi. dcclxxxiiȷ̄.
relicto impio cōſtantinopolitano. vno omniū con-
ſenſu imperatorias laudes karolo acclamāt cumqʒ
ꝑ manū leonis imperatorem coronāt.ceſarem et au-
guſtū appellāt. Poſt cōſtantinū eīm magnū impe-
rialis ſedes apud cōſtantinopolim habebat. pro
eo ꝙ predictus conſtantinus romanā ſedē vicariȷ̄s
beati petri reliquit et apud predictā vrbem ſedem
ſibi ordinauit. Ueruntamē ꝓpter dignitatē impa-
tores romani nūcupati ſūt vſqʒ ad illud tp̄us quo
impium romanū ad reges francoꝝ tranſlatum eſt.
Poſtea vero illi grecorū ſiue cōſtantinopolitani.
iſti vero romanoꝝ imperatores vocati ſunt. Hoc aūt
de tanto imperatore valde mirabile fuit. ꝙ nullā fi-
liarū ſuarū quādiu vixit voluit cōiugio copulare.
Dicebat eīm ſe earū contubernio nō poſſe carere.
Et vt alchuinus eius magiſter de eo ſcribit. licʒ ali-
as felix eſſet.in hoc aduerſe fortune malignitatem
exptus eſt.ſatis declarans quid ſup hoc dicere vel-
let. Nō tamē ita imperator diſſimulauit. ac ſi de eo
nulla ſuſpicio haberet. q̄uis de hoc multus ſermo
fieret. Unde et quocunqʒ ibat. ſemp eas ſecū duce-
bat. k ¶Huius karoli tpe officiū ambroſianum
maxime dimiſſum eſt et gregorianū ſolenniter di-
uulgatū. imperiali auctoritate ad hoc plurimū adiu-
uāte. Ambroſius nāqʒ vt teſtat augꝰ. in libro con-
feſſionū. cū in iuſtina imperatrice arriana pfidia de-
prauata pſecutionē pateret. et intra eccleſiā ſunt

# De ſancto Pelagio

plebe catholica inſidijs vrgeretur. inſtituit hymnos et pſalmos ſcd̄m morē orientaliū decantari. ne populus meroris tedio cōtabeſceret. Quod per omnes fuit poſtmodū eccleſias deriuatū. Uerū gregorius poſtmodū ſuperueniēs plura mutauit. addidit. et detrūcauit. Sancti enī patres nō ſtatim omīa ad decorem officij ꝑtinentia videre potuerūt. ſed diuerſi diuerſa ordinauerūt. Nā et miſſe inceptio tres varietates habuit. Olim enī a lectiōe inchoabatur. ſicut adhuc in ſabbato ſancto fit. Poſtmodū celeſtinus papa pſalmos ad introitum miſſe cantari inſtituit Greg. vero introitū miſſe cum cantu ordinauit. et vnū verſum de illo pſalmo qui totus cantabatur retinuit. Pſalmos olim circa aram in modū corone circūſtantes concorditer cōcinebāt et inde chorus dicitur. Sed flauianus et theodorus ꝙ alternatim cātarentur inſtituerūt. ab ignacio hoc habētes qui ſuper hoc diuinitus fuit edoctus. Hiero. quoqꝫ epiſto. as euāgelia et ex magna ꝑte officia diurna et nocturna preter cantū ordinauit. Ambroſius gelaſius. et gregorius orōnes et cantus addiderūt. et lectōnibus et euāgelijs coaptauerūt. Gradualia tractus et alleluya gelaſius et greg. ad miſſam cātari inſtituerūt. Hilarius vel ſcd̄m quoſdā ſimachus papa. vel ſcd̄m alios theleſphorus papa addidit ad glorie in excelſis. laudamus te. et cetera q̄ ſequūtur. Nocherus abbas ſancti galli ſequētias ꝓ neumis ipſius alleluya primus ꝯpoſuit. ſed nicolaus papa ad miſſas eas cātari cōceſſit. Hermanus ꝯtractus theutonicus fecit. rex omipotens ſanctiſpūs aſſit nobis gratia. et aue maria. et antiphonā. alma redemptoris mater. et ſimon bariona. Petrus vero de cōpoſtella epſ fecit ſalue regina. Sigibertus tñ dicit ꝙ robertus rex francoꝝ fecit ſequētiam. ſanctiſpūs aſſit nobis gr̄a etc. karolus vt refert turpinus archiepſ erat corpore decorus. ſed viſus ferus ſtatura eius pedū octo. et facies eius palmū et dimidiū in longitudine poſſidebat. barba vero eius palmū vnū. frons erat vni' pedis. Militē armatum ſuper equum ſedentē a vertice ſimul cum equo ictu cū ſpata ſcindebat. Quatuor ferraturas equorū ſimul facile manib' extēdebat. Militē armatū recte ſtantē ſuper manū ſuā ſolo manu velociter eleuabat. Leporē integrū aut duas gallinas. vel anſerem edebat. Modicū vinū et limphatū bibebat Tam parcus in bibendo erat ꝙ ſemper in cena raro pluſqꝫ ter bibere ſolebat. Cenobia multa ꝯſtruxit et laudabiliter vitā finiuit. et in fine rerum ſuarum xpm heredē fecit. Cui in imperiū ſucceſſit ludouicus eius filius vir clemētiſſimus circa annos dñi. dcccxv. Cuius tpe epiſcopi et clerici cingula auro textilia et exquiſitas veſtes et alia ornamenta ſecularia depoſuerūt. Theodolphus aurelianēſis epſ falſo apud imꝑatorē accuſatus ab eodē eſt cuſtodie andegauis mancipatus. Cum aūt vt in quadā cronica habetur in die palmarū ꝓceſſio iuxta domū in qua cuſtodiebatur trāſiret. ille apta feneſtra. facto qꝫ ſilencio. pulcherrimos illos verſus a ſe dictos ſcʒ. Gloria laus et honor tibi ſit xpe redemptor etc. preſente imꝑatore cātauit. Qui intantū imꝑatori placuerūt. ꝙ ipm a vinculis mox abſoluit. et i ſuā ſedē reſtituit. Legati michaelis imꝑatoris conſtātinopolitani inter cetera munera detulerunt ludouico filio karoli magni libros dyoniſij de gerarchia de greco in latinū trāſlatos. Qui cum gaudio ſunt recepti et. xix. infirmi in ipa nocte i eccl'ia eius ſunt curati

¶ Mortuo ludouico lotharius imperiū tenuit. Cui fratres eius ſcʒ karolus et ludouicus bellū indicētes. tanta vtrimqꝫ facta eſt ſtrages. vt nulla etas meminerit tantā aliquādo fuiſſe in regno francoꝝ. Tandē pacto inito karolus regnat in francia. ludouicus in germania. lotharius in ytalia et ꝑte frācie. q̄ ab ipo lotharingia dicta eſt Qui poſtmodū ludouico eius filio imperiū derelinquens habitū monachalē accepit. Huius tpe vt in alia quadā cronica dicitur erat papa ſergius natione romanus. q̄ primo os porci dictus eſt. ſed mutato nomīe dict' eſt ſergius. Ab illo tpe ordinatū eſt vt omēs pape nomīa mutent. tum quia dñs his quos in aplatum elegit nomē mutauit. tum quia ſicut mutantur in nomine ſic mutari debent in vite ꝑfectione. tū ne ille qui ad tam decorū officiū eligitur aliquo nomīe indecoro turpetur. Huius ludouici tpe. ſcʒ anno dñi. dccclvi. vt in cronica quadam habetur in parochia maguntina malignus ſpūs parietes domoꝝ quaſi malleis pulſando et manifeſte loquendo et diſcordias ſeminādo. adeo homines infeſtabat. vt quocunqꝫ intraſſet ſtatim illa dom' exurebatur. Preſbiteris aūt letanias agentibus. et aquā benedictā ſpargētib'. inimicus lapides iactabat. et multos cruētabat. Tandē aliquādo cōquieſcens cōfeſſus eſt ſe qn̄ aqua ſpargebatur ſub cappa talis ſacerdotis quaſi familiaris ſui latuiſſe accuſans eū ꝙ cū filia ꝓcuratoris i peccatū lapſus fuerit. Per idē tempus rex bulgaroꝝ cū gente ſua ad fidem conuerſus tāte perfectionis fuit. vt maiore filio in regnū ordinato ipſe habitū monachalē accepit. Sed cū eius filius iuueniliter agens ad gentilitatis cultū redire vellet. reſumpta militia ꝑſecutus eum cepit. effoſſiſqꝫ oculis in carcerem truſit.

et in regnū ſtatuto filio iuniore habitū ſacrū reſum
pſit. Jn ytalia apud brixiā tribus diebus ⁊ tribus
noctibus ſanguis de celo pluiſſe narrat. Per idē
tēpus locuſte īnumerabiles ī gallijs apparuerūt
ſenas habentes alas. ſex pedes. duos dētes lapi-
dibus duriores. vt caſtrorū acies turmatim volan
tes ſpaciū diurni itineris quatuor aut quinꝗ mili
bus extēdentes. oīa viridia in herbis et arborib⁹
vaſtantes. q̄ vſꝗ ad mare britānicū ꝑueniētes. tā-
dem flatu ventoꝝ in ꝓfundo maris ſubmerſe ſunt
Sed eſtu; occeani ad litus reiecte. ex putredīe ſua
aerē corruperunt. vnde mortalitas maxima et fa-
mes ꝑualida eſt ſecuta. vt fere tercia pars hominū
interiret. Deniꝗ primus otto imꝑauit ſcʒ āno dñi
dccccxxxviij. Dū aūt in paſchali ſolēnitate dictus
otto principib⁹ cōuiuiū ꝑparaſſet. anteꝗ̄ ſederēt
cuiuſdā principis filius more puerili ferculum de
menſa accepit. quē dapifer fuſte ꝓſtrauit. Qđ cer-
nens pedagogus pueri. ipm dapiferū mox ꝑemit
Quē cū ſine audiētia ceſar cōdemnare vellet. ille
ceſarem ad terrā deiecit. et ſuffocare cepit. Qui cū
de eius manib⁹ vix erutus fuiſſet. ipm reſeruariuſ
ſit. ſe culpabilē clamans ꝗ̄ feſto honorē non detu-
lit. Unde ipm libere abire ꝑmiſit. M ¶ Ottoni
primo ſucceſſit otto ſcōs. Hic dum ytalici pacem
ſepius violarent romā venit. ⁊ omibus ꝓceribus
magnatib⁹ et pōtificib⁹ apud gradū eccleſie cōui-
uium grande fecit. Quibus epulantibus latenter
omnes cingi fecit armatis. Deinde de violata pa-
ce querimoniā mouēs iubet in ſcriptis culpabiles
recitari. Quos ſtatim ibidem decollari fecit. alios
vero epulari ſatagebat. Huic ſucceſſit otto terci⁹
circa annū dñi. dccccLxxxiiij. Jſte cognominabat
mirabilia mundi. Hic vt in quadā cronica dicitur
quandā vxorem habuit q̄ cuidam comiti ſe ꝓſtitue
re voluit. Sed cum ille nollet tantum facinus per
petrare. illa indignata predictū comitē apud im-
peratorē adeo infamauit ꝗ̄ eum imperator ſine audi
entia decollari fecit. Qui anteꝗ̄ decollaret. roga-
uit vxorē ſuā vt iudicio candētis ferri poſt mortem
eum cōprobet innocentē. Adeſt dies in quo ceſar
pupillis et viduis ſe aſſerit iudiciū facturū. Affuit
et vidua mariti ſui caput ſecū ſuis portās in vlnis
Tunc queſiuit ab imperatore qua morte dign⁹ eſſet
qui iniuſte aliquē occidiſſet. Qui cū priuatione ca-
pitis dignū eū aſſereret. illa intulit dicēs. Tu es
ille vir qui maritū meū ad ſuggeſtionē vxoris tue
innocēter occidi mādaſti. Et vt me verū dicere cō
probes hoc cādentis ferri iudicio cōprobabo. Qđ
ceſar vidēs obſtupuit. et in manu femine punicē dū

ſe dedit. Jnteruentu tn̄ pontificū et procerum in-
ducias decē dierū. deinde octo. tercio ſeptē. quar-
to ſex a vidua accepit. Tunc imꝑator cauſa exami
nata et veritate cognita. vxorē viuam cōcremauit
et ꝓ redemptione ſui quatuor caſtra vidue dedit.
Que caſtra ſunt in epātu luienſi. et vocant ab indu
cijs dieꝝ. x. viij. vij. vi. Poſt hunc beatus heinric⁹
qui fuit dux bauarie anno dñi. milleſimo ſcōo im-
periū ſumpſit. Qui ſtephano regi vngarie adhuc
gentili ſororē ſuā nomīe galam in vxorē dedit. et
tam ipm regem ꝗ̄ totam eius gentē ad fidē xpi cō
uertit. Qui ſtephanus tāte religionis fuit. vt mul-
torū miraculorū gloria deus ipm illuſtrē redderet
Hic heinricus et vxor eius kunegūdis virgines ꝑ
manſerunt. et celibē vitam ducentes in pace quie-
uerunt. Huic ſucceſſit conradus quidā dux franco
rum qui neptē ſancti heinrici duxit in vxorē. Hui⁹
tpe viſa eſt in celo trabs ignea mire magnitudinis
ſuꝑ ſolem iam ad occaſum vergentē currere. et ad
terram cadere. Hic quoſdā epōs de ytalia in vincu
la coniecit. Et q2 mediolanenſis archieps de vin-
culis fugit. ſuburbia mediolani incēdit. Hic vero
penthecoſtes cum imꝑator in parua eccleſia ſecus
vrbē coronaret ad miſſam tam grauia tonitrua ful
guraꝗ fuerunt. vt aliqui mente exciderent. aliqui
ſpūm exalarēt. Bruno vero epīs qui miſſam canta-
bat et ſecretarius imꝑatoris cum alijs dixerunt. ſe
inter miſſarū ſolennia vidiſſe ſanctū ambroſiū im
peratori cōminantem. Huius conradi tpe ſcʒ anno
dñi. M. xxv. comes lupoldus vt in quadā cronica
dicit. iram regis metuens cū vxore ſua in inſulam
fugiens in quodā tugurio latitabat. Jn qua ſilua
dū ceſar venaret. nocte ſuꝑueniente in eodē tugu-
rio ipm oportuit hoſpitari. Cui hoſpita ꝑgnans vi
cinaꝗ partui decēter vt potuit ſtrauit. ⁊ neceſſaria
miniſtrauit. Eadē nocte mulier filiū peperit. ⁊ vo
cem tercio ad ſe venientē ceſar audiuit. Conrade
hic puer modo progenit⁹ gener tuus erit. Mane
ille ſurgēs. duos armigeros ſibi ſecretarios ad ſe
vocauit dicens. Jte et puerulum illū de manibus
matris violenter auferte. et ipm ꝑ mediū ſcinden-
tes cor eius michi portate. Cōciti illi eūtes de gre-
mio matris puerū rapuerūt. Quē vidētes elegan
tiſſime forme. miſcōia cōmoti ipm ſuper quandaʒ
arborē ne a feris deuoraret repoſuerunt et leporē
ſcindētes cor eius ceſari detulerunt. eodē die dum
quidā dux inde tranſiret. et puerū vagientē audi
ret. eum ad ſe duci fecit. Et dum filiū non haberet.
vxori attulit et nutriri eum faciens. a ſe de vxore
ſua genitū eſſe finxit. et heinricū vocauit. Cum igi

tur iam creuiſſet. erat corpe pulcherrimus. ore facū
dus et oībus gracioſus. Quē ceſar tam decorū et
prudentē vidēs a patre ipm petijt. et in curiā ſua
manere fecit. Sed dū videret puerū oībus gracio
ſum. ⁊ ab oībus cōmendari. dubitare cepit ne poſt
ſe regnaret. et ne ſit ille quē occidi mādauerat. Uo
lens igit̄ eſſe ſecurus. lr̄as manibus ſuis ſcriptas
ꝑ eū vxori dirigit in hunc modū. Inquantū eſt ti-
bi cara vita tua mox vt lr̄as iſtas receperis pueruꝫ
hunc necabis. Dū igit̄ pergens in quadā eccleſia
hoſpitatus fuiſſet. et feſſus ſuꝑ bancum quieſceret
et burſa in qua erant lr̄e depēderet. ſacerdos curio
ſitate ductus burſam aperuit. et lr̄as ſigillo regis
munitas vidēs. ipas ſaluo ſigillo aꝑuit. et legens
ſcelus abhorruit. Et radens ſubtiliter qd̄ dicebat̄
iſtū necabis ſcripſit. filiā noſtrā iſti in vxorē dabis
Cūqꝫ regina lr̄as ſigillo imꝑatoris munitas vide
ret. et de manu imꝑatoris ſcriptas eſſe cognoſce-
ret. cōuocatis principibus. celebrauit nuptias et fi
liam ſuā eidē in vxorē dedit. Que nuptie aquiſgra
ni celebrate ſunt. Cum aūt ceſari a dicētibus nar-
raretur q̄ ſolēniter fuiſſent filie ſue nuptie celebra
te. ille obſtupefact⁹ a duobus armigeris et duce et
ſacerdote veritate cōperta dei ordinationi nō reſi
ſtendū eſſe vidit. et ideo ꝓ puero mittēs eum eſſe
ſuū generū approbauit. ⁊ poſt ſe in imꝑio regnare
inſtituit. In loco aūt vbi puer heinricus natus fuit
nobile monaſteriū edificatū eſt. qd̄ vſqꝫ hodie vr-
ſania nomīatū eſt. ¶ Iſte heinricus oēs iocu
latores a curia ſua remouit. et que his dari cōſue-
uerāt paupibus erogabat. Huius tpe tm̄ ſciſma in
eccleſia fuit. vt tres in ſummos pontifices electi eſ
ſent. A quodā tandē preſbitero nomine graciano
magna illis data pecunia eidē ceſſerunt. et ipe pa-
patū obtinuit. At heinricus dum ꝓ ſedando ſciſ-
mate romā pergeret. gratian⁹ ei obuiās aureā co-
ronam ſibi obtulit. vt propicium ſibi haberet. Ille
aūt cuncta diſſimulās ſynodo cōuocato gracianuꝫ
de ſymonia cōuicit et aliū ſubrogauit. In libro ta-
men bonizi quē miſit ad comitiſſam mechtildim di
cit̄ q̄ cū predictus p̄ſbiter ſimplicitate ductus pōti
ficatū ſibi ꝑ pecuniā acquiſierit vt ſciſmati obuia-
ret. ipſe poſtmodū errorem ſuū cognoſcēs. ſeipſuꝫ
ſuadente imꝑatore depoſuit. Poſt hunc heinricuꝫ
tercius heinricus imꝑat. Huius tpe bruno in pa-
pam eligit̄. et leo vocat̄. Qui dum ad capeſcendā
ſedem aplicam romā pergeret: audiuit voces an-
gelorū canentiū. Dicit dn̄s. Ego cogito cogitatio-
nes pacis ⁊c. Hic de multis ſanctis cantus cōpo-
ſuit. Hoc tpe per berengariū turbata fuit eccleſia.

qui aſſerebat corpus et ſanguinē xp̄i non vere ſed
figuratiue eſſe in altari. Contra quē ſcripſit egre-
gie laufrancus prior berenſis. natione papieñ. qui
fuit magiſter anſelmi cantuarieñ. Deinde quart⁹
heinricus imꝑat anno dn̄i. M. lvij. Cuius tēpore
maxime floruit laufrācus. Ad cuius eximiā doctri-
naꝫ cōualuit de burgūdia anſelmus vir poſtmodū
mlta virtute et ſapientia adornatus. et ei in priora
tu monaſterij berēſis ſucceſſit. Sub hoc tpe hieru
ſalem a ſaracenis capta a fidelib⁹ recuperata eſt.
Oſſa beati nicolai apud barenſem vrbem trāſlata
ſunt. De quo inter cetera legit̄. q̄ dum in quadam
eccleſia que dicit̄ ſancta crux ſubiecta ſancte marie
de caritate. nondū beati nicolai noua hiſtoria can
taret̄. fratres priorē vt eam ſibi cantare liceret in-
ſtantius exorabant. Qui nullatenus acquieſcens
dixit incōgruū eſſe morē priſtinū de nouitatib⁹ im
mutare. Cū adhuc fratres inſtarēt. ille indignat⁹
reſpōdit. Recedite fratres. nunq̄ a me licētia con-
cedet̄. vt noua cantica immo ioculatoria quedā in
mea eccleſia decantent̄. Adueniēte vero feſtiuita
te eiuſdē. fratres cum quadā triſtitia matutinaruꝫ
vigilias ꝑegerūt. Cunqꝫ omēs ſe in lectis recepiſ-
ſent. ecce nicolaus viſibiliter priori apparuit terribi
lis. Quem ꝑ capillos a lecto abſtrahēs dormitorij
pauimēto colliſit. Incipiēſqꝫ antiphonā. O paſtor
eterne. ꝑ ſingulas vocū differētias virgis quas in
manu tenebat grauiſſimos ict⁹ ſuꝑ dorſuꝫ prioris
ingeminās per ordinē moroſe canēdo antiphonā
ad finē vſqꝫ ꝑduxit. Qui cū omēs ſuis clamoribus
excitaſſet. ſemiuiuus ad lectum deportat̄. Tandeꝫ
ad ſe rediens ait. Ite et hiſtoriā nouam ſancti ni-
colai amodo decantate. Hoc tpe ex molinenſi ce-
nobio. xxi. monachi cū abbate ſuo roberto ciſtercij
ſolitudinē adeuntes. vt ibi regule ſue ꝓfeſſionem
diſtrictius obſeruarēt. nouū ordinē ex veteri inſti
tuerūt. ¶ Hildebrandus prior cluniacenſis factus
papa gregorius eſt vocatus. Hic dū in minoribus
cōſtitutus legatione fungeret̄. apud lugdunū ar-
chiepm ebronenſem de ſymonia cōuicit miraculo
ſe. Nam dū idem archieps omēs accuſatores ſuos
corrūperet. et cōuinci non poſſet legatus vt gloria
patri et filio ⁊ ſpū ſancto diceret imꝑauit. Ille glo
ria patri et filio expedite dicebat. ſpūiſancto vero
dicere nō poterat. quippe q̄ in ſpiritūſanctum pec
cauerat. Qui peccatū ſuū cōfitens mox vt depoſi-
tus eſt clara voce ſpūmſanctū nominauit. Hoc mi
raculuꝫ recitat bonizo in libro ad comitiſſaꝫ mech-
tildim ¶ Mortuo heinrico quarto ſpire et cū
alijs regib⁹ ſepulto. in eius epitaphio verſus, iſte

fuit inſcriptꝰ. Filius hic. pater hic. auus hic. prauus iacet iſtic. Huic ſucceſſit heinricus quintus anno dñi. M. cvij. Qui papam cũ cardinalibus cepit. et eos dimittẽs inueſtiturã epiſcopoꝝ et abbatũ per anulũ et baculũ paſtoralẽ accepit. Sub hoc tẽpore bernardus cũ fratribus ſuis ciſterciũ ingreditur. In parochia legienſi porca porcellũ facieꝫ hominis habentẽ enixa eſt. Pullus galline quadrupex natus eſt. Lotharius ſucceſſit heinrico. Cuiꝰ tẽpore mulier quedã in hiſpania monſtrũ bis gemini corporis enixa eſt. auerſis vultibus et corpibꝰ ſibi coherens. Ante quidẽ effigies erat hominis integro corpis membrorũq; ordine diſtincta. retro vero facies canis corpis et membroꝝ ꝓprietate integra. Poſt hũc regnauit conradus anno. M. cxxxviij. Eo tpe hugo de ſancto victore doctor excellentiſſimus. et in omni ſciencia ſummus. et religiõe deuotus obijt. De quo referũt q̃ cũ in infirmitate vltima laboraret. et nullũ cibũ retinere poſſet. corpꝰ tamen dñicum ſibi dari cũ multa inſtãtia poſtulabat. Tunc fratres eius turbationẽ ſedare volentes. ſimplicẽ hoſtiam inſtar corporis dñici ſibi detulerũt. Qđ ille ꝑ ſpiritũ recognoſcẽs ait. Miſereatur veſtri dñs fratres. Cur me deludere voluiſtis Iſte enĩ non eſt dñs meus quẽ deportaſtis. Mox illi ſtupefacti cucurrerũt et ſibi corpus dominicuꝫ detulerunt. Sed ille videns q̃ recipere non valeret. eleuatis in celum manibus ſic orauit. Aſcẽdat filius ad patrẽ. et ſpũs ad deũ ſuum qui fecit illũ. Et inter hec verba ſpũm exalauit. et corpus dñi ibidẽ diſparuit. Eugenius abbas ſancti anaſtaſij papa ꝯſtituit. Qui ab vrbe expulſus eo q̃ ſenatores a ſe creauerũt. gallias venit. et bernardũ ante ſe miſit. qui viam dñi ꝑdicabat. et multa miracula faciebat. Gilbertus porretanus florebat. Fridericus nepos conradi impauit ãno dñi. M. cliiij. Eo tpe floruit magiſter petrus lombardus eps pariſienſis. qui librũ ſentenciarũ. gloſas pſalterij. et epiſtolarũ pauli vtiliter cõpilauit. P ¶ Eo tẽpore tres lune in celo viſe ſunt. et in medio ſignum crucis. nec multo poſt viſi ſunt tres ſoles. Tunc alexãder in papã canonice eſt electus. Contra quem octauianus. iohãnes cremẽſis tituli ſancti calixti. et iohannes ſtrumẽſis ſucceſſiue in papaꝫ eligunt. et fauore impatoris fulciunt. Durauit hoc ſciſma annis. xviij. Infra qđ tẽpus theutonici qui apud tuſculanuꝫ ꝓ imperatore morabant romanos apud montẽ portũ inuadũt. et tot a nona vſq; ad veſperas occiderunt. vt nunq̃ ex romanis tot milia ſint occiſa. Licet tpe hanibalis tot occiſi ſint. vt tres corbinos anulorũ quos de digitis ꝓcerũ occiſorum ſecum hanibal extrahi fecit cartaginẽ deſtinauerit Quoꝝ multi apud ſanctũ ſtephanũ et ſanctũ laurẽtium ſepulti ſunt. Et habẽt hoc epitaphiũ. Mille decẽ decies ſex decies quoq; ſeni Impator fridericꝰ dũ terrã ſanctaꝫ viſitaſſet. et in flumine quodã lauaret. ibidem necatus perijt. Vel vt alij aſſerunt equo ſuo impingẽte in aquã cecidit. ibiq; interijt. Huic ſucceſſit heinricus filius eius anno dñi. M. cxc. Eo tpe tante pluuie cũ tonitruis. et fulminibꝰ et tẽpeſtatibus facte ſunt. quantas nulla meminit hominũ antiquitas. Lapides enĩ in quãtitate ouorũ quadrãguli mixti cũ pluuia de celo cadẽtes. arbores. vineas. et ſegetes deſtruxerũt. et multos homines occiderũt. Corui quoq; et quãplures aues ꝑ aera in hac tẽpeſtate volãtes viſi ſunt carbones viuos in roſtris portare et domos incendere. Cõtra romanã eccleſiã ſemꝑ tyrãnideꝫ heinricus exercuit. et ideo eo mortuo innocẽtius tercius ne frater eius philippus ꝓmoueret ſe oppoſuit. et ottoni filio ducis ſaxonie adheſit et euꝫ aquiſgrani in regẽ alemanie coronari fecit. Eo tpe dum plures barones frãcie ꝓ liberatione terre ſancte vltra mare pergerẽt. cõſtantinopolim ceperũt. His tẽporibus ordines predicatorũ et minorum fratrũ orti ſunt. Innocencius quartus legatos ad philippuꝫ regem francorũ miſit vt terrã albigenſium inuaderet. et hereticos deleret. Qui omẽs capiens cõcremari fecit. Deniq; innocencius ottonẽ imperatorem coronauit. et vt iura eccleſie ſaluaret. ab eo iuramentũ exegit. Qui ſtatim ipſo die contra iuramentum fecit. et romipetas expoliari iuſſit. Unde papa eum excommunicauit. et ab impio depoſuit

¶ Eo tpe fuit ſancta eliſabeth filia regis vngarie que fuit vxor lantgrauij thuringie. Que inter alia innumera miracula plures q̃ .xvi. mortuos vt ſcribitur ſuſcitauit. et cecuꝫ natũ illuminauit. De cuius corpore vſq; hodie oleum fluere perhibetur Ottone depoſito fridericus heinrici filius eligitur et ab honorio coronatur. Leges optimas ꝓ libertate eccleſie et cõtra hereticos edidit. Hic ſup omẽs diuicijs et gloria abundauit. ſed eis in ſuperbia abuſus fuit. Naꝫ tyrannidẽ contra eccleſiã exercuit duos cardinales vinculauit. ꝑlates quos gregorius. ix. ad conciliũ cõuocauerat capi fecit. et ideo ab ipſo excõmunicatur. Deniq; gregorius multis tribulationibus preſſus morit. et innocẽcius quartus natione ianuẽſis cõciliũ apud lugdunũ conuocans ipſum impatorem depoſuit. Quo depoſito et defuncto. ſedes imperij vſq; hodie vacat.

# De dedicatione templi

## De dedicatione templi. clxxviii. A

Dedicatio eccleſie inter alias feſtiuitates ab
eccleſia celebratur. Et quõ duplex eſt eccle
ſia ſiue templum. ſcilicet materiale et ſpi-
rituale. ideo de huius templi duplicis dedicatiõe
hic breuiter eſt agendum. Circa dedicationẽ autẽ
templi materialis tria videnda ſunt. Primo qua-
re dedicatur ſiue conſecratur. Secundo qualiter
conſecrat᷑. Tercio ꝑ quos ꝓphanat᷑. Et quia in tẽ-
plo duo ſunt que cõſecrant᷑. ſcꝫ altare. et ipm̃ tẽplũ
ideo primo videndum eſt quare conſecrat᷑ altare.
ſcd̃o quare templũ. Altare aũt conſacrat᷑ ad tria.
Primo ad ſacramentum dñi offerendũ. Gen̄. viij.
Edificauit noe altare dño. et tollens de cũctis vo-
lucribus et pecoribus mundis obtulit ſuꝑ altare.
Hoc aũt ſacramentũ eſt corpus et ſanguis xp̄i. quẽ
in memoriã paſſiõis dñice imolamus. iuxta qd̃ no-
bis p̄cepit dicens. Hoc facite in meam cõmemora-
tionẽ. Habemus eñi triplex memoriale dñice paſ-
ſionis. Unũ in ſcripto ſcꝫ paſſio xp̄i ymaginibꝰ figu
rata. Et hoc habet fieri q̃tum ad viſum. Ipſa enĩ
crucifixi ymago et alie ymagines in eccleſia fiunt
ꝓpter rememorationẽ excitandã deuotionẽ et in
ſtructionẽ. q̃ ſunt quaſi libri laycorũ. Secundũ in
verbo. ſcꝫ paſſio xp̄i predicata. Et hoc habet fieri
q̃tum ad auditũ. Terciũ in ſacramento. ſcꝫ paſſio
in hoc ſacramẽto tã ſignanter expꝛ̄ſſa. in quo corpꝰ
et ſanguis xp̄i veraciter continet᷑ et nobis offert᷑.
Et hoc memoriale habet fieri q̃tum ad guſtũ. Si
ergo affectũ noſtrũ accẽdit paſſio xp̄i deſcripta et
amplius p̄dicata. multo fortius inflãmare debet in
hoc ſacramẽto tã ſignanter expꝛ̄ſſa. Scd̃o ad no
men dñi inuocandũ. Gen̄. xij. Edificauit abrahã
altare dño qui apparuit ei. et inuocauit ibi nomen
dñi. Hec aũt inuocatio ſcd̃m apoſtolum prima ad
thimo. ij. habet fieri. aut ꝑ obſecrationes que fiũt
cũ adiuratiõe ꝓ malis remouendis. aut ꝑ orõnes
que fiunt ꝓ bonis impetrãdis. aut ꝑ poſtulatiões
que fiunt ꝓ bonis cumulandis. aut ꝑ gratiarum a
ctiones que fiunt pro bonis habitis cõſeruandis.
Inuocatio aũt que fit ſuꝑ altare ꝓprie dicit᷑ miſſa
eo ꝙ celeſtis miſſus ſcꝫ chriſtus a patre mittitur q̃
ipſam hoſtiã conſecrat. et per eundẽ a nobis patri
mittit᷑ vt ꝓ nobis intercedat. Uñ hugo. Ipſa hoſtia
ſacra miſſa vocari põt. quia tranſmiſſa eſt. primo a
patre nobis ꝑ incarnationẽ. ſcd̃o a nobis patri ꝑ
paſſionẽ. Similiter in ſacramento primo a patre
nobis ꝑ ſanctificationẽ. qua nobiſcũ eẽ incipit. po
ſtea a nobis patri ꝑ oblationẽ qua ꝓ nobis inter-
cedit. Et nota ꝙ miſſa tribus linguis canit᷑. ſcꝫ
greca. hebraica. et latina. ad rep̄ſentandũ titulum
dñice paſſionis qui ſcriptus erat grece. hebraice.
et latine. Item ad notandũ ꝙ omĩs lingua debet
deum laudare. que per hanc triplicẽ linguam in-
telligitur. Latina aũt ſunt euangelia. epiſtole. ora
tiones. et cantus. Greca ſunt kyrieleyſon chriſte-
leyſon. que nouem vicibus cãtant᷑. vt ad ſocietatẽ
nouem ordinũ angelorũ perueniamus. Hebraica
ſunt alleluya. amen. ſabaoth. et oſanna. Tercio
ad cantandum. Eccle. xlvij. Dedit illi contra ini-
micos potentiã. Et ſtare fecit contra altare canto-
res. et in ſono eorũ fecit dulces modulos. Et dicit
modulos in plurali. q̃a ſcd̃m hug. de ſancto victo-
re. tres ſunt ſpecies ſonorũ qui faciunt tres modu
los. Fit eñi ſonus pulſu flatu et cantu. Ad citharã
pertinet pulſus. ad organũ flatus. ad vocẽ cantus
Aſſignari põt hec ꝯſonãtia ſonoꝝ cõcordie morũ
ſi referat᷑ ad pulſuꝫ cithare manuũ opatio. ad flatũ
organi mẽtis deuotiõ. ad cantũ vocis ſermonis ex
hortatiõ. Et infra. Quid prodeſt dulcedo oris ſine
dulcedine cordis. Frangis vocẽ frange et volũta-
tẽ. Seruas ꝯſonantiã vocũ. ſerua concordiã moꝝ
vt ꝑ exemplũ cõcordes ꝓximo. ꝑ voluntatẽ dño.
per obedientiã magiſtro. Hoc igit᷑ triplex genus
muſicorũ refert᷑ ad triplicẽ differentiã officij eccle-
ſie. ſicut dicit᷑ in mitrali de officio. Nã ipm̃ officium
eccleſie cõſiſtit in pſalmis in cantu et in lectiõibus.
Primũ igit᷑ genus muſicorũ eſt qd̃ fit pulſu digito-
rum vt in pſalterio et ſimilibus. Et ad illud ꝑtinet
pſalmodia. Pſal. Laudate eum in pſalterio et ci-
thara. Scd̃m eſt qd̃ fit cantu ſicut in voce. Et ad
iſtud ꝑtinet lectiões. Pſalmiſta. Pſallite ei in voci
feratione. Terciũ qd̃ fit flatu ſicut in tuba. Et ad
iſtud ꝑtinet cãtus. Pſalmiſta. Laudate eũ in ſono
tube. B Templũ autẽ ſeu eccleſia conſecrat᷑
quintuplici ratiõe. Primo vt inde dyabolus et eiꝰ
poteſtas expellat᷑. vt refert greg. in dyalogo ꝙ cũ
quedã eccleſia arrianoꝝ fidelibus reddita cõſecra
retur et reliquie ſancti ſebaſtiani et beate agathe
illuc delate fuiſſent. populus ibidẽ cõgregatꝰ por
cum ſubito intra ſuos pedes huc illucq̨ diſcurrere
ſenſerũt. Qui fores eccleſie repetẽs a nullo videri
potuit. omneſq̨ in admirationẽ cõmouit. Qd̃ idcir
co dñs oſtendit. vt cunctis pateficeret ꝙ de loco eo
dem immundus habitator exiret. Sequenti autẽ
nocte magnus in eiuſdẽ eccleſie tectis ſtrepitus fa
ctus eſt ac ſi in hoc aliquis errãdo diſcurreret. Se-
cũda nocte iteꝝ grauior ſonus increuit. Tanto ve
ro terrore tercia inſonuit. ac ſi omnis illa eccleſia a

fundamētis fuiſſet euerſa. ſtatim𝇁 receſſit. nec am
plius illa antiqui hoſtis īquietudo appꝛuit. Sed ꝑ
terroꝛis ſonitū quē fecit īnotuit. a loco quē diu te
nuerat ꝙ coactus exibat. Hec greg. ¶ Secundo
cōſecrat vt ad eā fugientes ſaluent. Unde alique
eccleſie poſt dedicationē a principibꝰ priuilegiant
vt qui ad eā cōfugerint ſaluent. Uñ dicit canon. Re
os ſanguinis defendit eccleſia ne vitam perdāt et
mēbꝛa. Et ob hoc ioab in tabernaculū fugit. et coꝛ
nu altaris appꝛehēdit. Tercio cōſecrat vt ibidem
oꝛōnes exaudiant. Qđ ſignatū eſt. iij. reg. viij. vbi
ſalomon dedicato tēplo ait. Quicūq𝇁 rogauerit in
loco iſto. exaudies in loco habitaculi tui in celo. et
cū exaudieris ꝓpicius eris. Adoꝛamꝰ aūt in ipis
eccleſijs ad oꝛientē. Qđ fit triplici ratione ſcđm da
maſcenū libꝛo. iiij. c. v. Primo vt patriā noſtrā nos
requirere oſtēdamus. Scđo vt ad xp̄m crucifixu𝇁
reſpiciamus. Tercio vt venientē iudicē nos expe
ctare mōſtremus. Ait em̄ ſic. Deus paradiſum in
eden ad oꝛientē plantauit. Unde hominē trāſgreſ
ſum exulē fecit. et ante paradiſum ex occidente habi
tare fecit. Antiqua𝇁 igit patriā exquirētes. et ad
ipam aſpicientes. deū ad oꝛientē adoꝛamus. Sed
et dn̄s crucifixus ad occidentem reſpiciebat. et ita
adoꝛamus ad ip̄m reſpicientes. Et aſſumptus ad
oꝛientē ſurſu𝇁 ferebat. et ita ip̄m ap̄li adoꝛauerūt
Et ita veniet quō viderūt eū euntē in celū. Ip̄m
igit expectātes ad oꝛientē adoꝛamus. Hec dama.
Quarto ꝯſecrat vt ibidē laudes deo ſoluant. Qđ q̄
dē fit ī ſeptē hoꝛis canonicis. ſcꝫ matutinis pꝛima
tercia ſexta nona veſpa et cōpletoꝛio. Et licꝫ ī qua
libet hoꝛa diei deus eſſet laudandus. tamen qꝛ ad
hoc infirmitas nr̄a non ſufficit. oꝛdinatū eſt vt his
hoꝛis ſpecialiter deū laudemus. eo ꝙ he hoꝛe ab a
lijs priuiligiate ſunt in aliquibus. Nā in nocte me
dia qua matutine celebrant xp̄s natus eſt. captus
et illuſus a iudeis fuit. In hac iterū hoꝛa infernu𝇁
ſpoliauit. Dicit em̄ in mitrali ꝙ in media nocte in
fernū ſpoliauit large accipiēdo. ſcꝫ ante lucē mane
ſurrexit. hoꝛa pꝛima appꝛuit marie magdalene. In
media etiā nocte ad iudiciu𝇁 venturus aſſerit. Uñ
hiero. Reoꝛ inq̄t traditionē apoſtolicā ꝑmāſiſſe vt
die vigiliarū paſche ante noctis mediū dimittere
nō liceat pp̄los expectātes aduentū xp̄i. Et poſt
ꝗ aduenerit illud tēpus ſecuritate pꝛeſūpta feſtū
cūctos agere diē. In hac igit hoꝛa laudes deo cāta
mus. vt ei de eius natiuitate captione. et patrū li
beratiōe gr̄as agamus et eius aduentū ſoliciti ex
pectemus. Addunt etiā matutinales laudes. qꝛ in
mane egyptios in mare ſubmerſit. mundū creauit
et ſurrexit. In hac ergo hoꝛa laudes deo reddimꝰ
ne mari huius mūdi cū egyptijs demergamur. vt
ꝓ noſtra creatiōe ⁊ eius reſurrectiōe gratias deo
reddamus. In hoꝛa pꝛima xp̄s ad tēplu𝇁 maxime
cōueniebat. et populus ibidē ad eū manicabat. i.
ad eū feſtinabat. vt dicit luce. xxi. Pilato p̄ſentatꝰ
fuit. In hac etiā hoꝛa reſurgens mulieribus pꝛimo
apparuit. Hec eſt etiā pꝛima hoꝛa diei. Ideo ergo
in hac hoꝛa in eccl̄ia deo laudes exoluimꝰ. vt xp̄m
imitemur ⁊ ſibi reſurgēti et apparēti gr̄as agamꝰ
et vt deo tanq̄ omniū principio ipius diei pꝛimi-
cias ſoluamus. In hoꝛa tercia xp̄s linguis iudeoꝝ
crucifixus eſt. a pilato ad colūnam flagellatus eſt
et adhuc vt dicit in hiſtoꝛijs. colūna vbi ligatꝰ fuit
veſtigia cruoꝛis oſtēdit. et hac eadē hoꝛa ſp̄ūſſan-
ctus miſſus eſt. tenebꝛe ꝑ vniuerſum mundū facte
ſunt. vt in moꝛte dn̄i ſui ſol lugēs ſe veſtibꝰ nigris
cōtegeret. et ne dn̄m crucifigētibus lumē p̄beret. ⁊
in hac hoꝛa ī die aſcenſionis cū diſcipulis diſcubuit
In nona hoꝛa xp̄s ſpiritū emiſit. miles latus eius
aperuit cetus apoſtoloꝝ ad oꝛandum cōuenire cō
ſueuit. et xp̄s in celū aſcendit. Propter has pꝛero-
gatiuas deū in his hoꝛis laudamus. In veſpera
xp̄s in cena ſacramentū coꝛpoꝛis et ſanguinis inſti
tuit. pedes diſcipuloꝝ lauit. de cruce depoſitus. in
ſepulcro collocatus fuit. diſcipulis ī habitu ꝑegrini
ſe manifeſtauit. Pro his omibus in hac hoꝛa eccle
ſia xp̄o gratias agit. In cōpletoꝛio xp̄s ſanguine-
as guttas ſudauit. monumēto eius cuſtodia depu
tata fuit. et ibidē quieuit. reſurgēs pacē diſcipulis
nunciauit. Et pꝛo his gratias deo reddimus. Has
autē laudes qualiter deo exoluere debeamus di-
cit bernardus. Fratres mei immolantes hoſtiam
laudis iungamus verbis ſenſu𝇁. ſenſui affectū. affe
ctui exultationē. exultationi maturitatē. maturita
ti humilitatē. humilitati libertatē. Quinto conſe
cratur vt ibidē ſacramenta eccleſiaſtica miniſtrē-
tur. Unde ipa eccleſia efficit quaſi taberna dei. in
qua ſacramenta continent et miniſtrant. Quedam
em̄ miniſtrātur et dant intrantibus vt baptiſmus.
quedā exeuntibus. ſcꝫ extrema vnctio. quedā cō-
moꝛantibus. ⁊ hoꝝ quidā ſunt miniſtrātes. his da
tur oꝛdo. Quidā pugnātes. et hoꝝ quidam pugne
ſuccumbūt. his datur penitētia. Quidam inſiſtunt
et his confert audacia animi vt roboꝛent. et hoc ꝑ
cōfirmationē. datur cibus vt ſuſtentant et hoc per
eukariſtie ſumptionem. fit remotio impedimētī ne
deijciant. et hoc ꝑ matrimonij coniunctionē. Se-
cundo videndū eſt qualiter conſecrat. Sed pꝛimo
de altari. ſecundo de eccleſia. ¶ Ad conſecra

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Baden-Württemberg

# ¶ De dedicatione templi

tionem autē altaris plura concurrūt. Primo enim quatuor cruces de aqua benedicta in quatuor cornibus altaris cōfigurantur. Scdo ipm ſepties circuit. Tercio aqua benedicta cū yſopo ſepties aſpergit. Quarto incenſum in ipo crematur. Quinto criſmate inungitur. Sexto mūdis pānis operitur. Hec aūt repreſentāt ea q̄ debēt habere illi qui ad altare accedunt. Debēt em̄ primo habere caritatē quadruplicem ꝑ crucē acquiſitā. vt ſcꝫ diligāt deū ſeipſos amicos et inimicos. Et hec ſignant quatuor cruces in quatuor cornibus altaris facte. Et de his quatuor cornibus caritatis dicitur in geñ. xxviij. Dilataberis ad orientē et occidentē. ſeptētrionē. et meridiem. Uel ideo quatuor cruces in quatuor cornibus fiūt ad ſignificandū ꝙ xps ꝑ crucē quatuor mūdi ptes ſaluauit. Uel ideo ad ſignificandū ꝙ crucē dñi quatuor modis debemus portare. ſcꝫ in corde per meditationē. in ore per cōfeſſionē. in corpore ꝑ mortificationē. in facie ꝑ aſſiduā impſſionē. Scdo debēt habere curā et vigilātiā. qd ſignificatur ꝑ circuitus. Unde tūc cantatur. Inuenerūt me vigiles ⁊c. Debēt em̄ ſolicite vigilare ſuꝑ gregē ſuum. Unde negligentiam prelati ponit gilbertus inter ridiculoſa dicens. Ridiculoſa an magis ꝑiculoſa res eſt ſpeculator cecus. ꝓcurſor claudus. negligens ꝓlatus. doctor neſcius. preco mutus. Uel ꝑ ſeptem circuitus circa altare ſignificantur ſeptem meditatiōes et conſiderationes quas circa ſeptēplicē virtutē humilitatis xpi habere debemus. ⁊ ꝑ ipas frequēter circuire. Prima virtus eſt ꝙ cū diues eſſet factus eſt pauꝑ. Secunda ꝙ in ꝓſepio poſitus. Tercia ꝙ parētibus ſubditus. Quarta ꝙ ſub manu ſerui caput inclinauit. Quinta ꝙ diſcipulū furem et proditorem ſuſtinuit. Sexta ꝙ ante iniquū iudicē manſuetus tacuit. Septima ꝙ ꝓ crucifixoribus clemēter orauit. Uel ꝑ ſeptem illos circuitus ſignificantur ſeptem vie xpi. Prima fuit de celo in vterum. ſcda de vtero in preſepiū. tercia de preſepio in mundū. quarta de mundo in patibulū. quinta de patibulo in ſepulcrū. ſexta de ſepulcro in limbū. ſeptima de limbo reſurgēs in celū.

¶ Tercio debent habere dominice paſſionis memoriā. qd ſignificatur per aſperſionē aque. Septem em̄ aque aſperſiones ſunt ſeptē ſanguinis xpi effuſiones. Quarū prima fluxit in circūciſione. ſcda in oratione. tercia in corporis flagellatiōe. quarta i capitis coronatiōe. quinta in manuū ꝑforatione. ſexta in pedū affixione. ſeptima in lateris aptiōe. He aūt ſanguinis aſpſiones facte fuerunt cum yſopo humilitatis et ineſtimabilis caritatis. yſopus em̄ eſt herba humilis et calida. Uel ideo ſepties aſpergitur. ad ſignificandū ꝙ in baptiſmo ſeptem dona ſanctiſpiritus dantur.

¶ Quarto debent habere orationē feruentē et deuotam quod ſignificatur per concremationē thuris. Thus em̄ habet virtutem aſcendendi ex fumi leuitate. cōſolidandi ex ſua qualitate. cōſtringendi ex cōglutinitate. ꝯfortandi ex aromaticitate. Sic oratio aſcendit in dei memoriā. animā cōſolidat quātum ad culpā preteritam impetrādo medelā. conſtringit q̄tum ad futuram impetrando cautelam. confortat q̄tum ad preſentem impetrando tutelā. Uel poteſt dici ꝙ deuota oratio per thus ſignificatur quia habet ad deum aſcēdere. Eccleſiſti. xxxv. Oratio humiliantis ſe nubes penetrat. Odorem deo reddere. Apocalipſis. v. Habentes ſinguli citharas et phialas ſuas plenas odoramentorū ⁊c. Ex corde inflammato ꝓcedere. Apoc. viij. Data ſunt ei incenſa multa ⁊c. Et infra. Accepit ei thuribulum et impleuit illud de igne al. ⁊c.

¶ Quinto debent habere nitorē cōſcientie et odorē bone fame. quod ſignificatur per criſma quod conficitur ex oleo et balſamo. Debent em̄ habere puram conſcientiam vt poſſint dicere cū apoſtolo. Gloria noſtra hec eſt teſtimoniū conſcientie noſtre. Bonam famam. Unde. i. thi. iij. Oportet illum teſtimoniū habere bonum ab his qui foris ſunt. Criſo. Clerici nullam debent habere maculam. nec in verbo. nec in cogitatu. nec in facto. nec in opinione. quia ipſi ſunt pulchritudo et virtꝰ eccleſie. et ſi male fuerint totā deturpāt eccleſiā.

¶ Sexto debēt habere mūdiciā opatiōis bone. qd ſignificatur per pānos albos et mūdos quibus altare opitur. Uſus em̄ veſtimētorū inuentꝰ eſt ad tegendū calefaciendū et ornādū. Sic bona opa tegūt aīme nuditatē. Apoc. iij. Ueſtimētis albis induaris. vt nō appareat ꝯfuſio nuditatis tue. Ornāt aīam ad honeſtatē. Ro. xiij. Induamur arma lucis ⁊c. Calefaciūt inflāmando ad caritatē. Job. xxxvij. c. Nōne veſtimēta tua calida ſunt ⁊c. Modicū em̄ valeret accedēti ad altare ſi haberet dignitatē ſūmā et vitā infimā. Ber. Mōſtruoſa res eſt ſedes prima et vita ima. gradus ſupmus. et ſtatus īfimus. vultus grauis. actꝰ leuis ſermo multꝰ. fructꝰ nullus. ingēs auctoritas. et animi inſtabilitas. D

¶ Scdo videndū eſt qualiter eccleſia conſecratur. ⁊ ad hoc plura concurrūt. Eps em̄ ipſam eccleſiam ter circuit. et qualibet vice veniens ad ianuā ꝑcutit baculo paſtorali dicēs. Aperite portas principes veſtras ⁊c. Interius et exterius aqua benedicta ipſa eccleſia irrigatur. In pauimento fit crux de cinere et ſabulo ex tranſuerſo

